


Gentianae aqua, praesertim quae vase
simplici balnei vapore destillatur, vncia-
ms ebibitur, febres (ut ego saepius
expertus sum) ab infarctis tum vis-
cerum, tum vasorum excitatas mirifice
pellit. Album tineas necat, maculasque
in facie qualescunque deterget, si ea
frequentius mane abluatur.
Cruciata autem, quae gentianae
et figura, et sapore, et viribus
simillima est: si contusa ~~et~~ vetri
emplastri forma applicetur ver-
mes sine dubio necat: Et stru-
mas ~~sine~~ vlceratas curat simili
modo applicata, aut si sine
pulvis inspergatur. Matthiolus
in librum III. Dioscor: cap: de
Gentiana.

CAELII AURELIANI SICCENSIS, MEDICI VETUSTI, ET IN tractanda morborum curatione diligentissimi, secta Methodici,

De Acutis morbis. Lib. III.

De Diuturnis. Lib. V.

Ad fidem exemplaris manu scripti castigati, & Annotationibus illustrati.

Cum Indice copiosissimo, ac locupletissimo.

IN VIRTUTE,



ET FORTUNA.

LUGDUNI,

APUD GULIEL. ROVILLIUM

SUB SCUTO VENETO.

M. D. LXVII.

CUM PRIVILEGIO.

Extraict du priuilege du Roy.



PAR grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer, vne fois ou plusieurs, ce present liure intitulé *Cælij Aureliani Siccensis Medici vetusti, de Acutis & Diuturnis morbis libri, ad fidem exemplaris manuscripti castigati, & Annotationibus illustrati.* Lequel liure il à recouuré auec grans fraiz, mises & despenses: & pource est faict defense de par ledict Seigneur, à tous autres libraires, imprimeurs & personnes quelconques, de non imprimer, vendre, ni distribuer en ses pays, terres & seigneuries, ledict liure imprimé par ledict Rouille, si ce n'est par son consentement, & ce iusques au temps & terme de neuf ans, à compter du iour & datte que sera paracheuée la premiere impression, sur peine d'amende arbitraire & de cōfiscation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present priuilege, ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy estant mis au commencement, ou à la fin dudict liure, serue pour toute noti[illegible] comme si la signification estoit faicte sur l'origi[illegible]el est son plaisir, comme plus à plein est contenu [illegible]é par les lettres de priuilege, sur ce données à [illegible] le vingtiesme de Feburier, l'an de grace, mil cinq [illegible]ante six, & de son regne le sixiesme.

Par le Roy *en son* Conseil,
Signé De Vabres.

[illegible] scellé du grand seau en cire iaune à simple queüe.

Erem Camaldul PP. de Varsavia



LECTORI S.



QVI in veterum ſcriptorum Græcorum & Latinorum, veluti Galeni, Athenæi, Aetij, Plinij, huius ipſius Cælij Aureliani, aliorúmque libris tãtum Medicorum numerum citari obſeruarit, ſecum ipſe reputabit, opinor, plures olim eóſque præcellentes viros in arte Medica tum exercenda, tum literarum monimentis conſignanda, quàm vllos vnquam aliqua alia in arte vel ſcientia colenda floruiſſe. Ex quo Medicinam maiore quondam, quàm nunc ſit, in honore, & multò celebriorem fuiſſe perſpicuum eſt. Sed in ea explicanda atque tractanda non eandem omnes viam ſecuti ſunt, qua ad id quod vellent peruenirent. Omnium enim vetuſtiſſimi pharmaca plurima, vel ab herbis & ſtirpibus, vel ab oraculis & inſomniis petita, vel e animalibus obſeruata ad varios ſanandos morbos accommodata, id eſt ἐμπειρίαν, literis mandarunt. Alij non ſolùm medicamentis omnis generis, ſed & eorum certo vſu atque effectu, morborum differentiis atque cauſis, ac aliis permultis quæ ad artis perfectionẽ deſiderabantur,

λογικῶς deſcribendis medicinam ſumma cum laude amplificarunt. Alij multò anguſtioribus terminis artem circumſcripſere. Eam enim neq; longam, neque difficilem eſſe rati, methodum quandam ſeu rationem artis compendiariam tradiderunt. Hinc tres potiſsimum nobiles ſectę extitere, ex ea re cui ſingularum authores & defenſores omnia in hac arte tribuebant, nominatæ, quas prolixius explicare non eſt huius inſtitutæ ſcriptionis, neque temporis. Illud nunc volo dicere, Quemadmodum conſtat inter omnes qui bene à natura informati, boniſq; artibus & philoſophorum præceptis inſtituti ſunt, Hippocratis, Galeni, eorúmq; qui hos duces ſequũtur, ſectam quæ λογικὴ, quòd ratione nitatur, dicitur, cæteris longè anteponendam eſſe, ſic reliquas & veterum ſummorumque virorum authoritate commendari, & ex dogmatum ſeſe conſequentium coaceruatione conſtare, & doctrina aliqua contineri exiſtimandũ eſt: quin & multa ab ipſorum authoribus & rectè ſcripta eſſe, & curandis morbis accommodata. Nam Galenus in libris de Compoſ. Medicam. κατὰ τόπους, καὶ κατὰ γένη, Aetius, Paulus, aliique Græci & Latini :b Empiricis & Methodicis remedia varia mu- ati ſunt. Quod ſi multa ab arte aliena, multa rperam dicta, multa prætermiſſa ſint ab ipſis, t reuera ſunt, ne ea quidem nos ab eorum le- ione deterrere debent, imò potius incitare, vt lorum cum rectis contentione ac diſquiſi- one veritas magis eluceat. Qua in re Galenum imitabimur, qui infinitis prope locis Empirico-

rum Methodicorumque placitis refellẽdis sæpe lectorem diutius remoratur. Quos locos sine lectione eorum authorum quorum sententiæ improbantur intelligi posse nõ video, multò minùs libros quos idem Galenus dogmatis ipsorum conuellendis dicauit, quorum alterum de optima secta ad Thrasybulum, alterum de sectis ad eos qui introducuntur, inscripsit. His ego rationibus sum adductus vt credam Empiricorum, Methodicorumque scripta non omnino indigna esse quæ Medicorum manibus terantur, hæcque inprimis quibus Cælius Aurelianus Methodicus de morbis acutis & diuturnis accuratè pertractauit. Quorum cum ferè obliterata esset memoria, tum quòd iampridem excusorum magna admodũ penuria esset, tum quòd ea exemplaris vitio turpissimis maculis deformata, fracta, multisque vulneribus confecta cõtemnerentur, ope vetusti codicis manuscripti, aliorumque cum eo collatorum excellentissimus & literatissimus Medicus totius operis maculas deleuit, fracta restituit, vulnera curauit, doctissimis annotatiunculus in margine ascriptis illustrauit. Quæ cum ego nactus essem, eaq; Medicis & lectu iucunda, & scitu vtilia esse i dicarem, author omnino fui Gulielmo Rou Typographo, vt ea typis elegantioribus e deret: id quod facilè ab eo impetraui, qui & blicæ vtilitatis sit studiosissimus, & nullis cat sumptibus, vt boni authores emend characteribus elegantissimè conformati v o in manus hominum. Quare & illi qui hunc au-

thorem pene extinctum in lucem reuocauit, & huic qui vt in publicum prodiret, effecit, Lector habe gratiam, ac vtriusque opera grato animo fruere. Cæterùm de vita Cælij Aureliani, quoq; tempore vixerit nihil dum legi. Ex inscriptione quidem horum librorum Numidam fuisse cõstat. Nam Plinio ac Ptolemæo Sicca Numidiæ est oppidum: ex lectione verò Galeno superiorem: neq; enim cùm tot authores nominet, cùm in vetustiorum sententiis refutandis, suis confirmandis tam sit diligens, Galenum vnquam prętermisisset. Præterea cùm tot Græcos Medicinę scriptores peruolutarit, quorum catalogũ habes cùm tot ipse de medicina libros ediderit, quorũ nomina in amplissimo indice reperies, Græcę linguæ & medicinę peritissimum, & in tractandis morbis maximè versatum fuisse docti omnes iudicabunt.



CAPITA PRIMI LIBRI OXEON PASSIONVM.

* *
*

I. *Vtrúmne sint signa phreniticæ futuræ passionis.* pag. 8

II. *Quæ sequuntur eos qui in phreniticam passionem proni intelligantur, quos labiles diximus.* 11

III. *Quomodo intelligitur phrenitis.* 12

IIII. *Quæ sint huic similes paßiones, & quomodo discernuntur.* 15

V. *Quomodo discernimus à phreniticis eos qui furore febricitant.* 16

VI. *Quomodo discernimus dormientes phreniticos ab his qui in lethargicam deueniunt paßionem.* 17

VII. *Quæ sint differentiæ phreniticæ paßionis.* 19

VIII. *Quis locus in phreniticis patitur.* 19

IX. *Quomodo curandi sunt phrenitici.* 21

X. *De phlebotomia.* 25

XI. *De cucurbita.* 2

XII. *Ad Dioclem.* 3

XIII. *Ad Erasistratum.* 36

XIIII. *Ad Asclepiadem.* ibidem.

XV. *Item ad Asclepiadem phreniticos curans.* 40

XVI. *Ad Themisonem.* 53

XVII. *Ad Heraclidem.* 57

CAPITA SECVNDI LIBRI.

I. De Lethargo. 64

II. Quæ sequuntur eos qui in lethargiam uenire posse noscuntur. 67

III. Quomodo discernimus lethargos ab ijs qui similibus afficiuntur. 68

IIII. Quomodo curandi sunt lethargi. 71

V. Ad Dioclem. ibid.

VI. Quis locus in lethargicis patitur, & quomodo curandi sint lethargici. 72

VII. Ad Dioclem. 75

VIII. Ad Praxagoram. ibid.

IX. Ad Asclepiadem & Themisonem, & Heraclidem Tarentinum. 77

X. De apprehensione uel oppreßis, quos Græci cataleptos appellant. 84

XI. Quomodo curandi sint hac paßione laborantes. 93

XII. Quomodo aliarum sectarum principes istam curauerunt paßionem. 94

XIII. De pleuritica paßione. 96

XIIII. Quæ consequuntur pleuriticos. 98

XV. Quomodo intelligimus pleuriticam paßionē in peripneumoniam transeuntem, aut in uomicam uenientem. 100

XVI. Quis locus in pleuriticis patitur. 101

XVII. Quæ sunt similia pleuriticæ paßioni. Et quo modo internoscuntur. 103

XVIII. Quomodo curandi sunt pleuritici. 104

XIX. Ad Hippocratem. 108

XX. Ad Dioclem. 114

XXI. Ad Praxagoram. ibid.

XXII. Ad

XXII. Ad Asclepiadem. 116
XXIII. Ad Themisonem. 118
XXIIII. Ad Heraclidem. ibid.
XXV. De peripneumonia. 120
XXVI. Quæ est peripneumoniæ intelligentia. ibid.
XXVII. Quomodo intelligitur peripnenmonia. 121
XXVIII. Quis locus in peripneumonicis patitur. 123
XXIX. Quomodo curandi sunt peripneumonici. ibi.
XXX. De Cardiacis. 128
XXXI. Quid est cardiaca paßio, uel quomodo eius agnitio tradenda. 129
XXXII. Quomodo intelligimus eos qui in cardiacam uenire possunt, aut etiam in ipsa constitutos. 130
XXXIII. Vtrúmne febricitent cardiaci. 133
XXXIIII. Quis in cardiacis locus principaliter patitur. 136
XXXV. Quomodo discernimus cardiacos ab his qui stomacho patiente sudauerint. 138
XXXVI. Quomodo discernimus cardiacos ab his qui prospero sudore liberantur, quem Græci Criticum uocant. 140
XXXVII. Quomodo curandi sunt cardiaci. 141
XXXVIII. Quomodo aliarum sectarum principes cardiacos curauerint. 152
XXXIX. Vtrum rectè Asclepiades cardiacos curauerit. 154
XL. Vtrum rectè Themison cardiacos curauerit. 157

CAPITA TERTII LIBRI.

I. De Synanche. 159
II. Quæ consequuntur synanchicos. 161

III. Quomodo curandi sunt synanchici. 163
IIII. Quomodo synanchicos aliarum sectarũ principes curauerint. 168
V. De Apoplexia. 177
VI. De conductione quam Græci spasmon uocant, & distẽtione quam tetanõ uocant, & earum speciebus. 182
VII. Quomodo discernimus raptum quem Græci spasmon uocãt, à tremore atq; saltu. 185
VIII. De curatione. 187
IX. De Hydrophobia. 195
X. Quæ est definitio seu agnitio hydrophobiæ. 196
XI. Quæ sequuntur eos qui in hydrophobicam paßionem proni ac decliues esse uidentur. ibidem
XII. Quæ sunt similia hydrophobiæ: & quomodo internoscuntur. 198
XIII. Vtrúmne animæ an corporis paßio sit hydrophobia. 199
XIIII. Quis locus in hydrophobicis patitur. 200
XV. Vtrum noua paßio sit hydrophobia. 202
XVI. Quomodo curandi sunt hydrophobæ. 205
XVII. De acuto tormento, quod Græci ileon appellant. 210
XVIII. De Satyriasi. 223
XIX. De Cholericis. 227
XX. Quæ sequuntur eos qui cholerica paßione afficiuntur. 229
XXI. Quomodo curandi sunt cholerici. 231
XXII. De defluxione quam Græci diarrhœam uocant. 238
CAPITA

CAPITA PRIMI LIBRI CHRONION.

I. De capitis paßione quàm Græci cephalæan nominant. 243
II. De Scotomaticis. 261
III. De Incubone. 262
IIII. De Epilepſia. 264
V. De furore ſiue inſania, quam Græci maniam uocant. 296
VI. De Melancholia. 310

CAPITA SECVNDI LIBRI.

I. De Paralyſi. 312
II. De canino raptu, quem Græci cynicon ſpaſmon uocant. 336
III. De auriculæ dolore, atq; humoris fluore per auditorias cauernas. ibid.
IIII. De dolore dentium. 339
V. De apprehenſione ſiue oppreßione, quam Græci catalepſin appellant. 345
VI. De uocis amputatione, quam Græci phones apocopen uocant. 346
VII. De influxione quam Græci catarrhon uocant. 347
VIII. De Tußicula. 355
IX. De ſanguinis fluore. 356
X. Quot, uel quæ ſint differentiæ fluoris ſanguinis. 357
XI. Quomodo intelligamus differentiam fluoris ſanguinis. 359
XII. De effectu ſiue exituſupradictarũ paßionum quem Græci Apoteleſma uocant. 362

XIII. De

XIII. De curatione. 367
XIIII. De phthisica paßione. 385

CAPITA TERTII LIBRI.

I. De suspirio siue anhelitu quē Græci Asthma uocant. 394
II. De Stomachicis. 398
III. De Phagedæna. 410
IIII. De Iecorosis quos Græci hepaticos uocant, & lienosis, quos splenicos dicunt. 411
V. De Aurigine siue arquato morbo, quē uulgò morbum regium uocant, Græci icteron. 419
VI. De Cachexia. 423
VII. De nutrimenti cessatione, quam atrophiam Græci uocant. 427
VIII. De Hydrope. 429

CAPITA QVARTI LIBRI.

I. De Elephantiasi. 444
II. De Phthiriasi. 449
III. De Ventriculosis, quos Græci cœliacos uocant, & de cæteris defluxionibus. 450
IIII. De Ventris debilitate. 473
V. De Ventris tumore ac duritia & uentositate, inflatione, ac saltu. 473
VI. De Dysenteria. 474
VII. De Colicis paßionibus. 477
VIII. De Lumbricis. 483
IX. De Mollibus siue subactis, quos Græci malthacos uocant. 492

CAPITA QVINTI LIBRI.

I. De Ischiadicis & Psoadicis. 495

II. De

II. De articulorum paßione, quam Græci arthritin uocant, & de pedum dolore, quem podagram appellant. 513
III. De Renali paßione quam Græci Nephritin appellant. 522
IIII. De tardis ueſicæ paßionibus. 525
V. De ſomno Venereo quem Græci onirogonon appellant. 532
VI. De ſanguinis emißione ex debilitate ſeminalium uiarum. 535
VII. De priapiſmo. ibid.
VIII. De uomicis ſiue internis collectionibus, quas Græci Empyemata uocant. 536
IX. De ſuperflua carne quam Græci polyſarcian uocant. 550

CATALOGVS AVTHORVM
qui toto opere citantur.

Agathinus.
Alexander Laodicensis.
Andreas.
Antipater.
Antiphanes.
Antigenes Cleophantinus.
Apollonius Herophilus.
Apollonius Citiensis.
Apollonius Memphites.
Apollonius Glaucus.
Apollonius Mys.
Apollo phanes.
Archigenes.
Aristoteles.
Aristoxenus.
Artemidorus Sidensis.
Artorius.
Asclepiades.
Asclepius.
Athenæus Tharsensis.
Bachius.
Caridemus Erasistratius.
Cassius.
Clodius Chrysippus.
Demetrius Attaleus.
Demetrius Herophilus.
Demetrius Aponieus.
Diocles.
Dionysius.
Demarchus.
Democritus.
Erasistratus.
Empedocles.
Eudemus.
Euenor.
Euryphon Gnidius.
Gaius.
Heraclitus.
Heraclides Tarentinus.
Herodicus.
Herophilus.
Hippocrates.
Leonides Epistyntheticus,
Lusius siue Lucius.
Magnus.
Magnus Ephesius.
Menemachus.
Menecrates.
Milesius.
Mnaseas.
Niger.
Niceratus.
Nicander.
Parmenides.
Philippus.
Philotimus.
Philistion.
Polybius.
Praxagoras.
Proculus.
Ptolemæus.
Serapion Empiricus.
Silimachus.
Soranus.
Thessalus.
Titus Asclepiadis discipulus
Themison.
Tryphon.
Tullius Bassus.
Valens Physicus.
Zenon.



CAELII AVRELIANI METHODICI SICCENSIS CELERVM VEL acutarum paſsionum Liber primus.

* *
*



IVNT Ippallum pythagoricum Philoſophum interrogatum quid ageret, reſpondiſſe, nondum* nihil: Nondum quidē mihi inuidetur. Si igitur proficientium teſtis eſt inuidia, quæ nobis olim comes eſt, magna gerimus, in his* quæ gerimus. Placet itaq; Bellice diſcipulorum ſumme, celerum paſsionum libros ſcribere, quos tibi utiles magis quam neceſſarios fore confido. Vtiles inquam ut ſi qua forte à Græcis obſcurè dicta ſunt, reuelentur. Nonnūquam neceſsarios: *hæc enim neceſsario, *in quo ſunt* poſita, me tradente legiſti. Nam interrogationum ac reponſionū libros, quibus omnem medicinam breuiter dixi, iamdudum ad Lucretium noſtrum perſcriptos aptiſsime deſtinaui. Is enim, ut noſti, ex omni parte Græcarum ſcientia prædıtus eſt literarum. Principio te ſcire uolo omnium celerum paſsionum aliquas eſſe cum febribus, aliquas ſine febribus. Quarum neceſſario cum febribus, ſunt plurimæ: ut phrenitis, lethargia, pleuritis, peripneu-

* i. hactenus nihil.
* quæ cum inuidia gerimus.
* hoc
* ob quod
* compoſiti

monia. Sine febribus autē ſynāche, cholera, & id ge-
* in nus, ſicut * ex conſequentibus docebimus. Sed exor-
dium ſumemus ab his quæ cū febribus eſſe noſcuntur:
ſiquidem febres ſunt acutis magis comites paßioni-
bus, in quibus eſt phrenitis præponenda. Nomen igi-
tur ſumpſit à difficultate mentis, ſicuti & dyſenteria,
& dyſuria, quòd urinam uel uentrem impediant.
* quarum Phrenas enim græce mentes uocauerunt * quare ut
ſupra diximus impedimentum phrenetica ingerit paſ-
* Herophilū ſio. Nam Demetrius * Erophilum ſequens libro ſexto
quem de paßionibus ſcripſit, hāc definiens, deliratio-
nem dixit uehementem, cum alienatione, atque febre
deſinentem in interfectionem celerem, aliquando &
in ſanitatem. Sed neque à deliratione uehementi alie
nationem differre quiſquam exiſtimet. Hanc ſanè paſ
ſionem non frequētius cum febribus, ſed iugiter ac ne-
ceſſario nunquam ſine febribus eſſe accepimus, dehinc
ultra diſciplinam elatus longa hoc definitione expli-
caſſe perſpicitur adiiciendo cito interficientem eſſe
paßionem uel deſinentem in ſanitatem celerem. Erat
* hinc obſerua quos morbos acutos veteres appellarint. facile * acutam uel celerem paßionem dicere, quòd in
utranque partem ocyus feratur, & eſſet hoc defini-
tioni ſufficiens. Aſclepiades primo libro de celeribus
ſcribens paßionibus, phrenetis, inquit, eſt corpuſculo-
* ſequentia indicant legendum, conſenſu rum ſtatio, ſiue obtruſio in cerebri mēbranis frequen-
ter ſine * ſenſu, cum alienatione, & febribus.
* explicans. exponens. Hanc ipſe * explorans diffinitionem, cum febribus, di-
xiſſe inquit: ſiquidem ſine his etiam mente alienan-
*morbus enim is per protopathiam fit, & non ſympathiam. tur qui papauer aut mandragoram, aut altercum bi-
berint, aut immenſa ira, aut nimio timore commoti,
uel mœſtitia etiam compreßi, aut epileptica ſunt agi-
tati paßione * ſine conſenſu (inquit) definiens, ne
etiam

etiam pleuriticum uel peripneumonicum phreneticum putaremus, qui in statu uigore passionis septima uel octaua die sæpe mentis erroribus agitantur. Eius sectatores quidam, residuam partem definitionis * differentes stationem corpusculorum uel obtrusionem, aiunt eum dixisse secundum membranas cerebri, si quidem sunt etiam * medullarum spinæ membranæ in quibus cum fuerit obtrusio, non ingerit phrenithim. Pluraliter autem usum dicunt, ut membranas diceret. Siquidem siue per multas, siue per omnes id eueniat, si singulariter poneret, negaret esse in multis, sed quisquis hunc sequeretur, unius esse membranæ causam putaret. Frequenter autem quod adiecit definiens, quidam sequentibus adscripserunt, ut sic intelligamus, frequenter sine consensu: si consensu quia uehemens fit aliquando phrenitis. Alij uero antecedentibus esse inquiunt iungendum, ut sic intelligatur: frequenter statio, uel obtrusio, quomodo enim febrem, illam uehementem dixit, cum de causis tractaret, quæ per stationem uel obtrusionem fuerit, illam uero solubilem, atque leuem, quæ ex turbatione fuerit liquidarum materiarum, atque spiritus, sic etiam phreniticam passionem illam dixit esse uehementem, quæ statione uel obtrusione fuerit effecta corpusculorum. Alij uero non, inquiunt, quod sine * obstrusione fiat aliquando phrenitis, id Asclepiadē dixisse * accipiamus, sed quia * sola ex uehementi. Sunt etiam quædam in hominibus sanis * obtrusiones. Erat igitur melius, ut manifestis & consequentibus uerbis intelligendam traderet passionem, & non per occultā atq; dissonantem obtrusionē, & quæ fortasse neq; esse probetur, sicut libris quos

* explanantes στάσιν vel ἔμφραξιν
* medullæ
* obtrusione
* putemus
* solum
* ἐμφράξεις

* intra ſectas unius * ſcriptoris edidimus, docebimus. Sed neq; oportuit eandem obtruſionem ſimul phrenitim atq; phreneticæ paßionis cauſam uocare. Siquidē uis* loquutionis nihil aliud deſignet, quàm phrenitim eſſe phreneticæ paßionis cauſam. Etenim dicere abſurdum eſt, quòd ſecūdum Aſclepiadem cauſa ea* ſcriptionum ſiue partitionum ſit quas Græci categorias appellant, non appellationum quas idem proſegorias uocat: Non enim alienationis aut febrium, ſed alienandi, uel febricitandi cauſas nominare: & ſic etiam phrenetizandi non phreneticæ paßionis cauſas dicere. Nam primum ad* aliud ex * alia re tranſire uidebimur: Vtrum ne partitionum, ſiue adſcriptionum, an appellationum ſint cauſæ: de qua re cum de paßionum cauſis ſcribere cœperimus, dicemus. Dehinc paululum progrediens, ait at quæ ſtatio corpuſculorum, ſiue obtruſio in qualibus, uel ex qualibus corpuſculis fiat, atque etiam quomodo ea quæ partibus eueniunt totum commoueant corpus ac febres generent, in his quæ decimo libro ſcripſimus enodauimus. * Nec enim febres, inquit cauſæ generant, ſed febricitare: oportebat autem proprie, non improprie loqui. Alij hæc defendentes aiunt cum uerbis ſignificaſſe phrenitim eſſe paßionē ex obtruſione effectā, habereq; cōſuetudinem pro effectu cauſas ponere. Nam luem definiens lues, inquit, eſt qualitas inſueta, in his, ubi eſt, locis conſiſtentium animalium, qua è communi cauſa facilibus morbis & interfectiuis adficiuntur. Etiam

* contra
* Soram, quē potißimus ſequebatur.
* definitionis ab Aſclepiade traditæ
* appellationes Aſclepiadici ſeu προσηγορίας vocabant nomina ipſa rerum vt φρενῖτιν, παρακοπὴν. Scriptiones verò ſeu partitiones verba
* nominibus ipſis efficta, vt φρενιτίζειν, παρακόπτεσθαι.
* adſcriptionū vt infra
* diſputationē intempeſtiuam
* quam hic agimus

* Aſclepiades putabat aliud eſſe πύρετον, aliud πυρέττειν, & propterea cauſſam eſſe putabat aliquam τῶ πυρέττειν quæ dicto κατηγορία eſt non τῶ πυρετοῦ, quæ vox eſt προσηγορία itaque is putabat ἐμφράξιν cauſſam eſſo τῶ πυρετοῦ, febrem verò τῶ πυρέττειν.

Cauſa

nunc luis causam pro effectu sumpsisse perspicitur. Causa etenim luis, est qualitas: Lues autem decliuitas in ægritudinem prona, atque * celeberrima, communibus antecedentibus causis. Et in aliis uero his utitur sæpe * sumptionibus quas * Græci metalepses appellant, ut exempli causa, dicat densatum liquorem pro partibus liquoris densatis: partes enim ad totum redigit. Sed neque expiant his maledicta, * sed ostendunt etiam aliis similibus peccatis adfectum. Quærimus enim non si consuetudinem habuit * sumptionis faciendæ, sed utrum hæc consuetudo recta esse uideatur. * Externa etenim si fuerit hæc à diffinitionibus consuetudo, ueniam fortasse merebitur: in * diffinitionibus uero non poterit ad ueniam pertinere. Oportebat enim definitiuè loquentem propriis uti sermonibus, & non abusiuis, neque * sumpsionibus, quæ in contrarium sæpe uocentur. Neque nunc obtrusio causa est phreneticæ passionis, sicut in aliis ostendimus: Neque causam debuit pro effectu accipere, neque in mēbranis cōsequens est, id est, uerum ac probabile obtrusionem fieri, sed in sensibus, hoc est in sensualibus uiis, quas Græci ἀισθήρια uocant. Omnis enim phrenitis caussam uel substantiam alienationem generaliter, communiter autem alienationis substantiam in sensibus constitutam existimauit Asclepiades. Denique in definitionum libris alienationem definiens, hoc genere explicauit: alienatio est passio in sensibus, ex qua aliquando * maiores intellectus efficiuntur capacitate, non consensu aliarum uiarum, aliquando uero uiæ capaciores motibus, sed hoc * tardans inquit, ac sine febribus, * furor uocatur, quem uulgo insaniam dicunt: recens autem atque cum fe-

* plurimis infesta
* transsumptionibus
* μεταλήψεις
* verum
* transsumptionis
* in aliis rebus id vsurpentur,
* quam definitionibus
* maiores impetus (nempe corpusculorum quæ obtruduntur) capacitate viarum, sine aliarum partiū consensu: aliquando viæ capaciores motibus (nimirum cum hic morbus fit ex turbatione liquidarum materierum & spiritus) vt foli 5. de fabre dixit.
* diuturnum
* μανία

bribus, neq; *cum sensu phrenitis intelligitur. si igitur phrenitis paßio est in sensu, non recte eam principaliter definiens obtrusionem dicit esse in cerebri membranis. Addo etiam fieri phrenitim ex* consensu perseueranti ac uehementi, sicuti ex aliis antecedentibus causis. Oportuit ergo etiam in eo quod definiens adiecit, uerbum frequentiæ seruare ordinem, ne dicendi ambiguitatem daret. Ex qua eius sectatores inter se plurimum pugnauerunt. [a] Mentitur etiam aptißime cum suam explanans definitionẽ dicit quòd papauer alienationem facit. Soporiferam etenim ingerit* pressuram. Hoc adeo defendentes quidam eius sectatores aiunt etiã somno fieri alienationem. Ipse deniq; Asclepiades in primo libro celerum paßionũ,* furiosos inquit facere somnum, sic etiam alienationem* faciunt. His nos respondebimus, differre pressuram à somno contra naturam. Etenim pressura intelligitur contra naturam somnus. Papauera autẽ pressuram, non somnum faciunt. At si accipiunt etiam pressuram somnum uocari, quæ necessario contra naturam est, oportebat etiã lethargos dicant alienari, & erit definitio phreniticæ paßionis lethargiæ communis. Et in lethargis obtrusio est secundum Asclepiadem in membranis cerebri cum febribus ac sine consensu. De hinc etiã in furore febricitãtium cõmunis erit definitio. in his enim, ipse ait, obtrusionem in membranis cerebri frequenter sine febribus atque cum alienatione effici. Huic occurrentes quidam aiunt quod inquit, cum febribus duo significare. Vnum quod tardantem cum membranarum obtrusione longi scilicet temporis febrem significet [b] & non ex ipsa* soluerit exordium: aliud cum febribus quidem, sed causa obtrusionis membrana

* consensu

* vt peripneumoniæ & pleuritidis: sed ea potius παραφρενῖτις est.

a visus & cognitus mihi qui esu cicutæ in iusculo sumptæ loco apij hortẽsis, stolidus & mente captus reliquum vitæ tempus transegerit.

* altũ profundúmque somnum.

* quosdam maniacos fieri ob somnos longiores

* somni. sub.

b quæ non ex ipsa, vel phrenitide, vel obtrusione phrenitin gignente, quod potius est.

* sumpserit

branarum naris febres oriuntur paruæ atq; mitiuscu-
læ cum in minutißimis fiunt plagæ siue* percussa, atq; * percussus
adfriquationes, quæ corpori minimum accendere fer-
uorem poßint. Sed etiam nunc confitentur confusum
dictum, si ex * hoc duo significat c alterum ex his * hac interpretatione
uerum, alterum falsum. Dehinc febrem fieri in phre-
niticis ex obtrusione membranarum* solitum accipia- c Ambo enim vera esse non possunt.
mus, eorum tamen dictis id repugnat. Additur enim
alienatio febribus, denique etiam obtrusio ex qua * solitam
alienatio fiet. Quod igitur* secundo sequitur, cau- * obtrusio
sa prioris* esse non potest. Addo etiam* febres quæ * fabris * febrium
per totum corpus exardescunt causam ex obtrusione
membranarum factam, * quo totum corpus accenda- * qua
tur, ratione carere. Etenim in epilepticis quibus etiã * impetus minutißimorum corporum
raptus omnium membrorum ex cerebri* membra-
nis, atque maiore causa secundum Asclepiadem* de- * membranas
scendit, quapropter etiam phlebotomiam probat ad- * in
hibendam, oportebat magis ac uehementius febrem * conscendit
accendi. Siquidem maiora corpuscula maioribus mi-
sta cum toto maiores * faciant plagas siue percußio- * faciunt
nes & adfricationes. In libris denique definitionum
phrenitim inquit esse alienationem repentinam cum
febribus. Sed etiam* nouus* furor, quem insaniam uo- * subitus
cant, sæpe mouetur cum febribus. Nos igitur manife- * mania
ste atque breuiter quantum res patiuntur, intelligen-
tiam, siue definitionem paßionis trademus, dicen-
tes, phrenitim esse alienationem mentis celerem,
cum febri acuta, atque manuum uano errore, ut ali-
quid suis digitis attrectare uideantur, quod græci
*Crocydismon, siue carphologian uocant, & par- * Crocidismon
uo pulsu ac denso.

Vtrúmne ſint ſigna phreniticæ futuræ paſsionis. Caput I.

DE hinc quærendum utrum ne ſint ſigna phreniticæ futuræ paßionis. Nam multi ſectarũ principes inter quos fuit & Aſclepiades ſigna futuræ paßionis poſuerunt. At Theſſalus & eius ſectatores, id poſſe fieri negant, dicentes quia non futuræ phreniticæ paßionis ſigna uera atq; neceſſaria* fuiſſent, oportebat omnes in iiſdem conſtitutos neceſſario eſſe phreniticos. Nunc uero quidam cum his afficerentur ſignis, in phreniticam paßionem non uenerunt. Secundo oportebat etiam aliarum paßionum futurarum eſſe ſigna. Nullius autem futuræ paßionis ſigna eſſe perſpicimus. Neq; igitur phreniticæ paßionis eſſe poſſe ſigna credamus. Sed neq; præſtantius* quicquam antecedentium cauſarum, ut aduſtio, cruditas, uinolentia, atq; exercitium poſt cibum, uel manſio ſiue ſomnus in ſpeluncis* confertur, aut noua politura in muris* parietis cubiculorum. Hæc alias quoq; paſſiones ingerunt generaliter, ut lethargiam, apoplexiam, epilepſiam. Neq; multos, tempore certo, ſpecialiter phreniticam incurrere paßionẽ, ut* Autumno uel alio quolibet, firmum eſſe credamus. Incertum eſt enim ſiquidem non* omnes phrenitici efficiantur, ſed alij diuerſis afficiantur paßionibus. Neq; etiam uigilare, ac iugiter cum dolore* urinam reddere parum, uel plurimum, atq; grauedine uel dolore capitis, uel occipitis, uel clunium affici, aut oculorum rubore certa ſigna ſunt. Hæc enim ſigna communia ſunt paßionum, quæ uexata membrana cerebri fiunt, atq; inde male laborantium ægrorum, nec neceſſario omnium, ac ſemper phreniticorum. Dehinc au-

Margin notes:

* eſſe, oportere

* aliquid quã antecedẽs cauſſa

* affertur ſub. pro ſigno.

* & parietibus.

* cuius conſtitutionẽ ad cauſſas antecedentes referebant

* certo tempore

* vrinæ

dacia sine ratione, uel econtrario * securitas & hilaritas non futuram, sed præsentem alienationem designant. Hæc expugnantes Asclepiadis sectatores contra primum responderunt, quanquam inquiunt signis futuræ paßionis ægri afficiantur, ratione tamen certa non in ipsam plerunque ueniunt: Siquidem imminentem paßionem * cohibeat. Medicinalis uera curatio, quod inquiunt debemus definitione explicatum accipere. Etenim furorem febricitantium, ex obtrusione membranarum quæ non * sinat, initium sumere. Non igitur negant signa fuisse futuræ paßionis. Dehinc signorum quædam inquiunt secundum Asclepiadem esse necessaria, ut cordis uulneratio mortis signum: quædam non necessaria, sed frequenter futura significantia, sicut membranæ capitis uulneratio moriturum uulneratum significat. frequenter enim hoc, non iugiter, ac necessario contingit. Futura igitur phreniticæ paßionis signa* frequentia non neceßitatem futurorum* designantia. quapropter manet * genus futuræ phreniticæ paßionis in signis, quanquam non necessario in eam ueniant ægrotantes.[a] Contra secunda uero hæc* probauerimus & de singulis scribentes docebimus. Dehinc potest etiam soli phreniticæ paßioni hoc priuatum inueniri, ut enim ab aliis paßionibus differt, sic etiam cum nondum est,*differre cæteris, respondentes aiunt, antecedentes causas quas procataracticas appellant, singulares quidem non esse futuræ paßionis signa ut neq; rem sine* tempore neq;*concurrentia, ut forte oculorum sanguinolentia, uel capitis grauedo, sed in unum coaceruata, atq; concurrentia omnia. Audacia uero sine[b] ceratione, atq; hilaritas,

* sine ratione
* inhibeat
* desinat.i. auxilio medicinæ colatur.
* frequentiam
* designare
* signum esse
a Cum uero probauimus antecedentes caussas quas sigillatim scripsimus, & docuimus, debere soli phreniticæ paßioni priuatas inueniri.
* probabimus
* differre causam eius a
* tēpus ipsum,
* symptomata quæ morbum sequuntur.
b Hoc signo ostendunt iam gliscentē: quæ futura & non præsens dicitur, quia adhuc parua est.

certa significatione indicant signa futuræ phreniticæ paßionis: Nam sicuti & in externis,* præsentia paruitate* iã latẽtia pro* futuris accipimus. Igitur Thessalus Primo libro diætetico præcepit phlebotomari in stricturam magnam uẽturos, atq; hos ita designat, iugiter febricitantes, & usque ad dimißionis tempus submerso pulsu affectos, frequenter uel cum dolore urinam reddentes, cum hæc præsentis iam sint uehementiæ signa, non futuræ. Ex ea enim[c] significatione futuram dicunt intelligi phrenitim quæ non* naturalis est, sed multorum placitis firmata. Dehinc præsentis paßionis signa necessaria esse confitentur. Aiũt enim quædam esse quæ futura denuntient, quædam quæ sæpe futura, quorum secunda futuræ phreniticæ paßionis esse dicunt, siquidem non necessariò sequitur. Quid enim est repugnans? omne etenim signum ad eam rem quam* significauerit intelligitur, est enim ex his quæ ad aliquid intelliguntur. Quomodo igitur signum uocari potest cuius non solum præsens non est quod * ostenderit, uerum etiam in quibusdam neque erit. Secundum nos itaque, decliuitatis atque pronæ ægritudinis in phrenitim signum recte nuncupatur, ut labiles in paßionem, ægros pronuntiemus, quos græci ..υνόσους totius appellatione uocant. Ipsius enim uerbi qualitas, siue ueritas excussa designat aliquid esse, quo res ferantur, nec tamen necessario uenturæ. Signa igitur res ipsa semper præsens, quæ significatur, ostendit, qua sæpe etiam futura noscuntur. Alia uero esse signa decliuitatis in phrenitim, alia in lethargiam: atque cæteras paßiones, ex his reddere cœperimus, cum sua suis manifestabimus.

Quæ

* affectibus & morbis, vt phlegma
* adhuc
* futuris
c significatio
* necessaria
* significat
* ostendit
incipiemus

Quæ sequuntur eos qui in phreneticam passionem proni intelligantur, quos labiles diximus.

Cap. II.

IN phreneticam igitur paßionem pronos uel decliues sequitur febris acuta, atque difficile ad superficiem corporis ascendens, pulsus * humilior, densior, uultus subinflatus, siue plenus, sanguinis per nares destillatio, uigiliæ iuges, aut turbatus somnus, & insania turbulenta, mentis solicitudo, ac prauitas sine ratione, frequens tergorum * est uersio iacendi cum capitis assidua commutatione. Aliquando etiam sine causa hilaritas, oculorum rubor cum leui lachrymatione, & circumiectio manuum sine ullo capitis dolore, articulolorum frigus sine * tremore, urinæ abundantia flauæ, aquatæ, tenuis, & paulatim exclusæ. Aliquibus etiam sonitus capitis, atque aurium tinnitus: dolor quoque capitis repentè non * quiescit, nulla ex manifesta ratione præcordiorum etiam tensio, uisus attentus, uel frequēter palpebrans. Quidam Medici ex quibus sunt Asclepiadis sectatores, etiam attendunt aeris qualitatem, quam Græci * catastema uocant, & tempus, & antecedentes causas, & naturam, & ætatem. Aeris inquiūt * habitu, ne ea calescat, quòd eius causa plurimos afficiat, ut sæpe oculorū inducat lippitudines, uel ulcera. Tempus autem, ut æstatis finem uel autumnum. In his enim aiunt hanc frequentare paßionem. Antecedentes inquiunt causas, ut uinolentiā uel uigilias, ac iuges * adustiones: naturā * inquit, ægrotantis, ut si fuerit mente mobilis, atq; iracūdus, uel in disciplinis literarum exercitatus, aut capite debilitato, & facilè * inflationem sentienti, uel si quoties ægritudine afficitur,

* obscurus
* inuersio iacendo, vel iacentis.
* febrili
* quiescens
* κατάστημα
* habitum
* in sole morā & balneis
* inquiunt
* legi potest & inflammationē

facilè

facile alienatione uexetur: ætatem inquiunt si iuuenis. Omnia quidem sunt prouidenda, non enim ex uno uel duobus, sed ex multis concurrentibus, significatio firmatur: unum etenim quiddam etiam ad aliud quiddam commune est. At uero in* unum conueniens multorum concursus, * discretionum facit intelligentiam * prominere.

* morborum differentiæ
* eminere

Quomodo intelligitur phrenitis. Caput III.

INtelligimus phrenitim ex toto signorum concursu. Vnum etenim singulare quicquam, ut est alienatio, uel febricula non designat phreniticum, sed si multa concurrerint, quæ nihil aliud quàm paßionem designent, ut sit * significatio, quæ ut supra diximus ex multis confecta, unum faciat signum, & significãs eius rei quã demonstrat. Quare ut dixi intelligimus phrenitim ex concurrenti febre acuta, & alienatione & pulsu paruo atq; crebro, attestante carphologia & crocidismo. Ex his enim intelligitur paßionis genus: magnitudinis uero atq; proprietatis differentiam, plurima atq; alia sunt quæ designant, à græcis symptomata appellata, ut * febris continuæ, uel* hemitritæas, uel inæquales, atq; superficiem corporis difficile ascendentes: alienatio intra* diatria, uel post* diatria tempus, iugis aut intercapedinata, cum risu tacito, aut cũ cachinno, & cantilena, uel certe mœstitudine, silentio, uel murmure, aut uagitu, aut leui secum sua* ipse mußitatione, uel mentis indignatione, ut in furorem exiliens difficile teneatur, atq; omnibus iracundus sit, & exclamet, uel sese percutiat, aut suam uestem atq; propinquantiũ scindat, aut metu se abscondendũ existimet, aut lachrymetur, atq; secum loquentibus non respon

* ἔνδειξις
* febres continuæ
* hemitriteæ
* diatritæum
* diatritæum
* ipsius

respondeat, cùm loquatur* tanquam uisis, & non solùm non uisis, sed etiam mortuis: & neque potum postulet, neque cibum, aut * acceptum uehemẽter* inuadat, & immasticatum transuoret *atque masticet. Neque transuoret, sed in ore contineat, & post paululum proiiciat: lucem quoque aut tenebras fugiat, adsint etiam uigiliæ iuges, aut paruus & turbulentus somnus, oculi sanguinolenti, cum tensione uenarum suarum, & fixo uisu, atque sine ulla palpebratione, aut multum *mobili, & cum iugi palpebratione: aliquando etiam manuum ante oculos præmißio, quasi aliquid apprehendere, uel detrahere uolentium, quod aut inhæsisse oculis, aut ante uolare ægrotãti uideatur. Vultus etiã quibusdam * collectus atque conductus: genarum rubor perseuerans, aut per interualla in pallorem mutatus: capitis siccitas quæ statim ebibat fomenti liquorẽ: dentium stridor: guttæ sanguinis leuißimæ per nares, capitis frequens *alienatio, cum aurium intentione, ut aliquid audire uideatur: indecens iacendi positio: pedum quoque iugis ex alto submißio: corporis * uacua fortitudo: articulorum iugis torpor: raptus etiam, uel attractio cooperimentorum à pedibus ad superiora: uentris fluor: urinæ aquatæ, uel felleæ cum nubeculis portentosis: ultimo quibusdam etiam uultus*mortuosus, aliis cum collo subinflatus: manuum tremor: pulsus creberrimus, atque submersus, & tremulus, & imbecillis, aliquando etiam deficiens, & in similitudinem oleo defecti luminis marcescens: præcordiorum uehemens tensio atque ad superiora adductio: singultus, linguæ impedimentum atque loquutionis * inapprehensibilis articulatio. Dehinc quibusdam * diaphoresis, quibusdam spasmus, aut pressura, quæ lethargicam passionem

* nunquam
* gratum
* edat
* atq; duglutiat: vel neque
* mobiles
* collapsa facies
* acclinatio
* vana: cum aliquid summo conatu, sed frustra efficere tentant.
* cadauerosa facies
* quæ intelligi non potest
* Eripothymia: virium dissolutio.
* somnus altus & profundus

paßionem atteſtantibus cæteris denuntiet: hoc pulſus inducit celeres, multos, *aut paruos ſaltus. In magnitudinem erectio quæſita, & ægrotanti incongrua atq; ſubinanis. Releuatis autem atque ad *ſedem pergentibus omnia ſupradicta minuuntur. Grauius autem ac perniciosè affici dicimus eos quos ut ſupradictos plurima atque uaria fuerint* ſecuta, & iugi & ſine ulla *indulgia laxamēti. Peius autē laborare dicimus eos qui poſt primam diatriton fuerint hac affecti paßione, quàm qui ante ipſam. Etenim præſauciatis uiribus quicquid adhibetur, graue atq; *indignum adiutoriū, uel *phlebotomice quæ principaliter *temporis cauſa adhiberi prohibetur. Exitialiter etiam affici dicimus eos qui aſperrimi atque audaces fuerint ægrotantes. *Inſontine etenim etiā *ſanis iracūdi eſſe perſpiciuntur. Nec non etiam qui ſubridere uidentur, & ſtridore dentium, aut ſingultu affici. His * etiā ſpaſmus imminere ſignificatur. Grauius etiā ſi mutabiles fuerint colore, & tremuli, & ſtertentes, aut *faſtidioſi per omnia. Aliarum uerò principes ſectarum iuxta ætatis differentiam grauius affici dicunt, iuuenes à cæteris ætatibus: iuxta ſexum & naturam uiros * ac fœminas, quomodo etiā ſapere *plus eſt in iuuenibus, atq; maioribus. Maius enim fit malum, firmitate reliqua adiutū. Dehinc etiā* illos qui natura fuerint triſtes, & in paſſione cū *ridiculo delirauerint, aut rurſum hilares natura, atq; cachinnoſi, cū iracūdia & mœſtitudine ægrotātes grauius affici dicūt. Siquidē nulla ueſtigia ex his quæ ſanitati fuerint cōſueta, remanſiſſe uidentur. Nos uerò dicimus cōmuniter grauiter laborare quos paſſionis adficit magnitudo. Illud enim ſemper in ægritudine magis afficit, quod à natura plurimum receſſerit.

Quæ

* ac
* ſanitatem
* ſecuta iugiter, &
* indulgentia
* indigum, id eſt exiguum
* phlebotomia
* tēporis cauſ-ſa. i occaſionis: nēpe quia vires imbecillæ ſunt.
* Sontine, i. cum pernicie ſua
* ſani
* enim
* ἀσώδεις
* quàm
* plus eſt in maiorib. quàm iuuenibus.
* ſenibus: natu grandioribus.
* illi
* riſu

Quæ ſunt huic ſimiles paſsiones, & quomodo diſcernuntur.

Cap. III.

SImiles ſunt atque uicinæ phreneticæ paßioni *ex ipſa alienatione, * furor quam uulgo inſaniam uocant, melancholia, pleuritis, atque peripneumonia: quæ ſæpißimè acceßionis tempore alienationem faciunt. Item* mentis alienatio fit, in his qui mandragoram, aut altercum biberint. Internoſcuntur autem furentes atque melancholici à phreneticis: ſiquidem * Alienatio ſine febricula, atque crocidiſmo, uel carphologia eſſe uidetur. Dehinc tardè ſæpißimè finit, atque ſine paßione.* Item melancholia, fellis nigri uomitum facit, ſtomacho patiente, aut plus à cæteris corporis partibus ægrotante. * Præſtantius autem odiſſe homines facit, * atque uultus colorem plumbeum. Item pleuritis & peripneumonia, & omnes paßiones, quæ ex dolore acceßionis tempore alienationem faciunt, internoſcuntur hoc modo. Primò, quòd cùm dolores aſperantur, extenditur atque conſurgit alienatio, & eorum * indulgentia minuitur, quippe leuis atq; ſolubilis deliratio. Nam phreniticorum * ſi ex conſenſu fuerit facta, * tamen, & nõ ſemper acceßionibus aucta, aut demißionibus minuta, ſed magis intardans atque perſeuerans perſpicitur. ſi uerò poto malo medicamine, * uel Alterco alienentur, diſcernuntur ſecundum interrogationem præcedentes cauſæ. Sed quia etiam de medicamine poto poteſt phrenitis euenire: (Non enim præordinatæ atque fixæ ſunt neceſſariò eius antecedẽtes cauſæ) ad interrogationem præcedẽtium cauſarũ æger credibilis eſſe nõ poteſt, item externi, hoc eſt, ab ægro alieni antecedentia

* cum
* mania
* ἀώρωσις
* melancholia
* dolore capitis, niſi legas compaßione.
* obſtinacius
* melancholia
* laxamento, mitigatione.
* & ſi ex
* non tamen ſemper
* vt

dentia nescire possunt,* totius differentiã accipimus, si non febricitat, ut hoc sit signum internoscendarum causarum, si autem febricitat ut crocidismus atq; carphologia & densitas pulsus absint. His enim qui mandragoram uel altercum biberint rarus est pulsus.

Quomodo discernimus à phreneticis eos qui furore febricitant.

Cap. V.

QVando furentes siue insanos à phreneticis sola febrium sinceritate omnes sectarum principes *decreuerunt, & sæpe etiam febris ex aliis causis his paßionibus incidit, oportebat hos etiam cum febribus furore delirantes à phreneticis discernere: Non quidem mutandæ curationis causa: Omnes etenim paßiones celeres supradictæ, atq; tardæ, sed insuper * positione constitutæ, quam Græci * epithesim uocant, laxatiua atque mitigatiua indigent curatione. Sed ad demonstrationem, quo * probemus etiam specialium uti discretione, hæc posuimus. Est autem utilißimum etiam localibus adiutoriis, ut patientibus locis, uel plus patientibus curationem adhibeamus. Nam phreneticis atque furiosis caput magis,* melancholicis stomachus patitur. Igitur nõ febricitare furiosos *percunctatum non est siue uniuersale, quod Græci catholicon uocant, * sed est discrepatione partile. siquidem, ut diximus, quidam febribus * afficiantur, sed phrenetici acutis, uel celeribus, furiosi uerò tardis, quanquam sit etiam hoc insufficiens discretioni, propter eos qui repentino furore agitati febricitant: remanet, ut ordine accidentium discretionem faciamus. Præcedit enim febrem in* furiosis alienatio, in phreneticis uerò febricula alienationem: sed quia aliquãdo potest furentum alienatio

* potius
* secreuerunt
* Alij sic exponut morbos, qui siue ἀ priuationis dictione vt κῶμα: κάρος pronuntiãtur, per ἐπίθεσιν cõstitui: eos verò per ἀποστέρησιν, qui cum ἀ proferuntur, vt ἀγρυπνία ἀπεψία.
* humoris vitio si plenitudine & abundantia
* possemus
* obserua. melancholiã verã esse putat, quæ gignitur affectu primario ventriculi
* ἀξίωμα
* in discrepantia & diuersa diuiditur, & partitur, vt aliquando verũ sit, aliquando falsum.
* afficiuntur
* qui ob aliã causam febrẽ contraxerunt

alienatio concurrens febriculæ latere, aut ordinis, aut
* interrogationis, ut supra diximus causa, si quidem ** interuentionis*
ab ægro narrari non poßit, aduertamus in phreniti-
cis paruum atque crebrum esse pulsum necessario, in
furiosis uero maiorem. Sed quia initij, uel augmenti
accesßionis febrium par in his atque creber pulsus esse
potest, declinationis autem atque* indigentiæ maior, ** indulgentiæ remisßionis*
illud aduertere debemus: quia in phreniticis etiam tūc
paruus atq; densus perseuerat, ut discretionem magis
ex pulsu faciamus, quanquam etiam ipsa infirmetur
sæpe febrium *nequitia, quæ ut in aliis pasßionibus sic ** malignitate κακοηθείας ἕνεκα*
etiam in foriosis pulsum paruum atq; densum seruat,
ita discerni uel internosci potest cum neque crocidis-
mum in ægrotantibus uiderimus, quod est ex operi-
mentis fimbriarum ueluti decerptio: neque carpholo-
giam, quæ est festucarum leuium à parietibus ueluti
detractio, quam necesse est phreneticos facere. Quæ
denique si furiosis aduenerint, in febribus constitutis, *affectuum cōmutatio & παραλλαγὴ*
in phreniticam pasßionem, ex insania uenisse pronun-
tiamus, tanquam rursum, & phrenitica pasßio rece-
dentibus propriis signis, hoc est, supradictis in furorem
transeat. Non aliter quàm si etiam aliis id testantibus
signis, in lethargiam ueniant, uel certe releuati ex le-
thargia, in phreniticam redeant.

Quomodo discernimus dormientes phreniticos ab his qui in lethargicam deueniunt pasßionem. Cap. VI.

QVomodo* phrenitici aliqui argumento pasßio- ** Cum*
nis in lethargiam, aliqui declinatione in som-
nos deuenerint, & cum aspectu commune sit, quod
utrique non sentiunt, * atque multos inexercitos ** cumq;*

medicos errore fefellerint, ut dormientes tãquam depressos excitarent, aut* oppressos tanquam dormientes sine adiutorio paßioni traditos, reliquissent, Vtilem ducimus eorum discretionẽ faciendam, discernuntur igitur calore, charactere, respiratione, pulsu, tactu, schemate iacendi, febrium magnitudine. Calore inquam, dormientium enim* mundum corpus, atq;* flosculè uiuidũ, & naturali habitudine plenum. Oppressorũ uero in* lethargia paßione pallẽs, uel plumbeũ, uel quolibet* alio colore affectum, inuenitur. Character autem dormientium hilaris, lethargicorum tristis inuenitur. Item spiratio dormientium ordinata, lethargicorũ tarda esse probatur. Pulsu etiam discretionem facimus, q, quanquam utrique subinflatas atq; maior, tamen cum inanitate in lethargis, cum plenitudine dormientibus inuenitur. Tactu autem lethargis etiam præcordia distenduntur plurimum, & totum corpus durius fit, ob nimiam* stricturam: dormiẽtibus uero ecõtrario, quia strictura minuitur, etiã præcordia relaxantur, & totius corporis tactus mollior efficitur. Schemate iacendi, discretio fiet. Siquidem lethargi à capite lecti ad pedum loca* labantur, & incomposito, uel indispositο* iaceant corpore, dormientes uero congrua naturæ positione * cernantur. Magnitudine inquam febrium: dormientium enim* minor ac* lenior, * lethargorũ maior atq;* aspera febricula inuenitur. Quapropter obseruanda sunt etiam tempora, si enim in declinatione paßionis, & in dimißione uel declinatione accesionis sensus ægrotantiũ quieuerint, intelligimus somnum. Si uero in augmento paßionis, uel accesionis, & magis in eius initio, uel augmento id acciderit, lethargum pronuntiamus.

Margin notes: * lethargicos — * nitidum — * floridè — * lethargica — * alieno — * obstructionem — * labuntur — * iacent — * cernuntur — * calor febris — * leuior — * lethargicorũ — * asperior

Quæ sint differentiæ phreniticæ passionis. Cap. VII.

Differentias phreniticæ passionis quidam ex accidentium proprietate faciendas existimant. Aiunt denique aliam esse alienationem cum risu, atq; puerili saltatione, aliam cum mœrore, atq; exclamatione, uel silentio, aut timore. Nos *uero aliam dicimus esse ex strictura* aliam ex complexione stricturæ atq; solutionis.* Est *enim* uerum ita discernere, ut non accidentium diuersitas passionis differentias ostendat, sed generalis quædã ac necessaria designatio, quæ fit ut supra diximus ex principalibus * passionibus, unde etiam curationum ratio sumatur.*

* *aliam ex solutione. Sic legendum esse ostendit cap. post nonum.*
* *æquum*
* *& earũ caussis: strictura: solutione: veriúsque complexu.*

Quis locus in phreniticis patitur CAPVT VIII.

Quæsitum etiam quis locus in phreniticis patitur, & magis à principibus aliarum sectarum, ut secundum differentiam patientis loci curationes adhiberent, & localia locis adiutoria compararent. Nos *autem siue locorum siue uicinitatis eorum causa generalem curationem non mutamus.* Non *est enim sub eodem * genere * iacens locorum necessaria differentia, aliqui igitur cerebrum pati dixerunt: alij eius fundum, siue basin quam nos sessionem dicere poterimus: alij membranas: alij & cerebrum & eius membranas: alij cor: alij cordis summitatem: alij * membranam, quæ cor circumtegit: alij * arteriarum eam quam Græci* ἀόρτην *appellant: alij uenam crassam, quam iidem* φλέβα παχεῖαν *uocauerunt: alij diaphragma: & quid ultra * tendimus quod facile explicare possumus, si id quod senserunt dixerimus?* Nam *singuli eum locum in phreniticis*

* *morbi*
* *iacentium: alij, patientiũ.*
* περικάρδιον
* *arteriam*
* *orationem proferimus*

pati dixerunt, in quo animæ regimen esse suspicati sunt. Denique singulorum iudicium atque assertionem pertractantes, expugnabimus libris quos de paßionũ causis scribemus. Nos igitur communiter totum corpus pati accipimus, etenim totum febre iactatur. * Implet denique phreniticorum significatione febrium signum, quapropter totum corpus curamus, sed plus pati dicimus caput, etenim antecedentia demonstrant signa, * ut eius grauedo, tensio, dolor, sonitus, aurium tinnitus, siccitas atque sensuum impedimentum, & cætera quæ iam paßionis præsentis esse signa noscuntur: singuli sensus suo * careant apprehensionis officio, palpebra dura, oculi sanguinolenti, ac prominentes, genarum rubor, uenarum extensio, uultus inflatio ac plenitudo, linguæ asperitas. Eos uero qui nos ex naturali tractatu, quam Græci physiologiam uocant patientem locum apprehendere dixerunt, (Siquidem prænoscentes animæ regalia in capite constituta, exinde mentis alienationem capitis offensa fieri acceperimus) ita expugnamus, ut primo * regale locum maternum remanserit. Sed nos uarietas atque multitudo accidentium in capite signorum, plus à cætero corpore docuit id pati. Sed aiunt faciem magis, plurimisque signis affici, & propterea * huic esse adhibenda adiutoria, Nunc uero cucurbitam cur occipitio apponitis, * Siquidem per apertionem, quam Græci anatomiam dicunt didiceritis sensuales uias inde sumere exordium. Hic * rursum similiter eos peccare perspicimus. Etenim faciem non curant cataplasmate, * atque uaporatione, atque occipitium tanquam dolens & extentum apposita cucurbita * scarificamus, sicut etiam alias

* impletur alij implicatur.

* signa phreniticis

* carentes

* regalem locum internum incognitum remansisse dicamus

* capiti

* quasi quidẽ

* prorsum pueriliter

* aut

* scarificant

alias partes, atque præcordia, ſi in tumore fuerint conſtituta. Explicata *uariæ paßionis apprehenſione ad eius curationem tranſeamus.*

Quomodo curandi ſunt phrenitici. Cap. IX.

*Quomodo curationibus principio locus aptandus eſt, iacere oportet phreniticos in loco omni ex parte deuio, ne aliqua tranſeuntium uoce pulſentur: feneſtris etiã altioribus * luminato. Sæpe enim im hac paßione conſtituti alienationis cauſa ſeſe præcipitantes latuerunt. Dehinc ob obſcurationis proprietatem ſtrictura laborantes, in lucido atq; tepido & amplo mediocriter locamus. Etenim ultra modum feruens aer naturaliter febricula caput incendit, & rurſum frigidus conſtringit, atq; corporis auget denſitatem. Item nimium lucidus membranam percutit cerebri immodici ſplendoris cauſa. Par uus etiam locus ſi fuerit atq; humili tecto, ſuffocabilis erit aeris paupertate. Sit etiam ſine ullo picturæ figmento, ne uiſa ægri ex picturis mente accipientes, quæ Græci phantaſmata uocauerũt, plus aſperẽtur, aut in riſum ſoluãtur, maxime cum ratione careat, multorum ingreſſum aut frequentiam prohibere, & pictura occaſionẽ lacerandæ mentis acquirere, cum iugi uiſu falſa coguntur pro ueris accipere. Hinc etiam ſplendidi colores parietum ſiue * ſtraminum, uel operimentorũ prohibendi. Reſultantes enim, ut ita dixerim, percutiẽt uiſum, ſolutione * autem * optinenti laborantes econtrario iacere oportet loco medie obſcuro, atq; refrigeranti, neq; enim nimium frigidus, neq; obſcurus paßionis mitigare celeritatem poteſt. Stramenta etiam omnibus mollia atq; operimenta conueniũt: ſed tenuia, ſolutione laborantibus, corpulenta uero atq; calida, ſtrictura*

Quandoquidẽ

** illuminato*

** ſtragularum*

** nam ſupra c. 7. dixit aliquãdo fieri ex complexu ſtricturæ & ſolutionis*

** cum ſolutio maior eſt quã ſtrictura*

affectis. Sic etiam lectus omni ex parte firme locatus, ut cum fuerint impatienter iactati uel neceßitate cogente *deuicti, immobilis perseueret, foribus etiã atq; fenestra auersi, ne ingressu hominum asperentur. At si etiam alienatio fuerit principali paßioni cõtraria, ut strictura laborantes lucem odisse faciat, solutione laborantes tenebras, oportet aliis oculos contegi, aliis tenue atq; blandũ lumen immittere, lucernæ, aut lucis ætheriæ, sed arguto usu machinatum, quo uelut per quandam cauernam, ægrotantis uultũ perfundat, & nullas tangat alias corporis partes. Sic etiam mitigabitur alienationis augmentum, & adiutoriũ id paßioni aptum *cõgrue seruabit qualitatis effectum. Laxat enim, ut supra diximus, lux, colore, * quo uidetur, * sed cõsequenter necessario suæ tenuitatis causa manet cætero circũfusa corpori tamepsi nõ uideatur. Similiter etiam obscuritas uel tenebræ si fuerint ægrotantibus odiosæ & curationi necessariæ, erũt artis astutia cõponendæ. Sed si ita fuerint alienatione cõmoti, *qua obscurari totũ uel *luminari uelint, erit coniiciendũ, ut quibus obscurũ aerem fecerimus, calidum tamen faciamus, quibus autem lucidũ ecõtrario frigidũ faciamus, ut & congruã paßioni seruemus qualitatem, & eorũ furorẽ mitigãdo non asperemus. Si uero nihil ægrotãtes *praua cupiditate turbauerit, seruabit lucẽ strictura, obscuritas solutione laborãtibus adhibenda. Vel si quomodo turbatio atq; motus & iactatio corporis celeritatẽ asperat paßionis, erit aliquando mitigãdi furoris causa ægrorũ uoluntati seruiẽdũ, stringitur enim magis solutio, uel strictura laxatur, si grauioribus auersis parua cõtrarietate uexentur siue stricturalaborãtibus obscurũ, siue solutione laboran

* deuincti
* congruum
* cum
* &
* ut
* illuminari
* praua cupiditas

borantibus lucidum adhibendum iudicamus locum.
Dehinc ſi ſtrictura* obtinuerit, conuenit ægrum uſq; * ſolutionem viceritad acceßionis declinationem uigilare, tunc ſomno dimitti. At ſi longa fuerit acceßio, etiam ante dimißionem ſomnus poterit adhiberi. Maior enim ab* intemporali ſomno uigiliarum eſt uexatio. * intempeſtiuo Siquidem etiam uires ægrotantis* inſinuat. * ſuppeditat ſomnus, licet in tempeſtiuus Dehinc iudicio noſtro abſtineri* uel tolli non poteſt. * vigiliis ſomni autem intemporalitas ſi fuerit interrumpenda, excitare dormientem poterimus, atq; ſoporis oppreßionem prohibere. Delirationes uero ægrotantium uſu dextero atq; artificio ſeruientes accipere & tolerare debebunt, ut aliis aſſentiant, alias uero* conſentientes redarguant, * diſſentientes ne frequēti correctione aſperos faciant ægrotantes. Deniq; ſi quos ſanitatis tempore inuiſos habuerunt, intrare prohibemus, ne his uiſis aſperentur. Eos uero quos metu aut uerecundia coluerunt, per interualla intrare permittimus: parit enim frequentia contemptū. At ſi exilire de lecto uiderimus nimietate furoris, melius erit plurimis uti ad remedium miniſtris, ſed qui poßint* lenitate retinere, * i. leniter ut etiā laxamentū ſtricturæ præbeamus. Vel ſi* fuerint qui ut ſupra diximus * defuerint quī teneāt, aut ipſorū uiſu cōmoti fuerint ægrotantes, ligationibus utimur, ſed prætectis lana aut ueſte locis, quos uinculis nectimus, ne maior utilitate quieſcendi imprimatur uexatio. Ligationib. etenim immodice cō ſtricta, neceſſario tumeſcūt, propterea omnis in peius extēditur paßio. Si linguæ atq; totius* oris ſiccitas fuerit, * remediū ad oris ſiccationes oportet ſpōgia tenera, aqua calida infuſa atq; mediocriter expreſſa, ſenſim uniuerſa quæ* ſiccauerunt, * ſiccata ſunt humectare, nō ſine cautione: adiūctos enim ſæpe digitos ſpongiæ, alienatione coacti ægri momorderunt.

Quapropter, si fieri poterit, cogendi sunt, ut exerant linguã, atq; ita supradicta faciamus. declinãte accessione, hoc est, cũ è uiscerib. reclusus feruor ad superficiẽ corporis atq; articulos uenerit ægrotãtis, pulsus quoque densitas & humilitas in amplitudinẽ atq; raritẽ uenerit, oportet pubetenus, hoc est, inter umbilicũ & pectinem,[a] quod Græci ἦτρον appellant* lanas oleo calido expressas apponere, quæ omnia etiam uicina contegant, ut inguina, atq; uesicæ partes,* uel si qua uentrem contegant: fouendum caput* oleo dulci atq;* calido. De hinc alienatione perseuerante etiam calida cum oleo mixta, quod Græci uocant hydræleon. Paulo etenim uehementius hoc genus fomenti operatur, si ut supra diximus oleo aqua calida misceatur, uel fœnugræci, aut lini seminis succus. Sed hæc singula sine ullo esse odore debent, atq; nullo fumi afflatu* uexata, ne caput impleant, & alienationem exasperent. At si adiuncta fuerit stricturæ solutio, ut aut uenter fluens, aut sudores esse uideantur, caput supradicto modo, atque fomentis supradictis curabimus: etenim alienatio,* tumore membranarum cerebri fiet. Medias uero partes frigido ac* uiridi curabimus oleo. Si autem* plurima atque superans fuerit & occulte in diaphoresim uenire posse ægrotantes uiderimus, tunc etiam caput dulci quidem, sed frigido oleo* fomentamus: etenim frigus diaphoresim, dulcedo stricturam temperat. detergendus etiam erit sæpißime sudor, qui per uultum atq; thoracem emicuerit, spongia molli. At si plus fuerit extentus, ut* integros solui uideamus, etiam flabris utimur, non quidem sine respectu alienationis. etenim si constricturam ea curatione mitigari uideamus, audacius id facere perseuerabimus.

[a] sic cauetur ne vehemẽtia febris, & cerebri consensũ in vesica fiat inflãmatio, quod accidit sæpius: item quia ne vrina distendẽte supra modũ vesicã, interdum enim delirio ægri obliuiosi meiendũ esse non recordantur, ischuria succedat.
* mitigando febris ardori.
* ac quasi totũ ventrem
* id remedij nõ est ex arte. vide quæ adnotauimus folio 35. pag. 1.
* vt nimia siccitas corrigatur
* vexare
* phlegmone
* omphacino oleo
* euacuatione sudoris, alui
* fouebimus
* integrè

bimus. Si autem asperari senserimus, erunt minuenda quæ gerimus, coniicientes, non tantum solutionem constringi adiutoriis, quantum alienatio augetur. Nanque necessario requies congrua solutioni, atque noxius motus accipitur. Declinãte accessione os colluere iubemus ægrotantem ex aqua calida, uel si impatienter siti iactatur, dabimus ei* potum, sed strictura sola laboranti, plurimum, ut* densitas irrigetur: solutione laboranti, *paruum: uel si plurima cogit solutio, etiam frigidum.

* potus aquæ
* ariditas
* paucum

De phlebotomia Cap. x.

AT si sola atq; uehemens strictura ægros in phreniticam ex templo paßionem perduxerit, designat adhibendam esse phlebotomiam, permittentibus uiribus: atq; si paßio cogit, intra diatriton: si minus, in ipsa prima diatrito, ultra nunquam: uexantur enim in eiusmodi ægritudinibus corporis uires. Phlebotomãdi autem disciplinam, uel* magnitudini paßionis moderationem faciendi congruam, libris quos de specialibus adiutoriis scripturi sumus, docebimus, principaliter monentes ne usque ad animi defectum, quem Græci lipothymiam uocant, adiutorium tendere nitamur. Timendum enim hoc sæpe est accidens, quod Græci symptoma uocant: quamuis enim in omnibus paßionibus si sit mortuosum, plus tamen in phreniticis afficitur male * prætacta neruositas. Dehinc post phlebotomiam caput similiter fouemus, atque occipitio lanas oleo calido ac dulci madidas apponimus. Similiter[b] etiam uertebris, quas Græci ἰσχία uocant, præcordiis etiam atque pectini. Hæc enim necessario in phreniticis paßioni consentiunt. At si intra diatritum, ut suprà diximus, phlebotomia fuerit ad-

* vel magnitudini paßionis congruam, vel pro robore virium moderatè faciendam, libris &c. sic legendũ esse coniector.
* pertracta
¶ b Similiter etiã vertebris quæ Græci ischia vocant. Sic legendũ esse mõstrat cap. II. vertebrum enim autor hîc vocat quod ischion Græci, nempe femoris articulum.

hibita; post paululum os colluere aqua calida ægrotantes facimus:*potum quoque damus: dehinc dormire permittimus. Sin uerò in ipsa diatrito phlebotomia adhibita cum adiutorio* motus quieuerit, [c] oleo ægrotantium corpus perungendum erit, atque à ministris facies lauanda ut*alienatio nullo*nouorum* uultu asperetur (noti enim usu prudentes delirantes faciunt, non resistendo) præsentibus etiam his ut supra docuimus ægrotantes uerecundiam * debent. Cibum dabimus simplicem, digestibilē,*paruum, laxatiuum, ut est alica, calida aqua, aut mulsa decocta, uel panis ex aqua calida, aut alica supra dicta sorbilis facta, uel ex melle atque oleo & anetho, & sale paucißimo *præcocta. Solutione autem laborantibus pultem dabimus, atque panem, & oua ἁπαλά. Dehinc omnes somno dimittimus, uel si minime dormire potuerint, quiescere tamen iubemus. Non enim minus somnus cibo reficit opportunus. [d] Dehinc alia die à cibo abstinemus, fomento atq; potu utentes. Secūda uero diatrito si uenter suum non agnouerit officium, clysterem adhibebimus ex aqua & oleo calido, uel decoctione fœnugræci aut lini seminis, cum oleo. Etenim intestinorum siccitas rigatur, & aliena quæ retinebantur *excludentur, &*acrimonia quæ ex ipsis nascens ex *alienatione quadam capitis tumentia asperabat, detrahetur, atque ipsum caput localibus adiutoriis melius præparatur. Tum post*intellectionem medias partes cataplasmate curamus ex fœnugræci & lini seminibus* admixto polline, quod Græci macton uocant, & est omnibus usitatum. Dehinc simili supra dicto cibo utemur. Alia uero diatrito caput detondemus, etenim detractis capillis partes*reflantur, plurima

* potus aquæ
* morbus
c quod humectet, & laßitudinem tollat, excrementaq; fuliginosa discutiat
* alienationis, & febris.
* ministrorum
* visu.
* tali locutione vtitur & pag. 2. fol. 18.
* paucum
* percocta
d hi nanque morbi tertio quoque die solent ingrauescere
* excluduntur
* vapor acer & mordax.
* exacerbatione
* inclinationē
* vt earū partium concoctio adiuuetur.
* difflantur

ma grauatione liberatæ. Tunc post tonsuram lanis oleo calido expreßis caput tegemus.

De cucurbita. Cap. XI.

ALia dehinc diatrito rasis partibus cucurbitam apponimus occipitio mitiganter* atq; sub ipsa frõte sanguisugas facimus inhærere quatuor uel quinque, ut non ex una parte detractio fieri sanguinis uideatur, sed ueluti circularis ut totum spiret atq; releuetur caput. At si plurimum laxamentum facere uoluerimus, totum caput rademus, & per circulum plurimas cucurbitas affigimus alteram occipitio, alteram medio capitis, quod Græci bregma uocant, alias duas superius à temporibus, sed neque cum multa flamma, neque multo sinimus tempore immorari.[e] Arentes enim atq;* siccatæ facile commouent, caput implẽt, ac mentis faciunt alienationem augeri. Ita detractis cucurbitis si partes erubuisse uiderimus, leniter scarificamus: si minus* mitigamus uaporantes spongiis, non nimis calidis ac relaxantes: * uapore etenim nimio tanquam frixantes densamus. Quapropter, ut supra diximus, post iugem atque temperatam uaporationem, ubi partes rubuisse uiderimus, scarificamus. *Pòst nanque etiam uaporatio ante cucurbitæ appositionem adhiberi debet, ne plurimum infixa immoretur, & inde partes radi uideantur.* Suppositis ergo cucurbitis cum sufficientem locorum * uerticem factum uiderimus, scarificamus. * Si enim non solum cucurbitæ quassatio mitigatur, sed etiam fluoris sanguinis facilitas fit.* Explicita scarificatione, rursum cucurbitas imponimus, ut sanguinis detractio fiat. Sed eo tempore capiti atq; collo & uicinis partibus * lenes erunt cucurbitæ apponendæ, quo in laxamentum

* blandè, leniter.

e Arentes & siccas cucurbitulas dicit, quæ admonẽtur cũ flamma. Interdum enim cum aqua calida apponebantur, quemadmodũ scripsit Albucrasis cap. De vsu cucurbitularum.

* siccæ
* ruborem excitamus
* calore
* Præterea
* Depositis
* extumuisse
* sic Peracta
* sine scarificatu

tum consentiant. At si in præcordiis tumor fuerit, erũt ipsa prius scarificanda, sic etiam & uesicæ partes, uel uicinæ eius. Tunc in alia diatrito caput, dehinc clunes etiam, simul scarificare noxium atq; uexabile est. Erit enim eiusdem temporis multas per partes effecta sanguinis detractio * phlebotomiæ, quæ necessariò uires *absumat.

* tã id vexat, quàm si phlebotomia fieret
* absumit.

Quapropter partiatim erit adhibenda cucurbita, ut exempli causa, nunc præcordiis atque pubetenus, prærasa capillatura, nunc capiti, nunc clunibus, ac uertebrotenus, quod Græci ἴσχιον uocant. Cæteris quoq; partibus fomẽto curatis, ac * decoctionibus supradictis, & cataplasmatibus relaxatis,* atque ita lenibus cucurbitarum raptibus utemur, quos Græci abusiuè *cufar uocãt. præfricatis partibus *tractationem manuũ.

* fœni græci & lini cum oleo.
* postea
* κουφωσϊν
* tractatione

At si uires illæsæ aut minus læsæ fuerint, post detractionem sanguinis factã, spongias expressas ex aqua calida partibus applicamus, uel oleo calido mediocriter fouemus. Tunc totum corpus per unctionem curamus, his operantibus magis qui ægro seruiendo iam noti sunt, ne mẽtis alienatio asperetur. Etenim eorum facilè accipiunt atque redarguunt delirationem præsentibus, ut sæpe diximus, his quibus uerecundiam ægrotãtes debent. Post perunctionem factam ut suprà diximus, cibum dabimus. At si accipere congrua noluerint, uel contraria uoluerint, erunt fallendi: facilè enim id fieri potest, si quidem etiam mentis ægritudine afficiantur. Dabimus ergo congrua, fingentes ea quæ ipsi petebãt. At si minimè consenserint, erit confictionis argumentatio adhibẽda. Vt si exempli causa uinum accipere cupiunt, mulsum demus: uel si ptisanæ succum petierint, alicam demus, uel ex *milio in similitudinem ptisanæ confectum cùm possint, si

* milio ius in

ex

ex aliqua parte ſapuerint, hortationibus, aut metu compeſci. Si neque hoc fierit, dabimus ea quæ non ſatis aliena ſint ab his quæ rationi conueniunt, ut olus, aut ptiſanam: dabit enim quiddam laxamenti atq; indulgẽtiæ aſperitatibus animorum,* cõcupita oblatio, & non omnino ſine cibo atq; nutrimento perſeuerabunt. Vinum uerò omnino negamus, tanquam repugnans, & nihil à ueneno differens: etenim datum ſtatim furorem exaſperat, atque in nimiam magnitudinem tollit. Poſt refectionem itaq; erunt ſomno dimittendi, uel quod eſt uicinum ſomno, requies adhibenda, atque uſque ad totius paßionis ſtatum alterna, uel per interualla, cibi refectio: hoc eſt interpoſita diei unius ieiunitate, permittentibus quidem uiribus: ſed ea die qua cibum non dederimus, erit cataplaſmatibus utendum congruis, atque iugibus, uſque ad medium tempus dimißionis. At ſi porrecta in dies * numeroſior erit ægritudo, & * ſtatum infirmitas acceperit, conuenit ut declinatione, augmento, uel impetu paßionis tranſacto motum geſtationis adhibeamus, ſi uires patiuntur, in domo ſuſpenſo lecto, ſi aër loci bonus atq; mundus fuerit. Etenim ſi motus uel geſtatio ſomnum ruperit, rurſum addormiunt, atq; difficilè expergiſcuntur, perſeuerante iugi motu. At ſi hoc fieri non poterit, in uicina porticu geſtatio adhibenda, ita ut ſella baiulatoria, uel quolibet ſeſſorio leniter atque mediocriter moueantur. Similiter etiam ſi fuerint experrecti, non ſtatim erit geſtatio incidenda: nam repentina ſtatio, atque interrupti motus in præteritas uigilias reuocant ægrotantes. Non enim dimißio acceßionis, ſed totius paßionis declinatio, nunc curationem poſcit. Quapropter oportet ægros perſeueranter mouere: ſed

* cõcupitorum

* numeroſiores

* ſtabilis diuturnaq; ſit ægritudo

ſed leniter, atq; ſenſim, & ſine ulla nimietate. At ſi ſolutio magis *inerat paßioni, nõ erit geſtatio adhibenda. Tenuat enim atq; dirarat motus. Dehinc cùm ſolutio prouocatur, etiam uigiliæ neceſſariò augentur. In dimißione uerò acceßionis, quam Græci aneſin uocãt, perſeuerandum eſt localibus adiutoriis, & cucurbitæ appoſitione ſed nõ adhuc adiungẽda ſcarificatio. Bonum eſt enim corporibus ſua ſeruare, ne latenter effuſione frequenti ægrotantes in diaphoreſin ueniant. At ſi aliquo in loco uehemens dolor emerſerit, ſola erit ſcarificatione curandus. Tunc conſequentibus atq; cõgruis uaporationibus, & fomẽtis, & cataplaſmatibus, & *punctione utendum, & cibo, cùm temporis opportunitatem uiderimus, quæ probatur ſignis quæ de febribus ſcribentes docebimus. Generaliter autem omnium paßionum ſtrictura laborantes minus cibamus: conuenit enim cibi paruitas denſitati, ſi quidem corpora minus exhalent, ut econtrario ſolutioni plurimus conuenit cibus: Si quidem celerius* inſumatur, plurimæ exhalationis cauſa. At ſi uires ægrotantis fuerint diſſolutæ, & febres non ita acres, tunc ſpem ueluti * declinationes oſtentent, aſpicienda erit imbecillitas uirium, dandus cibus, & ſi neceßitas cœperit, etiam uinum, ſed omnino paruum ad releuandas corporis uires. In his enim ſanè magis erit conſideranda liquidarum emißio materiarum, atque corporis * defluxio, & cutis ueluti * ruginoſa, uel ſulcata pannoſitas, quam Græci rhacoſin uocant. Etenim humilitas atq; denſitas pulſus plurimos fecit errare, ut putarent uirium ſolutionem, atque ita importunè uinum dantes, inſuperabiles mentis alienationes fecerunt excitari. Quapropter oportet etiam cum aliis, pulſum conſiderare,

* inerit
* vnctione
* inſumitur
* declinationis
* effluxio
* rugoſa

rare, non solùm si densus atque humilis est: hoc enim etiam nõ solutis uiribus sæpe occurrit, sed si etiam imbecillis, & in * comparatione multarũ effusione semper ac magis densatur, atque humilis & tremulus efficitur.* Cordis etiam motus tarditate quadam defecti spiritu,* motu torpescit, ut post factum saltum ad semet ex residuo corpore prærogatum spiritum trahat, & difficulter alium faciat saltum, siquidem non poßit spiritus usq; ad* articulorum finem, uel omnium membrorum peruenire summitatẽ. His deniq; accedit tremor tempore, quo corpora requiescunt, non tantùm cùm aliquis sua membra attrectare tentauerit. Etenim cessante officio atque * uisu, ægrotantis tremor si fuerit solutus, * atque è natura, uel sanitas tempore intelligitur fuisse. Prouidendum itaque, quia in ista ægritudinis qualitate incauta uini dandi consuetudo, & * propter uitas, ut suprà memorauimus, accusabilis apud inertes, quos idiotas appellant, inuenitur, quanquam paßionis causa * ægrotantes interfecti uideantur. Quapropter erit primo periculum prædicendum, ac deinde uinum dandum. At si uirium solutio non fuerit, sed sponte profectus in meliorem partem paßionis fuerit demonstratus, non illico præcipuè festinandum circa mutandum curationis cursum, nisi triduo fuerit confirmata paßionis declinatio. Etenim facilis in recursum peiorem, atque in augmentum hoc paßionis est genus, etiamsi parua occasio impulerit causæ. Quapropter etiam tunc propter difficultatem paßionis cautius erunt omnia agenda, atque primum capiti, uel magis patientibus locis cerotum apponendum ex oleo dulci confectum. At si reliquiæ fuerint in tumoribus uiscerum, cataplasmatibus erunt perseuerantius

* continuatione multarum effusionum
* Cordis enim motus spiritu defecti, tarditate quadam multũ torpescit
* multum
* in carpum cuius arterias nos exploramus & tentamus
* vsu
* iamq; à natura vel sanitatis
* proteruitas
* non ob vsum vini

* relaxanda — rantius * relaxandæ, uel pinguibus palmulis, siquidem
* habent — non præsentis temporis, sed etiam sequentis * habeant
relaxandi uirtutem. Tunc etiam conuenit caput fo-
* subiecta capiti, vt thorax — mentis curare frequentius, sed cauta diligentia, * ne-
qua alia pars frigore tangatur. Nam lata spõgia erit
supponenda gutturi, atq; mento. Dehinc paulo pro-
minentius à lecto * producendus æger, atque paululum
* vt exacto prolatoq; capite fotum excipiat. — inclinandus. * Tunc supponenda scaphula alta, aqua
calida plena: deinde duo adhibendi, qui foueant alter-
no officio, ne ullo tempore fomentum frigescere faciat
* Hoc καταῤῥαίνειν, & κατακλύζειν veteres dixerũt: unde κατακλυσμὸς — caput. Per interualla denique erit etiam oleo perfun-
dendum, & manibus leniter defricandum, sed non im-
preßis. Tunc expressa spongia detergendum, & ultrà,
quæ humectata sunt fortè, pannis calidis detergenda,
atq; lana calida est * tergenda. Tunc residuum corpus
* contegenda — oleo perungendum, molli quidem tactu manuum. Pro-
cedente declinatione, solitum nobis est uti etiam fo-
mento à genibus ad inferiora. Tunc comparatione
profectus, cibi augenda humanitas. Primo enim opor-
tet ac sufficit uarietatem de simplicibus facere, dando
pultem, aut sorbilem cibum, oua atque panem, uel elu-
tam alicam, & non alternis, sed quotidianis diebus,
& plurimum, comparatione præteriti temporis illo-
* parum — rum dierum, quibus * paruum dare solebamus. Simpli-
ciorem uerò tenuem atque paruum illis diebus quibus
nihil dare solebamus. Confirmata atq; plurimum pro-
ficiente declinatione, erunt addendæ etiam mediæ ma-
* obsonia — teriæ * pulmenta, quod Græci μέσην ὕλην appellant,
ut pisces saxatiles, cerebrum, olera, sed non acria, ut
* salsamentũ: alij, salgamum — beta, malua. Tunc etiam ex deposito, ut * salsum, oli-
uas. Hæc enim quæ de cellario proferuntur, Græci
apothecion uocauerunt. Oportet etiam aduertere, ut
quando

quando damus multum, minoris sit nutrimẽti, aut quãdo paruum, maioris sit nutrimenti. Sicut responsionũ *libris resumptiuum quid tunc scribentes docuimus: semper autem utantur. Dandus autem sic est cibus, ut intra dimißionis medietatem digeratur, & nihil superfluum sequens inueniat acceßio. Augendi sunt igitur cibi pro uirium quãtitate. Denique si se corporis fortitudo attollere cœperit, dabimus etiam uolantum carnes, ut turdos, uel pullos gallinarum, & columbinorum. Tunc etiam porcinam carnem, atq; crura porcina, quæ Græci acrocolia uocauerunt, uel quæ motu frequente *exercentur in iisdem animalibus, dabimus etiam hœdinam carnem resumptis *uiribus, ut omnes supradictos cibos facile accipere ac digerere poßit ægrotans, ordinem cibi componimus, ut primo demus ea quæ sunt mediæ materiæ, quem Græci mesen hylen uocant, ut pultes, pisces, cerebrum, alicam, sed quæ caput nõ percutiãt, ut ficus solæ uel ex melle, aut mulsum coctũ malum, uel *celsa. Tũc deinde uolantia, sed non pinguia, neq; cibis nutribilibus * adescata ob acquirendam pinguedinem, sed mediocriter carnosa: ultimo porcinam atq; hœdinam. Proficiente curatione addenda erit gestatio, quæ in domo uel in porticibus fiat: sed hæc quoq; erit sensim augẽda, similiter etiam corporis unctio, atq; defricatio, & cibus supradictus, nunc quantitate, nunc qualitate, erit augendus. Tunc lauacrum adhibendum, & in abstinentia uini permanendum, Cum autem sine ulla inquietudine corpus *habitare senserimus, dabimus uinum splendens, *leue, atque * mediè acre, non nimij odoris, temporis mediocris, ut neque uetustum, * neque satis nouum sit. Erit præterea aquatum dandum: metuenda est

* libris quid sumptiuum sit scribentes docuimus, & quomodo iis medici semper vtantur.

* vt auiũ crura & alas.

* viribus: ac vt

* mulsa

* saginata

* habere

* lene

* mediocre

* neq; plus satis

enim in ista paßione uini datio, siquidem eius in tumore fuisse substantia uidetur. Tempore igitur quo uinum damus erit primo æger perungendus, tunc idem modus cibi dandus. Cum omnis deinde solicitudo recesserit, atque omnia suspecta * circunscripta uiderimus, & alienatio mentis omni ex parte recesserit, febribus * desertis, atque uiribus resumptis, impauide omnibus supradictis utendum erit, coniunctis, ut gestatione, unctione, lauacro, & uario cibo atque uino. Omni autem tempore resumptionis erit curandum, ut ab alienatione mentis reducti sapere cogantur. Plerique enim usque ad sanitatis tempus, mœstitudinem, uel iracundiam, aut alienationem mentis seruauerunt. Quare oportet eos qui hilaritate afficiebantur, seuera uerborum atque tristi oratione corrigere. Sic enim mentis laxata habitudo atque pueris effrenata bacchatio coercetur. Eos uero qui mœstitudine atque ira afficiebantur, * leui cõsolatione, * atque nunc dictis hilarioribus iucunditate releuare. Etenim tædium, uel mœstitudo non solum in his, sed etiam in aliis paßionibus ualuit sæpe paßionem refricare. Nam si sani homines plerique anxietate * in paßiones corporis deuenerunt, nimirum etiam qui nondum sunt paßione purgati, in eãdem redeant, cum animæ qualitas sua, ut ita dixerim, cubilia quadã noua uulneratione affecerit, hæc est secundũ * Methodon curatio phreniticæ paßionis. Dehinc aliarum sectarum principes quid ordinauerint, prosequamur.

* ablata, remota
* curatis : sanatis.
pueriles
* leni
* & quã nuper dictis hilariore
* in hanc passionem
* Methodum

Ad Dioclem. Cap. XII.

HIppocrates igitur solum nomen uidetur tetigisse paßionis, libro quem de ptisana scripsit. Item libro prædictiuo quem prorrheticũ appellauit, nam

nam curationem nullam tradidit. Sed neq; Praxagoras, neq; Herophilus. Diocles uero libro quem de febribus scripsit, ait oportere phreniticos fortes, atque audaces lauacro curari. Similiter etiam phlebotomare iuuenes fortes atq; plurimum sanguine abũdantes, uel consuetudine uinolentos, quosdam intra sextum diem, aliquos uero etiam post septimum, & octauum. Item libro quem de paßionibus & earum causis, & curationibus scripsit, non solum, inquit, ex brachio sanguis est phreniticis detrahendus, sed etiam de uenis quæ sub lingua sunt. Quantum * ad hæc miseris erat melius debilitate potius quam uana corporis fortitudine laborare, ne tantis cladibus errantis medici uexarentur. Etenim audacia & irrationabilis fortitudo peiorantis est paßionis, & magis in augmento fit. Perniciosius autem cum paßio uehementescit, uexato tantis turbationibus ægro, lauacrũ adhibere. Quod est * econtrarium utilißimum in declinatione, etiam non audacibus, neq; fortibus phreniticis. Dehinc noxius est etiam clyster acrior, quem sæpißime probat, atq; nihil ab officio differens. Phlebotomia quoq; à iugulatione nõ differt, cũ uexatis uiribus adhibetur, ut aiũt post septimũ uel octauũ diem. Atq; etiã ex uinolentia in phreniticã paßionem uenientes cõuenit plerunq; non phlebotomari, cũ forte etiam solutio adfuerit, alios etiã, hoc est ex aliis causis phrenitiquos effectos, ut est adustio, sæpe phlebotomari oportet, Sed neq; parũ sanguinis habẽtes, quos Græci ὀλιγαίμους appellãt, ita curãdi erũt, ut* phlebotomi beneficio priuẽtur. Et quid ultra? cũ enim non ætates, neq; cætera, quæ * superfluo posuerũt, prouidẽda probemus, sed paßionẽ magis, atq; eius* comitãtia cõsiderc-

*remedia

* econtrario

à maleficio remeficio

* phlebotomia
* superflua
* symptomata magnitudinẽ paruitatẽ &c.

mus, falsa deniq; ac superstitiosa est etiam ex uenis sub lingua constitutis sanguinis detractio, etenim caput implet, & eius fluor abstineri difficile potest.

Ad Erasistratum. Cap. XIII.

ERasistratus *tertio libro de febribus scribens, hoc solum dixit, quomodo in febrium alienatione uinum conuenit cum melle* dari.* Non *ad examen dandi tempora sumpsit.* Dicit *deniq; multis profuisse, & miratur quomodo, nescius, temporum conuenisse fortuna.* Dehinc *multam inflationem facere nemo dubitat, atq; plenißimam uentris commotionem, quippe cum neq; dandi quantitatem adiecerit, neque alias adiutorij partes manifestandas aduerterit.*

* *dari: verum non ad*

Ad Asclepiadem. Cap XIIII.

ASclepiadi *responsuri, eius primum dogma proponamus, qua * uoluti apprehensionis falsitate, *peccatis etiam inuoluuntur curationum:* Primordia *nanq; corporis primo constituerat atomos, corpuscula intellectu* sensa, sine ulla qualitate solita, atq; ex initio comitata, æternum mouentia, quæ suo incursu *offensa, mutuis ictibus in infinita partium fragmēta soluantur, magnitudine atq; schemate differētia:* Quæ *rursum eundo sibi adiecta, uel coniuncta, omnia faciāt sensibilia, uim in semet mutationis habentia, aut per magnitudinem sui, aut per multitudinē, aut per schema, aut per ordinem.* Nec, *inquit, ratione carere uidetur, quòd nullius* faciant qualitatis corpora.* Aliud *enim partes, aliud uniuersitatē* sequetur, argentū deniq; albū est, sed eius affricatio nigra: caprinū corniu nigrū, sed eius alba serrago. fieri etiā* uias ex cōplexione corpusculorum, intellectu sensas, magnitudine,*

* *veluti*
* *peccata*
* *cognita*
* *inuicem occurrentia*
morborū causſæ ex Asclep.
* *faciam*
* *sequitur*
* *vasa: meatus corporis*

atq;

atq; schemate differentes, per quas succorum ductus solito meatu percurrens, si nullo fuerit impedimento retentus, sanitas maneat, impeditus uero statione corpusculorum morbos efficiat. Fit autem eorum statio, aut magnitudinis, aut schematis, aut multitudinis, aut celerrimi *motus causa, aut uiarum flexu, conclusione atq; *squamularum, exputo. Varias inquit fieri passiones, locorum, aut uiarum differentia, & nō omnes statione corpusculorum, sed certas, hoc est phrenitim, lethargiam, pleuritim & febres uehementes: *solubiles uero liquidorum atq; spiritus turbatione: Item bulimum magnitudine uiarum stomachi, atq; uentris fieri sensit: Defectionem uero atq; corporis fluxā & *irrigibilem* laxitatem, uiarū inquit raritate fieri. Item hydropisinum perforatione carnis in paruam formulam uiarum quæ poßit solita corporis nutrimenta *inaquare. *Item* typum quotidianum maiorum corpusculorū statione fieri asseuerat: Cito etenim inquit ea exantlari atq; impleri: Tertianum uero minorum statione corpusculorum: Item quartanum minutißimorum. Difficile enim impleri atq; exantlari possunt. *Febrium ponunt signum feruorem plurimum, atque immutationē pulsus in uehementia, nisi ex aliqua hæc manifesta fuerint causa. Et neq; inquit esse in paßionibus statos dies, quos crisimos appellant. Etenim non certo, aut legitimo tempore ægritudines soluuntur. Vinum iubet febricitantibus dari, sed adiecta discretione. Impari denique die adhibendum probauit: clysterem, & *iugiter adhibendum. Non etiam sitim uehementem donec pulsus concidat, probat: etenim oportunitatem *temporis fieri magis ab *artifice posse quam sua sponte, aut deorum nutu uenire.

* qui ordinem perturbat
* squamularū obtrusione, vt in retēto sputo
* cum solutione iunctas.
* incorrigibilē
* extenuationem: maciem.
* in aquā vertere
* Idem
* febris
* Febriū idem ponit
* sæpius * frequenter
* tēporis opportunitatem
* artificis prudentia & obseruatione

μεγαλοπρεπῆ Appellauit deniq; illam *magnificam. Item in *Samotracia clysterem, atq; uomitum probat, circa uesperã pridie. Sed in his qui periodicis typis afficiuntur, uomitum præponit clysteri. Item *lue ægrotantibus uomitum & lauacrum probat. Typicis uero, clysterem & uomitum, & uiuum Samothracium, atq; salsum bibendum inquit, primo usque ad tres quartas sextarij, & superbibendam partem sextarij. Item tempus dandi cibo non dimißione per secta, sed acceßionis declinatione dicit. Et quosdã prima die, quosdam secunda, quosdam tertia, quosdam quarta, uel quinta, aut septima cibari iubet. Phlebotomat eos qui cum dolore fuerint ægrotantes, alios omnes prohibet phlebotomari, & magis specialiter phreniticos, adiiciens etiam non esse tondendos, loci quoq; obscuritatem recusans. Item cardiacos uehemẽtioribus clysteribus curat, & cum leui fuerint indulgentia releuati, reficit uino, & cibo. in synanchicis uero, *ut supradictis etiã utitur & *pharyngotomia, hoc est cannæ siue gutturis ob respirationem diuisura: item in hydropibus paracentesin probat, quia inquit, si forte plus modo fuerit facta humoris detractio, erunt ægri aqua calida replẽdi tantũ, quantũ plus uidebamur abstulisse. Huic sane *adiutorio detractionem sanguinis ex talo factã, ex eius uena interiore similiter mederi dicit: & non esse actiuas atq; operantes causas ægritudinum in liquidis constitutas, quas *synectitas uocant, sed esse antecedentes, quas Græci procatarcticas appellãt: item plenitudinem plerasq; paßiones adiuuare dicit. Laudat etiam in salutaribus præceptis uitæ uarietatẽ, atq; uehemẽter utile dicit aquam bibere, & frigida lauari quam psychrolusiam appellant, & frigidam bibere.

Item

* Samothracia fœmina quam tractabat.
* pestilenti morbo
* &
* φαρυγγοτομία
id ridiculum
* morbo
* synecticas

Item habitudinem athleticam negat esse tutã: & neque ullam * digestionem in nobis esse, sed solutionem ciborum in uentre fieri crudam, & per singulas particulas corporis ire, ut per omnes tenuis * uisa penetrare uideatur, quod appellauit Leptomeres, * sed nos intelligimus spiritum. Et neque inquit feruentis qualitatis, neque frigidæ* esse nimiæ suæ tenuitatis causa, neque alium quemlibet* sensum tactus habere, sed per uias receptaculorum nutrimenti nunc arteriam, nunc neruum, uel uenam, uel carnem fieri. Item transuorationis primam partem dicit extentione fieri faucium, secundam uiarum tenuitate, quæ ad uentrem ducunt. Item orexim, quam nos appetentiam dicere poterimus, eam quæ cibum appetit, uiarum maiore* perfectione fieri dicit in stomacho atque uentre. Eam autem quæ potum appetit, paruarum uiarum causa fieri dicit. Præterea excremẽta uentris (græci scybala dicunt) negat aliena esse natura. Siquidem etiã ex ipsis corpora augentur. Quædam deniq;, inquit, animalia ex ipsis solũmodo & * nutriũt. Somnũ enim etiã fieri spiritus sensibilis craßificatione asseuerat: deinde regnum animæ aliqua in parte corporis constitutum negat. Etenim nihil aliud esse dicit* animã, quam sensuum omnium cœtũ: intellectũ autem occultarũ, uel latentiũ rerũ, per solubilẽ fieri motũ sensuũ, qui ab accidentibus sensilib. atq; antecedẽti perspectione perficitur. Memoriã uero alterno eorũ exercitio fieri dicit. Omnia præterea fieri neceßitate, & nihil sine causa, & neq; naturam aliud esse, quam corpus, uel eius motum. Deinde, inquit, non solum prodest natura sed etiam nocet. Hoc est Asclepiadis dogma, nunc quemmadmodum phreniticos curauerit, prosequemur.

* cibi coctionẽ
* ipsa
* quod nos: alij, sicut nos
* cibum qui distribuitur in corpus
* qualitatem quæ sensu tactus percipiatur
* patefactione & magnitudine: vt supra dictum est de bulimo.
* nutriuntur
* Asclepiadis de anima iudicium.

Item ad Asclepiadem phreniticos curans. Caput XV.

PHreniticos curans, libro celerum, uel acutarum paßionum primo expugnat eos qui cõtraria posuerunt adhibenda. Secundo, quomodo declinanda, uel auertenda sit phrenitis docet. Tertio quomodo curanda, cum facta fuerit. Contradicens igitur primo[a] in causa* clysteres, atq; irim bibendam, & acetum cum melle, & ex sinapi apophlegmatismum & tonsuram. Siquidem uelut hortamento quodam humor liquidior facit ad caput ascensum, & in* constructionem atque tensionem cerebri membranam cogit. Accurrit enim incisuræ capillorum materies, & pori deniq; & capilli post tonsuram crassescunt, atque fortiores fiunt. Quapropter etiã homines, si post cibum totonderint, tußicula atq; catarrho, uel lippitudine uexantur. Dehinc si lanis caput post tonsurã tegere curamus, quãto melius si naturali tegmine capillorum lateat ob tectũ? Improbat etiam in obscuro loco iacere ægrotantes. In luce enim, inquit, mentis siue intelligentiæ uisa debilia, atque parua efficiuntur, cum sensualibus uisis arguuntur, sicut nocturni luminis ac funaliũ flamma sub ætheria luce constituta uisi potioris oppreßione languescit: in obscuro autem econtrario uehementiora atque maiora fieri mentis atq; intelligentiæ uisa asseuerat, cum nullis sensualibus uisis arguuntur, quiescentibus sensibus. Denique tanquam præsentia, uel uera fiunt, sicuti somniantum etiam: tunc enim silentibus sensibus solius mentis uisa operantur.[b] Ac deinde cum nullis adhuc sensualibus incisa uocantur, tanquam præsentium non præsentium uisa sequuntur, phlebotomiam etiam nihil inquit iugulatione differre: in phre

¶ a legendum recusat, ostendit versus decimusquartus paginæ sequentis

** in curatione clysteres recusat*

** obtrusionem*

¶ b Ac deinde cum nullis hæc sensualibus visa auocantur

phreniticis quidem sit cum dolore ægrotantibus, congrua. Nam dolor maiorum corpusculorum statione fit, quæ sola phlebotomia exantlari posse noscuntur: phrenitici* igitur nullo dolore uexantur. [c] Siquidem angustiis in his paruorum facta uidetur statio, & propterea phlebotomati animi defectu, atq; corporis frigido torpore* afficiantur, aut uocis amputationem, aut mentis alienationem sustinent. Detracta enim materiæ, paßionum causa remanentem craßificari contingit, atq; corporis facere algorem, & tunc ad cerebri membranam spiritum, uel feruorem ferri, & statione corpusculorum* geminata quoque alienatione. Et recte quidem clysteres atque irim & mulsum ex aceto, & ex sinapi apophlegmatismum recusat, sed se ipse quoq; impugnans, sicuti in consequentibus docebimus: item tonsuram, atque obscurum locum, & phlebotomiam non recte prohibere uoluit. Nocentur enim quidam non tonsuræ causa, sed intemporalitatis eiusdem. Denique etiam sanos post cibum tondentes *nocere manifestum est, ante cibum uero oportunitatis causa releuari. Dehinc etiamsi ui sua prodesse tonsuram negat, oportuit tamen eam adhiberi propter usum localium adiutoriorũ, sine qua necessario adhiberi non possunt, sicut superius docuimus. * Aëris uero qualitas non occulta causa, sed manifesto actionis indicio erit iudicanda secundũ paßionem. Igitur quomodo uidemus alios strictura, alios solutione magis affici, conuenit ut pro differentia his lucidus, illis obscurus sit adhibendus. Nã craßitudine, ac frigore constringens aër* redarguit corporis defluxiones, quas græci aporrhœas uocãt. At si, ut nuper docuimus, proprietatem accidentium seruauerimus, quomodo qui-

* autem
¶ c Siquidem in iis angustiis paruorum corporum facta
* afficiuntur
* geminari quoque alienationem
* noceri
* lucidi, obscuri.
* cohibet: coercet.

dam lucem fugiunt, uel oderunt, alij tenebras, conuenit ut alios obscuro, alios lucido eße faciamus loco. Quid dicam quomodo pleraque ægris aliter sunt quam uidentur: ex uisis nanq; ueris ducentes quidã mentis errorem, falsitate magis afficiuntur. Sic deniq; Hercules filiorum & coniugis uisibus inimicos uultus accepit: Orestes etiam Electræ furiales uultus expauit. Non omnes igitur lucido in loco iacere concordat: sicut latius adiutorium libro explicamus. Est etiam uehementer noxium phlebotomiæ utilißimũ adiutoriũ prohibere. Quippe cum uideamus in ipso usu sæpe paßionẽ fecisse compẽdiũ. Etenim defectio uocis, atq; algor sequentur eos qui incõgrue fuerint phlebotomati, * cõiuncta scilicet solutione aut intemporaliter, aut immodice. Vanum est etiam quia non dolent phlebotomiam prohibere, tanquã maiorũ corpusculorũ congruã detractioni, * quorũ obtrusione dolores * efficiũtur. Primo enim * paralyticos & peripneumonicos, & apoplectos cõgrue phlebotomamus, cum nullis doloribus afficiantur. Secũdo etiam phrenitici dolẽt, sed eorum mens, quia iudicio caret, nescit queri, quòd doleat. Videmus nãq; eos sese mordere, aut urere, aut pungere: & naturale non est nullo dolore cogẽte hæc fieri existimare. Dehinc maiorũ corpusculorũ detractionem, etiam minorum necessariò sequitur. At phrenitici nõ solum alienantur, sed febricitant. Ita febres secundum Asclepiadem maiorum corpusculorum statione fiunt. Si igitur propter alienationem non conuenit, propter febres tamen conuenit adhibere phlebotomiam, sic etiam sanguis maiorum corpusculorum materia, * sed non solum detrahit phlebotomia, uerum etiam spiritum & feruorem, quæ ut dicit, paruorum sunt corpus

* iniuncta
* cum paruorum
* efficiantur
* obserua paralyticis rectè detrahi sanguinem.
* quam non

corpusculorum materiæ. Conuenit igitur secundum ipsum phreneticos phlebotomari, ut detractione minorum corpusculorum alienatio mentis, maiorum febres auferantur. Apparet itaq; neq; secundum se consequēter Asclepiadem phlebotomiā prohibere. Proinde præcauens uel auertens mentis alienationem, iubet addisci, quæ sit accesionis ac dimißionis dies. Tūc grauiori die cibum dari paucißimum, atque expectato febrium statu, dari ptisanam, uel hordeum, aut alicā, aut cum beta lenticulam, uel his quicquā simile, coniiciens solam ex his dandi* nouitatem prodesse, nec habendum iudicium, quid istorum debeamus offerre, sed potestati ægrotantium dimittendum, quid uelint eligere.* Alia die si febricula perseuerauerit exantlare obtrusiones, & requiem corporis adhibere, aquam dantes potandam, non plusquam bis in die usq; ad heminā, uel duas, & hunc modum etiam nocte seruare: sic rursum secunda die, transacto accesionis augmento dandum quiddam de præscriptis sorbilibus, atque alia die declinante febricula, uti sorbili cibo. Perseuerante uerò rursum abstinere, & præterito similem tertium imitari diem. Tunc septima audere iam pane atque piscibus, & uino uti: soluitur inquit enim paßio tertia sæpe periodo. Ad hæc respondemus, quia etiam si sua sponte paßio intra septimum diem solui potuerat, non soluetur,* iniquæ curationis causa. Etenim neque de somno, neq; de uigiliis, neq; de capitis fomento, uel cæteris quæ ad diligentiam pertinent curationis, quicquā uidemus ordinatum, solis ex tribus medelam credidit adhibendā, potu, cibo, clystere, & hoc tanquam de experimento. Nam cibus, ut uoluit, ante dimißionem dādus, trāsacto mox accesionis statu, turbatis adhuc

* varietatem ac mutationē

* victus ratio

* prauæ, incōmodæ, absurdæ

huc liquidis atque spiritu, quo febres duplicentur, & alienatio mentis ardescat, & non solùm intemporaliter, uerumetiã incongrue. *Stringit enim ordeum, & lenticula: relaxat ptisana, & alica, & non possunt contrariæ qualitatis species iisdem paßionibus adhiberi, nulla discretione seruata. Dicimus etiam curiosum genus pulmenti, atque congestum, & primæ oblationi *contrarium esse, betam cum lenticula, quod appellauit Teutlophacen, item ptisanã: contrarius etiam clyster atq; noxius perspicitur, omnibus quidem propter intestinorum mordicationem, & *cætera: magis tamen *solutionem. Ipse deniq; accusans *urentes, ait continuationem clysterum incendium atq; sitim facere. Inusta enim intestina melle, atque cæterarum specierum mordicatione, mouent feruorem plurimum, qui per alta, quadam continuitate uiarum, membranæ cerebri influat. Cuncta etenim, inquit, quæ sunt in alto corporis constituta, sese occulta uicinitate contingũt. Quorum in numero membranam cerebri ponimus. *Reuocat etiam & graue paßioni atque perniciosum malũ: nihil enim in ipsa grauius quàm uentris est fluor. Quòd igitur crescit peiorante paßione, hoc *perhibet fieri clysterum prouocatione. Deniq; quæ culpans alios dixit, in ipsum conuertenda, utentem clystere. Non enim dici potest solam frequentiam iniectionis accusasse, genus autem innoxium iudicasse, cùm manifeste propter acrimoniam clysteres noxij iudicentur, & magis etiam si usu frequenti, atque copia peccauerint adhibentes. Quid dicam, quòd neque semel Asclepiades clysterem iusserit adhiberi, cùm secũdo die dixerit innouandum, dicens, perseuerante rursum, cibo abstinendum, & innouandum tertio *præterita die, à quo

* hoc falsum.
* hordei, ptisanæ, &c.
* vlcera
* quæ noxia est, præsertim si alui fluorem con[illegible]itet, vt paulo post ait.
* vrentes
* Aduocat, sub. clyster.
* iubet
* præterea

à quo clyster fuerit adhibitus. Est etiam uanum sine disciplina temporis potum ordinare. Ait enim bis dandũ in sigulos dies: mitto non omnibus ægris eundem modum competere strictura atque solutione laborantibus: at iste duas heminas omnibus iußit dari, sed etiã uinum atque uarium cibum septima die offerendum dixit, non declinationem paßionis, sed numerum dierum aduertens, tanquam tunc necessariò solui paßionem existimans, quod est iuri uel legibus simile. Dehinc explicita paßionis auertendæ præcautione & cognitione præsentis: * hoc etiam effecta curatione ordinauit, cuius duplicem dicit differentiã, unam non meticulosam, ac multis phreneticis aptandam, aliam uehementem atque periculosam, quam* philoparabolon appellauit. Quarum primam ordinans, si inquit, eum qui non sit ab alio curatus, acceperunt: & propterea nullo sit tentatus adiutorio, odoramentis utemur, hoc castoreo, peucedano, ruta & aceto, uel ex his infuso liquore, & clystere detrahendæ obtrusionis causa. Sin uerò ab aliquo medico fuerat antè curatus, erit, inquit, omnis unctio, atque cataplasma, uel odoramentum prohibendum, statim primo ingressu, & ad lucem ex umbra transmutandus ægrotans, sternutamentum etiam adhibendum, mulsum dandum æstate quater, hyeme bis in die, dimidia hemina in singulis potionibus, sed præcocto melle, ne uenter humidus, aut fluidus fiat. Tunc ueniente nocte primo ad domicilium mediocre secedendum, atque plurimus uel apertus aer fugiendus: dehinc si aliqua fuerit acceßio, uel* articulorum stupor, his transactis dandum quicquam de præscriptis sorbilibus necessario: si autem æqualia permanserint febrium signa, statim uespertino tempore

* clysteris usum frequẽtem

* curatio φιλοπαράβολος

* typus cum horrore aut rigore

pore, oleo totum corpus perungentes, caput etiã atq; collum rosacco, dabimus sorbilem cibum: tunc ad largiendum requiem, uel somnũ sufficiẽs erit motus, baiulatoria sesione adhibitus, quia mox ægros mites ac

* demulcet, & delenit.

*delicatos facit. Aliqui deniq; phreneticorũ dirarato corpore motus causa, deficiũt. Quapropter nocte magis atq; post cibũ gestationem conuenit adhibere. Hæc est secundum Asclepiadem metu perniciosa, atq; cauta differẽtia curationis. Huic extẽplo respondemus, quia nulla est metu periculosa differentia curationis, arte formata, sed est potius tuta: neq; etiam uehemens, quã secundam posuit periculosam ac metuendam. Vocanda est enim artis iudicio probata necessario magis, quàm supradicto est uocabulo nuncupanda. At si uerè fuerit illa quam putat, tuta, quomodo non omnibus, sed multis erit phreneticis congrua? aut cur non manifestauit, quibus sit incongrua? Quid dicam? quia

* curationem
* obserua Medicorum inuidentiam.
* sub. adhibente.

ipsa quoque quam putat, tutam * paßionem, peior esse perspicitur. Primò etenim* inuidiosè iubet si qua ante ipsum Medicus adhibuit, repudianda. At si non adhibuerit, tunc probanda, tanquam legitima putans, ut hæc aliis adhibentibus noceant, * ipso medeantur. Dehinc, neque quibus utendum sit his prohibitis dixit, ut oporteat phreneticum sine ullo adiutorio derelinqui. Est etiam uehementer noxium aceto uti atq; peu-

* consopiunt, vt vaporosa omnia.
* rodunt, lancinant.
* soporem
* quæ caput grauant.

cedano, & ruta, & castoreo:* premunt hæc enim, & uertigines ingerunt, & ob acrimoniam sui, tumentes * dissecãt membranas. Hinc etiam alienationem geminant, aut * pressurã ingerunt uehementem: horũ testis ipse est Asclepiades. Accusans enim eos qui rutã probauerunt adhibendam, uitandas inquit primò *grauabiles uirtutes. Siquidem ascensu quodam inspirationis

caput

caput *inuadant, & magnas menti occasiones alienationis *subiiciant. Praeterea paulò superius in eodẽ libro ait, ipsum caput * obsidere non sinunt hi qui curãt cataplasmatibus, & aceto, & polline: & confectis fomentis ex multiformi materia abluendum existimant. Similiter ungentes non solùm caput, sed etiam faciem atq; collum, quae omnia non difficulter *naris implẽdae odoris acerrimi atque grauabilis. Nobis denique saepe contigit ingredientibus ad aegros quibus haec fuerant adhibita, uertiginem pati. Quid nunc Asclepiades grauius olens habuisti castoreo? quid grauabilius* ab his quae adhibenda cõfirmas. Cataplasma uerò ex pollinibus, & aceto, fuit cataplasma remoto aceto per se efficax. Laxatiuum est enim, si acetum tibi repugnat. * Ipso enim caput foueri * iußisti. Clysteris uerò culpam superius probauimus. Est etiam iners, omnes aegros, ut uoluit, ex tenebris ad lucem transferre, cùm quidam tenebris curari magis uideantur, sicut superius demonstrauimus. Vexat etiam* ptarmicum quod credidit adhibendum. Acre est enim atq; ignitũ, ut piper, struthium, & album helleborum, quibus tumentes mẽbranae ex eorum acrimonia in asperitatem surgũt, & agitatione ob sternutamẽta extentae prouocãtur. Deniq; si statio corpusculorũ causa est phreneticae paßionis, ut putat, uehemẽtius eam his rebus excitari suspicandum est, cùm ad sternutamenti motum materia cõcurrit. Omnino deniq; sic curationes suas cõfuundit, ut quae etiam ipse ordinauit excludat, cùm sibi quadã cõparatione* fuerint opposita: ait deniq; maiora adiutoria uitanda. Siquidẽ nocere magis quàm prodesse *uideãtur. Sed quid tandẽ leuioribus* laceramus, si fomẽtis, atq; unguentis, & cataplasmatibus, & odoramẽtis, & sternu

* inuadunt
* subiiciunt
* obsilêre, id est à dolore vacare
* nares implẽt odore acerrimo & grauabili.
* ex iis
* At enim ipso
* Supra enim odoramentum ex castoreo, ruta, peucedano, & aceto commendauit.
* vulgo echinon
* sint
* videntur
* vel maceramus, vel laceßimus

& sternutamentis ægros afficiendos credidit? quibus apparet eum contra semet tulisse sententias. Caret etiam artis auxilio, quòd pro * temporum, aere, atque loco ordinanda adiutoria putat, & non pro paßionis tempore. Dehinc non oportet solùm cōsiderare, quoties potum demus, uerumetiam quando. Etenim accesßionis tempore limpida quoque aqua febrium facit incendium. Mulsum uerò dandum dicit subleuandi pulsus causa, nescius * quomodo propriū phreneticæ passionis, inesse paruum, atque humilem pulsum, ut lethargo maiorem ac tardum. Oportuit igitur paßionem destrui, non pulsum optari maiorem, qui sæpe peiorādo consurgit, quando & phrenetico in lethargum uenerit: ita quoties potum demus autumno, uel uerno tempore, nō docuit. Dehinc clystere utens, mellis metuit admixtionem: & ne uentrem, inquit, fluidum faciat, decoquendum iußit, & clysterem non timuit, ne uentrem commoueret. Falsum est etiam cùm continua atque iugis fuerit paßio, circa uesperum cibum dare. Siquidem etiam secundum ipsum Asclepiadem * releuentur omnes lucis initio, uespero accesßiones * augeantur. Natura, inquit, * uesperum ob aeris craßitudinem densata inflat corpora, atque initium generat accesßionis. Omnibus denique pulsus leuatur statim ex medio die initium sumens. Omnino igitur ratione caret uesperum cibo tempus eligere; quo etiam secundum Asclepiadem accesßiones augentur. Graue est etiam oleo rosaceo tumentia refrigerare, atque constringere, & ex odore uertiginem facere, atq; * pressuram, & inchoante accesßione ægros ad alium transmutare locum, quando magis eos oportebat quiescere. Sed neq; quotidie cibo nutrire est, ut putat, necessa-

rium

* tempore
* quodāmodo
* releuantur.
* augentur
* vesperi
* soporem

*rium, & magis si nulla fuerit solutio coniuncta, solo tumore constrictis corporibus,*quo ferre non poßint quotidianam cibi sumptionem. Noxium est etiam omnes gestatione agitare: in his enim qui * solutione & non constrictione uexantur, magis extenditur paßio, & horum testis Asclepiades est primus. Etenim ait uias apertiores fieri gestatione. Deniq; defectio atq; diaphoresis sequitur eos qui incongrue gestatione fuerint moti. Quod quidem nescius qua causa fiat, tanquam remedium quærens uexationi gestationis, nocte gestari atque post cibum ægros prodesse æstimauit, scilicet ut non solum incongruo adiutorio, uerumetiam inordinato homines noceantur. Neque enim sanis utilis gestatio post cibum. Inertem etiam perspicimus dietam primam, quòd ait quibusdam esse contrariam, nec tamen docuit quibus. Si enim quos nocet nescierimus, necessario etiam quos releuet, nescire consequitur. Tradens etiam periculosam siue temerariã, quam philoparabolon appellauit, ita composuit curationem, *in alia inquit, habere similia prædictæ*paßioni solum, quòd uinum*pro melle circa uesperã, non nisi omnino coegerit paßio, damus: si minus, primo ingreßu statim, atque plurimum, & extentum, hoc est, meracum & salsum dabimus uinum, quod appellauit tethalassomenon. Etenim inquit quæ primo imbecilla atque tarda de sorbilibus & mulsa dederunt ægro commoda, omnia ex uino celerius atque coaceruatim implentur. Etenim feruor plurimus accedit, & pulsus erectio * & roscida sudatio mitigatur, tanquam ex cautere per totum corpus uino concurrente, atq; incurrente sensum scientia. Hæc est uehementior, quam dicit curatio, pro mulsa habens uinum, ut*

** quæ ferre possunt non quotidianam*

** simul coniunctis*

φιλοπαράβολος curatio

** in aliis*

** paßioni excepto solum quod*

** cum*

Rusticorum in febribus curatio.

** & roscida sudatio abstinetur, quod alienationẽ mitigat, tãquam cautere per totũ corpus vino excurrẽte, atq; inurente sensum suæ potentiæ. Sic esse legendum apparet ex pag. 2. & seq.*

cæteris peccatis manentibus in odoribus, & fomentis, & sternutamentis, & iacendi loco, & gestatione omnibus ordinata, grauiorem ex uino uexationem adiecerit. In quibus neque mulsum recte secundum ipsum ordinatum esse perspicimus. Dat enim uinū & incongrue, & intēporaliter, & immodice. Incongrue inquam, quoniam salsum, & propterea acre, quādo denique mel coqui iubet ne uenter ueniat in fluorem, atque ab aliis ordinatum clysterem remouet, tanquam *in commemorationem ducentem ac grauem phreniticis uexationem, hoc est fluorem uentris, cum magis salsum uinum id facile poßit efficere, & per acrimoniam febres, atq; tumens corpus incendere. Intemporaliter autem, *quomodo circa uesperā, quando secūdum ipsum fit acceßio: uel certe *statim, ut ait, primo ingressu, tanquam secum opportunitatem dandi attulerit uini. Item immodice dare probatur, * quomodo mulsum, atque meracum, * & propterea ignis in modum uexare perspicitur, ut ucre ipsum uideatur cauteris esse uirtute, quæ neruos incurrens atque penetrans infestæ iamdudum febriculæ coniuncta, etiam illud quo sapimus offendit & alienationē geminat mentis, aut spasmum facit ægrotanti: *asserēs etiam quod hi qui non mulsum neq; meracum accipere uoluerint, noceantur, si quidem minus *inebriare cōtingat. Erat enim conueniens omni phrenitico qui ab eo curatur, hanc* adhibere propriam alienationem mentis * aut omnino uinum accipere noluisset, *quippe cum Asclepiades ex uino frequenter phreniticos fieri fatetur, atq; similes ebriis inueniri, quodammodo igitur credi potest eosdem multo uino accepto, atq; meraco releuari, quibus alienatio ex uino *facta perspicitur, quæ necessa

[Margin notes: * commotionē inducentem; * quodāmodo; * sub. dari iubet.; * quoniam; * quod; * Asserit; * inebriare; * augescere & irritari; * cum; * At enim; * fieri]

necessario in capite *simili semper *uexatione operatur. In his nos credulitate occupari existimat, ut tanquã ebrios plurimũ uinum in altũ somnũ demergit, nõ aliter etiam phreniticos uinolẽtia in somnum uenire posse putemus, mulso atq; meraco potu affectos. Hæc enim uere ipsorũ aliquis dicere potest, sed cõtra erit aduertendum, nullã esse similitudinẽ *uinolẽtiæ phreniticæ paßionis. In ebriis enim alienatio ex multitudine poti uini facta perspicitur, quæ *reflata tẽporalem citius alienationem soluit. In phreniticis uero ex *tumore alienatio fit. Quo cosiderandũ est quia uinũ in his reflari minime potest propter difficultatẽ uiarum, quæ sunt ex morbo adeo densatæ, ut neq; * naturalia quæ per sensuales uias excludi consueuerunt, reddantur, neque accepta per cibos impartiri corpori facile uideantur, uel per tenues uias digestione soluta *propriari atque ad sua destinata peruenire, sed manentia statione insueta, nouo turbore corpus afficiãt, atq; tumẽtia exagitent; mentem quoque turbent uel receptacula quæque percutiant, tẽpore quo etiam ille spiritus qui naturalis ac tenuis est, angustatos suos ambitus pungit, ac dolores corporis efficit. Mitto etiam, quomodo, si ut uolunt, ebriis similes phreneticos accipimus, non oportuit ebriũ inebriando curare. * Nullus enim uinolentus bibendo in sobriũ uenit. Nam magis econtrario qui perseuerando potauerunt, multo *poto multum mentis alienationem auxerunt, aut in spasmum, aut in uigilias incurabiles deuenerunt. Ad iuuant etiam uexationem uinolentiæ grauabilia odoramenta, atque fomenta, quibus denique fortes ac recte ualentes in conuiuiis incautius usi, multa se grauatione uexarunt. Ait etiam uinum in cauteris simi-

* similem
* vexationem
* cum vinolentia
* concocta & discussa
* phlegmone cerebri & mẽbranarum.
* aluus & lotium
* locis quorum propria sunt, subministrari. Quidã legunt, suppeditari.
* fectinè dictũ
* potu

litudinem abstinere sudorem, cum idem dicat mitigari alienationem accepto uino, cum se plurimi ac per totum corpus sudores effuderint, ut secundum ipsum id sit intelligendum quòd nunc abstineat uinum sudores, nunc faciat. Libro denique quem de communibus adiutoriis scripsit, utriusque uirtutis uinum, dixit. Sicut enim, ait, coagula densant atque extenuant lactis naturam, cum caseus ex lacte crassescat, & materia exinde tenuior ac magis liquida fiat, quam Græci ὀῤῥὸν appellant, atque hæc contraria eadem uirtute * suffecta separantur, non aliter & uinum ui quadam suæ percussionis, plurimam nutrimenti partem densare accepimus, atque in se cogere, plurimam uero resoluere ac dirarare, & tenuem facere. Quibus probatur repugnantia ex iisdem promittere, & frigido exemplo denique errare. Sed neque discretionibus generalibus uini cõiectura conuenit, falsis exemplis immissa. In his denique adhuc constitutus, demonstrationibus uanis inuoluitur, dicẽdo uini * tritam potationem in passionibus tardis, magis quàm in celeribus, uel acutis, & in his qui dimissionibus releuantur, magis quam in his qui continuatione uexantur: & senibus magis quàm in iuuenibus: & præpurgatis clystere, uel sitientibus, magis quàm plenis cibo: & inchoantibus ac deficientibus febribus magis quàm summa tenentibus: & post accessionem potius quàm ante ipsam. Nunc autem curans phreniticos, ordine quodam usque ad finem seruato, in nutriendis * uirginibus uinum dari constituit, in celeri passione, atque continua, & omnibus nihil sane considerans, sed statim primo ingressu, ac frequentius in statu passionis. Tunc enim, inquit, uehementius alienantur

[Margin notes: vini diuersa vis & facultas; * affecta; * tutam; * ægrotãtibus]

ægro

ægrotantes. Præterea & in uehementia accessionis intelligitur dare, cum uespero tempore dandum iubet. Hæc sunt quibus neque sibi conueniens phreniticorum curationem ordinasse probatur, quanquam infinita quæ dici potuerant, plurima consideratione taceantur.

Ad Themisonem. Cap. XVI.

Qvomodo Themison scribens cælerum passionum curationes, antiquorum peccatis assentiens quædam incondita dereliquit, (Nam necdũ purgauerat suam sectam, & ob hoc phreniticorum ordinans curationem quibusdam erroribus implicatur,) ipsius quoque inspicienda sunt singula. Primo igitur *ex prima diatrito nutriendos dicit, nullis etiam cogentibus causis, quod est impropriũ tempori. Dehinc dat sorbilia, *ita cucurbitã, aut solum mulsum, aut pomorum quædam. Quod nunc dissimilitudo uirtutis ciborum docet, errorem facile eius perspicimus. Etenim sorbilia quæ posuit succi sunt melioris, *cucurbita uero cito corrumpitur. Poma quoq; succi maligni, ac facile acescentis esse noscuntur, etiamsi sani fuerint accipientes, *quibus deniq; medio cibo uti debere salutaribus præceptis docuimus. Vbi autem uiscera tument & *altiora febribus inurũtur, multo facilius acescere poma probamus. Prohibet sane in fomentis peucedanum, castoreum, rutam, sed aceto rosaceo admixta hiberno tempore, Aestate uero * aqua admixta* rosaceo initio passionis caput foueri iubet, non * continens quomodo ob magnitudinẽ transcenso initio, extemplo*passionis sumit augmentum. Dehinc etiam si initium habere potuerit, quod est difficile, erat melius

Quoniam vero
* à
* aut
* obserua
* quos
* profundiores & penitiores corporis partes
* aquæ admixta & rosaceo
* oleo sub.
* discernens
* passio

constrictiuis uti lenioribus, ut oleo hispano, atque *nouo. Etenim acetum, & rosaceum percutit, & implet caput. Quod autem refrigerantis ac densantis uirtutis est, crescente strictura, incongruum esse perspicitur. Ita iuxta differentiam temporum hyemis uel æstatis fomenti mutare qualitatem, nullius est rationis. Item duobus diebus, uel tribus transactis etiam hederæ foliis, uel succo, serpilli, aut mentæ, uel cuiusquam similis uirtutis simplicium, ac non *uehementium specierum cum oleo, atque aceto per interualla fouendos dicit, etiam nunc non iuxta sectæ rigorem. Neque enim ad numerum dierum oportet fomenta ordinare, cum debeamus magis passionem, uel tempus attendere, & neque constrictiua tumoribus, atque grauabilia ægrotantibus adhibere. Nam *hedera cum bibitur, mentis errorem inducit. Cadit etiam, cum in accessione thoracem putat ungendum, & in his qui * forte ardorem sentiunt rosaceo fouendum. Hoc etenim quum uirtutis sit densatiuæ, constringit tumentia, & ardorem geminat.* Omne etiam unguentum accessionis tempore, & magis in augmento febrium incendiũ facit ex superficie corporis ad altiora perduci. Peccat *enim & in reprobãdis odoramẽtis, non docendo quæ illa sint, ac quot diebus abstinemus ægrotos, unguentũ adhibendo quod est laboriosum, nisi etiam cibus fuerit datus. Oportet enim neq; cibari non antecedẽte perunctione, neq; perungi nisi cibus fuerit * cõsequutus. Sed etiã post unctionẽ aqua frigida faciẽ * fomẽtat, constringẽs rursum tumẽtia, phreniticis strictura caput afficit. Omni etenim phrenitico strictura caput affici nemo negat. Itẽ inaniter

* Nam uetus diaphoreticum ac tenue est.

* vt rutæ, castorei, & reliquorum id genus: quod volebat Asclepiades

* hederæ mira vis

* fortem

* hoc falsum

* etiam

* consecuturus

* fomentans, constringendo

niter putat, *ex tertia die qua mēte alienari cœperūt *a
nulla acceßionū diſcretione cogēte, quotidie cibū da-
ri. At ſi alternis diebus fuerit occurrēs acceßio, alter-
nandum etiam nutrimentum. Oportuit enim ſiue* de- * ſi declinatio
clinato ſolutionis metus occurrerit, atque quotidianis ſolutionis quæ
diebus* acceßionis fuerint effectæ, omnibus cibum al- motus non oc-
ternis dari. Nam non poteſt corpus diurnis acceßioni- currerit
bus grauatum ſuis partibus applicare nutrimenta quæ * acceßiones
ſumpſerit. Sed hic grauius peccās ait adiuuare etiam
lauacrum, quanquā ſit adhuc paßio in gradu conſtitu-
ta, tribus tamen uel quatuor diebus tranſactis ex quo
mentis alienatio irruiſſe uidetur. Quomodo igitur cō-
ueniens lauacrum paßioni probatur, cum nec dum
quotidianis diebus cibum dare uideatur? Quippe cum
ahuc paßio ſuæ magnitudinis teneat ſummitatem, &
propterea mitigatiua ſit curatio magis quam turba-
tio ex lauacri commotione adhibenda. Mitto quòd
æger* ad hæc magis mouetur alienatione mentis, nec * per
ullo aſſenſu noſtro paret imperio. Siquidem ferali
mente omnia quoque accipit, ac recuſat. Item iubet
lauantes in ſolium primo deſcendere, tunc aſcenden-
tes è ſolio fricari plurimum, & rurſum deſcendere,
quod eſt laborioſum: ſufficiebat enim defricatos, tunc
ſolum deſcendere, cum ſe modico ſenſerint ſudore ue-
xatos. At iſte poſt lauacrum oleo roſaceo caput fo-
uet, quo * grauius odore impletum ægrotantes affi- * grauiori
ciat. Eſt autem incongruum* atq; conſequens laxata, * neque
ut putat, lauacro corpora oleo roſaceo fomentare,
cum ſit frigidæ atq; conſtrictiuæ uirtutis, & propter-
ea corporis efficiat denſitatem. Non enim eius frigus
erit aquæ frigidæ comparandum, cum aqua frigida

ob extinguendum feruorem, ueluti cocti corporis adhibeatur, Rosaceum uero perseueratione quadam simili, atque eadem uexatione iugi frigore, & odore percußibili caput afficiat. Vinum etiam dandum declinationis ordinauit tempore, cũ neq; omnibus hoc sit adhibendum, sed solis illis qui simplici ægritudine afficiuntur. Dehinc non in omnibus prohibuit uinum salsum, sed in his qui sunt insueti, nescius quia consueti uexantur. Si quidem sit natura noxium febricitantibus uinum. *Consuetudo autem nihil aliud prodesse, quàm ut non plurimum corpore noceantur, potest. Nos uero oportet consuetudinem rerum utilium facere, noxiarum fugere. Dat etiam uinum plurimum ad heminam, *etenim uel tres dimidias *, iubet ante cibum, si fuerit sitis nimia consequuta, quod est, ut sentio, sine ulla ratione. In graui enim ac periculosa ægritudine, nudis & sitientibus uisceribus, ingrediens uinum facile concurrit ad neruos, atque mentis iudicium tollit, cum non habuerit præmissum cibum, in quem incurrens quadam tarditate moretur. Proficientibus igitur ægris perseuerandum inquit in utendo uino, si uero profectus cessauerit, tribus uel quatuor diebus aquam dabimus, usum uini differentes. Rursum dierum numerum & non paßionis considerantes motum. Quapropter etiam si post tres dies difficultas adhuc declinationis obstiterit, non oportet ad usum uini descendere. Etenim * sollicitæ paßiones his * in pulsibus facile ad augmenta recurrunt. Hæc nunc Themison phreniticis curandis ordinauit. Sed post ex methodica secta multa bona contulit medicinæ.

* Consuetudinis vis, ac effectus, & potestas.

* interdum

* præbet

* sollicitatæ

* impulsibus

Ad

Ad Heraclidem. Cap. XVII.

EMpiricorum sufficit soli Heraclidi Tarētino respondere. Etenim eorum posterior atq; omnium probabilior apud suos inuenitur. Idem nanque primo libro curationum de internis paßionibus, uarias curationum differentias scribit, pro suspicionibus causarum. Nam primum phreniticum iacere iubet loco obscuro: Siquidem, luce, inquit, eorum mens asperatur. cum plerosq; magis uideamus tenebris asperari, atque luce eos qui adiuncta solutione afficiuntur, adeo ut si paulo uehementior fuerit, diaphoreticam faciat solutionem. Item iubet uentrem clystere deduci, tunc phlebotomiam adhiberi, atque alia die rursum usum innouari clysteris, non aduertens quomodo * tumentibus præcordiis, atq; extentis, uel adductis simul cum uisceribus, periculosum est quicquam acre, uel quod commoueat immittere, quo retento tumor magis augeatur. Dehinc turbulentum, atq; uexabile, & per omnia cōtrarium esse perspicitur, eadem die clysterem atque phlebotomum adhibere: quippe cum neq; tempus utendi dixerit, neque qui sunt phlebotomandi discreuerit. Etenim eos qui solutione afficiūtur phlebotomia nocet, ut gladius. Extendit peccatum, dicendo, oportere quotidie adhiberi clysterē, ut neq; quiescendi aliquod tempus occurrat, & cibo nō nutriatur & uiribus priuet frequēs hæc iniectio. Tradens etiā* loca alia adiutoria, caput fouet decoctionibus lauri. Tūc nouacula radit, & ex eodem liquore uaporat. Post rosaceo oleo caput atq; nares iubet ungi, percutiens tumentia ante declinationem ex fomentis supradictis, implens etiam caput ex odore lauri, atq; grauedines ac uertigines efficiens. Similiter & ex oleo *roseo constrin-

* quasi clyster mollis atque lenis esse non poßit

* localia

* rosaceo

gẽs simul ac frigidãs cerebri mẽbranã. Imponit præterea cataplasma ex polline & aqua mulsa, admiscẽs iris illyricæ decimam partem, & lentiscini olei, & aromatici calami, quæ omnia ignea atque percutientia odoris causa esse perspiciuntur: & oportebat tumentia congruis relaxare uirtutibus. Item iubet post hæc medicaminibus ungi caput, & nares, hoc genere confectis. Peucedani, castorei, opij ut in libro quem *Nicolaum uocat, olei* amygdali amari põdus supra scriptum, sed prætriti cum aceti sextariis duobus, & olei irini unciis tribus, quorum usus ita, inquit, erit adhibendus, ut præcalefacta apponantur, ex quibus grauatio capitis, atque commutatio nascetur, ut statim alienatio in pressuram transeat, cum *tantis perniciosißimis malis ægrotantis caput obsidetur. * Empiricos laudat. Mirandum sane unde hæc ei uenisse suspicio potuerit, ut discrepantium commixtio unam facere uirtutem posse putaretur: uel quæ illis natura uel fortuna fuerit magistra, quas sæpe suis inuentionibus duces fuisse testantur. Vel certe quomodo non discrepantis historiæ in ista medicaminis confectione iudicium tacuerunt. Sed si hoc experimentum dixerint, apertißime delirabunt, ut laborans *empirica ad occultarum confugiat apprehensionem causarum. Item iubet nocte caput uaporari, si facultas fuerit, papaueris decoctione, atque serpylli, non adiiciens usus causam, neq; rationem qua sit hoc circa* uesperam faciendum, cum tunc maxime phreniticis asperius tempus occurat. Vaporatio autem caput exagitat, & tunc magis in requie fuerat habendus ægrotans. Sed intelligimus eum in ista fuisse rerum diuersitate coactum, cum solas uigilias ægrotantis attendit,

somnum

* Nicolaus Heraclidis empeirici

* amygdalini

* tam perniciosis

* Hæc porro sunt quæ laudat empiricus.

* ratione doctrinaque empeirica

* somni conciliandi caussa

ſomnum quibuſcunq; ambitionibus adhibendum exiſti-
mare. Quinetiam potandos dicit ægrotantes antidoto
diacodion, cum mulſi ſextario, uel ſeminali medicami-
ne, quod * diaſpermatum uocant, aut tuſsiculari, quod * διακωδίων διασπερμάτων
*bechicum appellant: cùm magis opium, hoc eſt papa-
ueris lachryma, denſitatem faciat. Item ſeminalis po- * τὸ βηχικὸν
tio acrimoniæ cauſa incendium facit uiſcerum, atque
hæc omnia grauando preſſuram magis, quàm ſomnum
facere uidentur. Somnus enim laxatis fiet corpori-
bus indulgentia naturali. Preſſura uerò denſatis * ad- * vt cari, comatis, lethargi
uerſitate morborum. Igitur præſcripto medicami-
ne, negligens tumentia, contrariis ſtricturam gemi-
nat rebus, non ſimilibus, quomodo cum cauſa impe-
ditionis ſomni, hoc eſt ſtrictura augetur, in lethar-
gicam paſsionem ægrotantes ueniunt, uel certè ma-
iores uigilias. Item eodem libro accuſans utentes
medicaminibus ex caſtoreo atque aceto & ſpondy-
lio confectis & cataplaſmatibus ex aceto * ſiquidem * quia ſunt
ſint acria, ipſe quoque nihil minus peccare uidetur,
adhibens grauabiliora atque acriora. Etenim dice-
re * quomodo non ad ſoluendam paſsionem, ſed ſer- * quod
uandi ægroti cauſa hæc adhibuit, eſt omnino inertiæ.
Nam primò quibus paſsio leuigatur, his etiam æger
ſeruatur. Secundò quibus laborans retinetur in uita,
iiſdem etiam paſsio releuatur. Tertiò, cùm non paruo
periculo ex uigiliis afficiantur, maius tamen ex preſ-
ſura Heraclides facere perſpicitur, *nam ſomnum fe- * etiamſi
ciſſet grauabilibus utens medicaminibus, * cùm ſit ſem * γνώμη
per, ut in utilibus maius, ſic in aduerſis leuius eligendũ.
Sed inquit, ut uinum mediocriter datum nutribile ac
ſalutare probatur, plurimũ uerò atq; immodicè datum
capitis grauedinẽ, atq; mentis errorẽ facit, ſic etiã me-
dicamen

dicamen supradictum moderatione accedente somnos faciles facit remota grauedine. Est autem exemplum dißimile: horum etenim medicaminum etiã si paruum quidquã fuerit datum, grauedinem facit: si plurimum, mortem. Nam* quia grauatio magis quam somnus efficitur, facile perspicere poterimus. Etenim de somno coloris melioris efficitur corpus, fortitudine quoque acquisita. Ex medicamine uero, pressura, pallor, atq; debilitas, & grauatio corporis nimia sequitur. Dehinc* omnis somnus in corpore spirabili, atque indulgentia laxato nascitur. Medicamina uero quæ ob uigiliarum mitigationem dantur, magis acceßionis tempore offerenda dicũtur. Tum* enim uehementer ægri uigilare noscuntur, cum sit impoßibile* turbore corpus impletum, somni tunc indulgentia temperari:* cũ hæc *commoda, medicamenta,* etiam sponte uentura corrumpunt, incendunt etiam altiora, & præsentem *augeat acceßionem. Neque enim licet etiam cibos consuetos, atque qualitatem * conueniens acceßionis tempore offerre, uel quod multo leuius est, * aquam quæ corrumpi posse negatur, ut cuiquam minimè credendum sit supradicta medicamina, isto præsertim tempore, digestionis officio superari. Ait præterea succũbente paßione dandũ uiscellũ simplex gallinaceum, uel succũ ptisanæ, ordei, uel orixæ, ac deinde per profectũ ad usum panis accedere, * leui ex farina confecti, & gobionũ pisciũ pulmentũ: secũdo carnis gallinaceæ ac leporis, quæ nõ recte quisquã etiam declinationis tempore ob reficiendum corpus * prima dari permittat: *quæ quidem declinatio forsitan nec futura sit, his malignis ægrotante atque tantis affecto, & nulla mitigatione, * tolerato, neque oris collutione, neque potu

neq;

* quòd
* omnino
* autem
* vexatione: inquietudine
* Itaque
* somni aduentum
* narcotica
* augent
* cõuenientem
* in acceßione methodici bibẽdam dabant, vt supra pag. 26. & 27.
* a furfure purgata
* ante alios reficientes cibos, analepseos principio.
* At hæc
* tolerante recreato

neque cibo. Mitto etiam * quia si * dimissio fuerit facta, non necessariò tempus accipit praefinitum. Etenim nunc decima, nunc duodecima die uel ultra saepius occurrit. Quapropter tot diebus innutritum aegrotantem relinquere, non solùm noxium, uerumetiam impossibile esse perspicitur. Dehinc gallinarum uiscellum, facilè corrũpitur: & est digestione difficilis hordei atq; ptisanae succus: oriza uerò quòd stringat nulli dubium est, atque ita panis quantitatem augere nos quoque admittimus, pisces autem gobiones dare prohibemus: etenim locum in passionibus celerrimis uel acutis * acrior cibatio, quam * polyphagiam uocant, non habet. Item dari iubet leporem, atque uarios cibos, & neque lauãdam faciem, neque aliam congruam corporis diligentiam ordinandam uidit, sine qua minimè * digestio fieri potest, non solùm uariae cibationis, uerumetiam simplicis, nisi corpori perunctionibus, atq; alia diligentia * recreato fuerit illata. Haec est secundum Heraclidem curationis, prima phreneticorũ differentia. Illis uerò qui cruditate phrenetici fuerint effecti, ita curationem ordinauit, ut supradicta similiter adhibeantur. Cataplasma uerò non prius quàm clyster antecesserit, adhiberi iubet. Etenim perniciosum est, inquit, pleno corpori haec adhibere. Siquidem ad caput rapta materia in salutis periculum praecipitet aegrotantem: atque ita prohibendam dicit phlebotomiam, adhibendam uerò corporis purgationem, poto medicamine quod appellat * diascammonias, hoc est, quod ex diagredio cõficitur, quibus apparet hunc suae sectae peccata custodire, ut ea quae empirici * seruabilia uocauerunt, etiam nunc adhibenda existimet, adiiciens etiam peiora, prohibendo phlebotomiam, quae simplici

* quod
* id est, morbi remissio, & declinatio.
* amplior
* πολυφαγίας
* Hic locus ostẽdit, fotus ex oleo hydrelaeo, & aliis id genus, à methodicis imperari solitos, ut suprà pag. 24. legimus, adiuuandae concoctionis causa inuẽtos & excogitatos fuisse.
* recreatio
* Διὰ σκαμμωνίας catharticum.
* id est, obseruatione cognita

simplici atque innoxio laxamento, nullis obstantibus adhibita, facilè laxato corpore paßionem poßet auferre, cuius in uicem nocentißimam adhibendam purgationem iudicauit scammoniæ, quæ est grauior cruditate, quam ipse metuens in contraria uenit argumenta curationis. Etenim ex hac corporis purgatione, siue liquidarum detractione materiarum, corpus * confluere manifestum est, atque eius solida, quadam * dimißione lentescere, & in liquida migrando deperire. Mitto quòd neque suæ sectæ seruauerit morem, quæ nunquam uasculorum corporis materias attenderit, si quidem * sint non solùm occultæ, uerumetiam empiricorum iudicio falsißimæ. Etenim existimare, quòd * discendæ paßionis causa succorum nominauerit cruditatem, potuimus, nisi etiam curationis ordinem ipsum intuens disceßisset, adeò ut etiam scammoniam bibendam credidisset. Quærendum etiam ubi esse cruditatem suspicetur, quam scammonia putaret detrahendam. In intestinis? sed sic fuerat melius atque facilius eam clystere purgare. An in capite, an uerò in toto corpore? Sed cùm hæc incerta demiserit, uidetur iudicium sui operis medicamini dimisisse, ut tanquam sentiens animal operetur, separando à naturalibus aliena, hoc est cruditate corrupta, atque sola * detrahere. Tertiam inde curationis scribit differentiam, qua iubet, si totum corpus non fuerit multo sanguine grauatum, sed solæ capitis partes uideantur impletæ, ex uena frontis detractionem fieri: cùm neque paßionis esse causam sanguinem uideamus, neque ex patientibus locis detractio aliquid medeatur: etenim magis patientes adimplet partes, primò ex antecedenti * fasciolæ constrictione, secundò ipsius coactæ materiæ

* diffluere
* liquatione, alij remißione
* sunt
* dignoscendæ
* detrahat
* qua ligãdum caput est, vt tumidiores venæ priusquam feriantur, appareant.

materiæ concursu. Illos uerò quos * corruptione, inquit, in paßionem uenisse uiderimus, clystere purgandos, aquam dantes largius bibendam. Aliquando etiam mulsum, aut uinum chium, aut rhodium, sed primò aquatum, secundo etiam meracum. Hic etiam rursum suæ sectæ rigorem contempsit, suspicionibus in errorem deductus, liquidarum materiarum corrupta temperare festinans, & ita iugiter, ut incurabilem faciat manere paßionem. Dat etiam sine tempore uinum. Et quid pluribus? ita curandi diligentiam * permisit, ut uaria mobilitate uideatur esse confusus, quorum omnium meminisse decet, * sed solam supradictorum probare rationem. Hæc sunt quæ de phrenetica paßione credidimus ordinanda, nunc de cæteris celeribus, uel acutis cum febricula paßionibus, sequenti docebimus libro.

* succorũ corruptela

* omisit

* i. quamuis ea sola probanda sint, quæ supradictis rationibus vera nos esse monstrauimus vtilia, legitima, & cõsentanea.

PRIMI LIBRI FINIS.

CAELII AVRELIANI METHODICI SICCENSIS OXEON, LIBER Secundus.

De Lethargo. Cap. I.



Elerum cum febricula paßionum primã superiore libro tradidimus phrenitim, nunc lethargicam cum cæteris, ordinamus. Vocatur lethargus à consequentis paßionis obliuione. Græci enim lethen obliuionem uocauerunt, argiam uacationem, quam corpori atque animæ ingerit uis supradictæ paßionis. Et est cõparatione grauior phrenetide, non aliter quàm negatus in toto uisus, ab ex parte impedito: uel silentium, ab impedita loquutione: aut surditas ab auditus falsitate: uel hebetudo sensuum, à difficultate. Denique uehementi strictura phrenetici sæpißimè in lethargiam uenerunt, ut declinante lithargia, aliquando econtrario lethargi in phrenetim deciderunt. Quorum haud rarius ex supradictis *prima contingũt. Siquidem facilè periclitantes paßionis magnitudine in peiorem * deueniant: difficilè autem in periculis bona locum * accipiant. Quapropter Asclepiadi credendũ non est, dicenti pulsum, atq; respirationem humaniorem lethargis quàm phreneticis esse: siquidem habet magnitudinem & percussum fortiorem, tanquam iugi somno dormientium. Sed neque iste somnus est, impeditis omnibus naturalis actionis officiis, sed est oppreßio quæ nihil * resumat ægrotantem, ac potius

* vt ex phrenetide fiat lethargus.
* deueniunt
* accipiunt
* reficit

potius demergit. Neque etiam pulsus fortis, sed magis debili percussu inuenitur, atq; piger ac inanis. Quòd autem inflatione erectus uidetur, non fortitudinis causa, sed paßionis nequitia id efficitur. Denique in his quibus ob phreniticã paßionem paruus est pulsus, sæpe peiorante morbo, atque in lethargiam transeunte, pulsus in magnitudinem erigitur, ob specialem proprietatem paßionis, non proficientium uirium causa: quippe cum generaliter strictura peiorante omnia deterius roborentur. Sed hanc plerique definientes paßionem, aiunt lethargiam esse delirationem, cum febribus acutis ad perniciem ducentibus, & uerius non delirationem, sed pressuram dicere. Demetrius erat autem Herophilus paßionem inquit acutam cum pressura,* & obtrusione sensuum frequenter cum febribus. in qua definitione ambiguum est, quô sit accipiendum frequenter: utrum ne antecedenti seruiat orationi, ut intelligamus frequenter cum difficultate sensuum: an consequenti sit orationi iungendũ, ut intelligamus frequenter cum febribus: an uerò utriq; seruiat parti. Quo inuenimus nihil rectè esse definitum: semper enim cum difficultate sensuum atq; febribus hæc intelligitur paßio. Asclepiades hanc paßionem non definiuit, sed Alexander Laodicensis ex Asia secundum ipsum ait * lethargum esse subitam, uel recentem paßionem cũ febribus, & pressura, atque sensuum iugi difficultate. Sed quoniam esse uidemus plerunque etiam cum dimißionibus lethargiam & pressuram, id ipsum esse perspicimus, quod est sensuum * difficultas, quanquã hanc grauiorem putauerint pressuram. Nec sane debuit in definitione magnitudinis differentias ponere, sed paßionis

*quæ sequũtur legendum mõstrant, & obstructione sensuum frequenter cum febribus, &c.

*sequẽtia indicant legendũ lethargum esse alienationem subito accrescentem.

*sensuum difficultate

genus: quemadmodum intelligatur manifestare. Nonne etiam complexionem magis phreniticæ passionis cum lethargia dedisse uidetur? Denique alienatio subito acrescēs, cum febribus acutis, phreniticæ est passionis. Pressura uerò cū febribus, lethargiæ. Atheneus Tharsensis furorem, inquit mentis cum mœstitudine. Siquidem Asclepiades in primo libro celerum passionum dixerit phreniticis alienationem cum turbore effici, in lethargis cum somno atque tristitia. Alij alienationem cum mœstitudine, & iugi somno esse lethargiā dixerunt. Etenim non habent mentem in furorem extentam, ut Atheneus ait, sed sola in alienatione constitutam, ut Asclepiades. Sed etiam nunc traditiones has caducas simul aduertendas existimo, ex his quæ supra memorauimus: non enim somnus in lethargis esse * aduertitur. Nam nullum periculum [a] sequeretur. Neque etiam accessionis * tēpore magis ægros afficeret. Item neq; iugis in omnibus est pressura, sed etiam plerunq; dimissionis intercapedine leuigatur. At si cum febribus esse non adiungerent, ut Asclepiades fecit, communis esset cum epilepsia diffinitio. Leonides autem episyntheticus, lethargus inquit, est * lethargia secundum uias membranarum, cum furore mentis, atque febre, & mœstitudine, ac pressura, & pulsu magno. Sed neque causam oportuit dicere * quæ sit occulta, atq; apud ueteres discrepans, & iniudicata, cum passionem manifestare fuerit magis necessarium. Neq; etiam mœstitudinem, uel tristitiam, atque mentis furorem. Etenim pressura in semet mœstitudinem atq; furorem continet. Item Menemachus pressuram inquit, celerrimam, uel acutam cum acutis febribus, & non semper iugibus. Soranus uero cuius hæc sunt quæ latini

* sed pressura siue κάρος
¶ è somno
* tempus
* obtrusio
* quia est in eo quod dixit secūdum vias membranarū

latinizanda suscepimus, pressuram inquit, celerem esse, uel acutam, cum acutis febribus, & pulsu magno, ac tardo, atque inani, frequentare inquit, in senibus. Siquidem aptior sit sensuum difficultati atque demersioni ipsa quoque senectus.

Quæ sequuntur eos, qui in lethargiam venire posse noscuntur. Cap. II.

SEquuntur eos qui in lethargiam faciles, ac proni esse uidentur, aliqua communia ex his quæ etiam phrenitim fore denuntiant: Aliqua propria, quæ etiã in causa communi tanquam propria accipimus, ut sunt ea quæ in phreniticam uenturos paßionem designare præscripsimus, ut febres acutæ, ac uehementes, & sæpe continuæ, ac difficile ad superficiem corporis ascendentes, capitis grauedo, uel somnus aut dolor uehemens, repente ac sine ratione recedens, tinnitus aurium, uultus inflatio, pallor tanquam ex uinolentia, & mœstitudo, uel tristitia. Erit præterea tacitus is, qui natura, atque sanitatis tempore fuerat multiloquus,* tunc piger, ac non spõte initians loquelam, * tum sed alienam prosequens, suarum tacitus querelarum, aut non digna* ratione referens: multo etiam ueluti * ἄλογα somno affectus, nec quicquam somnians, aut eorũ quæ somniauerit memor: schema iacendi frequenter supinum, contra solitã consuetudinem: oscitatio iugis, extensio crurũ, tanquã mox è somno expergiscẽtis, pulsus etiã inæqualis, post aliquot saltus ordinatus, aut inordinatus & pro ætate, aut natura, maior, aut tardior: aliquãdo etiam in inanitatem intercapedinatus: quod deniq; si in phrenitica paßione contigerit, in lethargiam transituros ægrotantes significat. Etenim maiorem pulsum fieri, neq; tardum, neq; inanem, sed

ætati ægrotantis conuenientem, speciem declinantis phreniticæ paßionis accipimus. Certius etiam, quoties circa numerum æquales minoribus maiores saltus efficiuntur,* ac uelocibus & densis & uehementibus: multo potius, si etiam plures maiores atq; celeres fuerint. Quidam attenderunt etiam naturā ægrotantis, si * saliuosus semper fuit. Etenim decliues atq; faciles istius modi naturæ in pressuram probantur. Attendendam etiam consuetudinem aiunt, utrum ne febricitans, in pressuram uenire ac demergi solebat: ætatem quoque, utrum ne sit mediæ: & aëris habitum, utrum multis hanc ingesserit paßionem: & anni uel temporum partem, utrum autumni media. Tunc enim frequentare istam paßionem putauerunt.

* ac uelocibus tardi: dēsis rari: uehementibus languidi.

* obnoxij lethargo saliuosi

Quomodo discernimus lethargos ab his qui similibus afficiuntur. Cap. III.

IAm lethargum suis signis intelligere debemus. Est enim melius atque certius, sicut in phreniticis dicamus si dicas, quæ sunt signa lethargi. Vnū enim quicquam singulare, ut est pressura, uel febricula, non significat lethargum, sed plurima atque sibi conuenientia, & concursus multorum, signum faciunt indicabile lethargi, ut lethargus certis ac propriis signis sit indicatus, quemadmodum supra diximus. Intelligimus lethargum ex obstrusione, atque hebetudine sensuum, pressura etiam, atq; febre acuta siue iugi, siue* demißionibus intercapedinata, pulsu magno, tardo, inani, & inflato. Sine his enim neque esse intelligi lethargus potest. Nam quædam præterea alia * sequentur multa, uel pauca secundum paßionis magnitudinem, uel generalis temporis atque specialis differentiam.

* remißionibus

* sequuntur

Primo

Primo igitur ſequitur dubia atque ſomni ſimilis preſſura & demerſio, ſed quam facile æger uocatus excutiat, ut interrogatus, ſane nõ ſtatim, ſed * ſecundũ, reſpondeat, ac tunc iuſſus, uel oſcitatiane perſuaſus, inſpectioni linguam exerere, aut non id faciat, aut tardè fieri conſentiat: uel cum protulerit, non reducat, aut tarde colligat: ſi quid etiam manu tenuerit, neſcius atque ſine uoluntate dimittat, & loquens, priorum obliuiſcatur, & neque enuntiationis ordinem ſeruet, ſed potius intercipiat, exprimere etiam quæ loquitur non ualeat, nullo corporis atteſtante defectu, manus impatienter extendat, * atteſtante tremore, atque membrorum ſaltu, nulla etiam ſiti afficiatur, ſed frequẽti, ac reflua ſaliua * ore impleto ſpuere contendat, & tũc ſupra mentum atq; ſtramenta ſputa remaneant: ac ſi urinam mittere fuerit admonitus, matellam non poſtulet, uel ſi petiuerit, neſciat datam, atque urinam non dimittat, niſi fuerit admonitus: hanc quoque difficulter excludat, uel paulatim, & turbulentam autem plurimam: * ſaliuam aut exuſtam, & craßiorem, aliquando etiam indigeſtam. Creſcente paßione, iacendi ſchema ſupinum iuge efficitur: color plumbeus, uel liuidus: uultus ipſe conductus, atque concurrentibus ſuperciliis caperatus, non aliter quam mœſtitudine ſiue luctu uidemus oppreſſos: lapſus etiam à ſuperioribus lecti partibus, ad inferiora, negligenter abiectis cruribus, atq; conuerſis, reſiduo quoque corpore non recte diſpoſito, pulſus maior, rarus inflatus, reſpiratio tardior, ac maior, cum quodam gemitu, conductio præcordiorum ad ſuperiora: oppreßio ſenſuum, & difficilis recordatio, adeo, ut niſi puncti uel * inclinati fuerint,

* paulo poſt.
* adſtante
* ſaliuæ copia
* ſaliuoſam: aut ſpumoſam
* incitati

non excitentur, sed solum motis labiis leuiter, atque conductis, rursum demergantur.* Sint etiam obscuræ uocis, ac deinde si fuerint manu laceßiti, aut punctione aliqua adhortati, uel titillati, non exaudiunt: uel si quis eorum manus leuauerit, ac dimiserit, statim concidunt, uentris etiam atq; urinæ officio cessante, adeo ut plerique ex paßione liberati, discussa pressura, urinæ reddendæ impoßibilitate moriantur. At si passio in peius duxerit ægrotantem, respiratio crassescit, ita ut extincta uideatur, palpebrarum quoq; non perfecta fit conclusio, oculorum cauitas: linguæ ariditas, atq; asperitas: dentium confixio, atq; stridor, adeo, ut si quisquam uelit facere[a] eorum discretionem, non ualeat, uel certe * semiclauso ore ac dimisso, ita ut mentum propendens uideatur, & neque manu conduci separata poßint, stridore pectoris* attestante: immißi, uel destillati ob nutrimentum liquoris difficilis atque interrupta transuoratio: pallor, & saltus inferioris labij: articulorum stupor: unguium liuor: guttur prominens, atque extãs: pulsus humilis, ac per * profectũ *diminutus: sudores frigidi, & glutinosi, uultum secus & collum: plerunque etiam inuoluntaria urinæ, uel stercorũ emißio, & spasmus, hoc est, membrorum conductio. At si ad salutaria signa æger cœperit recurrere, ut paßio minui uideatur, omnia supra dicta leuiora efficiuntur. Et quidam profecto in sanitatẽ ueniunt, reddita scilicet ualetudine meliore. Aliqui uero alienatione mentis recedẽte, pressura tentantur. Tunc etiam pulsus humilior, atq; densior fit, aut admoniti rursum demergũtur, ut cõplexæ duæ paßiones uideãtur. Aliquì deniq; è lethargo liberati absolutã phrenitim incurrũt, ac deinde ad sanitatem* peruenerunt.

* Sunt

¶ a dentium

*semiclausum os ac demissum

* accedente

* processum

* μυουρίζοντα pulsum innuit

* perueniunt.

Quomo

Quomodo curandi ſunt lethargi. Caput IIII.

QVoniam & defectio animi in febribus ueluti ſenſuum facit hebetudinem, & mandragoram, uel altercum bibentes opprimuntur grauatione* ſorbili, ſopori ſimili, item alij lumbricorum* adiectione deprimuntur, diſcernenda cuncta ſunt, ne falſa ſimilibus inducti uera putemus. Defectionibus igitur animi denſus atq; paruus, & coaceruatim interiens pulſus efficitur. Mandragoram uero, uel altercum bibentibus, pulſus rarus, ſed plenior fit, *à lethargis inanis et inflatus. Item his qui lumbricorum uexatione afficiuntur, uel demerguntur, denſus & uelox, & paruus, & deficiens pulſus inuenitur. Et magis tempore* dimiſſionis febris. Nam acceßionis augmento, quantum creditur, non ualent uentrem uel ſtomachum lactare, atque* ſellare. In dimißione uero, * reſumpta inhæreſcunt uiſceribus, atque ita conſenſum præſſuræ* ex antecedentibus faciunt. Sed hæc diligentius * chronias paßiones ſcribentes, cum de lumbricis dicemus, docebimus.

* aut hæc vox ſuperuacuae ſt, aut legendu[m] terribili.
* vexatione paulo demerguntur: vt paulo poſt.
* vt
* remißionis
* ſugere vermes
* reſumptis viribus in hæreſcunt
* ægrotantibus
* chronicas

Ad Dioclem. Cap. V.

QVidam Aſclepiadis ſectatores etiam differentias lethargorum tradunt. Alium enim per ſe dixerunt, alium ex antecedenti paßione, ut phreniti: atque ex ipſa uenientem eſſe grauiorem. Item alium eſſe nouum atque recentem, alium inueteratum atque tardantem, quod ex numero dierum coniici dixerũt: & alium fieri cruditate ac plenitudine affecto corpore: alium inani atq; paßione macerato. Sed nullam lethargi uelut ad lethargum, differentiam tradiderunt *exiſtimabile non certum probatum eſt liquidorum

* Exiſtimabile quidem, non certum aut probatum eſt, liquidorum plenitudinem lethargum indicare. Mnaſeas.

plenitudinem iudicare. Item Mnaſeas lethargũ alium ſtrictura effici, aliũ ſolutione dicit. Siquidem ſomnus nunc denſitate, nunc laxamento corporum fit: atq; in aliis abſtentas uidemus officiorum naturalium egeſtiones, in aliis uero largius effluentes, adeo ut etiam in-

[* ſtercora] uoluntario exitu *ſtercorum, ſiue urinæ fundantur.

Item multi noſtrorum, temporibus atque magnitudine conſtare lethargi differentias tradiderũt: alium enim magnum, alium paruum eſſe dixerunt, & alium initio, alium in augmento, alium in ſtatu, alium in declinatione, & acceßione uel dimißione: ſed omnes illius

[* ſummas] [* generales.] [* quæ aliis omnibus affectibus conueniũt]

*ſummæ atque *generalis paßionis* differentias tradiderunt, & non ſpecialem lethargi. Falſum etiam ſolutione lethargum fieri, quantum intelligitur, id quod lethargus. Etenim inuoluntariam egeſtionem dixerunt, in infantibus non ſolutionis ratione, ſed mentis occupatione fieri. Nihil denique pluſquam naturæ cõ-

[* reddũt pueri] [* eorum]

uenit, *excludunt, ſed ſolum quod debuit* etiam uoluntate deponi. Tenues etiam ſudores preſſura fieri, non ſolutione intelliguntur, ſed neque adiutoriis laxatiuis, ſicut in adiutoriorum libris demonſtrabimus.

[* ab iis traditas]

Quapropter lethargi proprias differentias* tradendas eſſe negamus.

Quis locus in lethargicis patitur, & quo modo curandi ſint lethargici. Cap. VI.

MAlè quidam etiam patientem in lethargo partem caput dixerunt. Vt enim de phreniticis dictum eſt, communiter totum corpus patitur, febricula teſtante: ſpecialiter uero caput plus, ob multitudinem uexationũ, quibus afficitur. Difficile igitur intra primam diatriton lethargus* fieri poteſt, ſed frequenter

[* curari] [* ægrum]

poſt *ipſam: & oportet iacere in loco lucido, atq; calido

lido mediocriter: in acceßione per interualla leuiter excitari, ſuo nomine exclamatum. Etenim iugiter titillatu, uel impreßione, ac punctionibus hoc facere, nihil aliud quam ſtricturam erit aſperare, ob inquietudinem *quaſſationis. Debinc* probabilior atq; magis eligenda erit quaſſabili, & noxia uigilantia, quieta preſſura: blando etiam articulorum fricamento utendum eſt. Eſt autē in acceßione iugi fomento caput curandum, oleo dulci, atq; calido: mollibus lanis collū tegendum, blandioris laxamenti cauſa locorum capiti uicinantium, & ob excipiendum, ex fomento ſiquid è capite fuerit lapſum. Tunc aliquando etiam *elato ad lectum translatione facta, & declināte acceßione, oris collutio adhibenda: terminata uero, potus dandus. At ſi febriū continuatio fuerit, primo tempore lucis erūt media fouēda, atq; dorſum lanis mollibus circumtegēdū: ſi magnitudo paßionis exegerit, phlebotomia adhibenda intra primā diatriton, aut in ipſa. Debinc ſi ante diatriton fuerit adhibita, ſola fomentatione utemur, atq; oris collutione, & potu aqua uel mulſo. At ſi in ipſa diatrito phlebotomia fuerit adhibita, paululum differentes, perunctionē adhibemus, atq; oris collutionem. Tunc dabimus ſorbilem cibū ob celerē paſſionem. Si* faſtidioſus fuerit ægrotans, tanquam ſanis ſæpe contingit poſt altum ſomnum, experrectis, uel ſi tranſuorationis oblitus, aut piger, tanquam ſunt ſani imminente ſomno decliues in ſoporem, erit accelerāda alicuius cibi tranſuoratio, ut corpus relaxetur. Nam grauiore ſtrictura lethargi phreniticis afficiuntur. Debinc poſt cibum paululum differentes, atq; articulorum blanda fricatione utentes, dormire permittimus: atq; uſq; ad declinationis tempus, alternis diebus

* vexationis
* optabilior
* è lecto
* ſi cibum faſtidiat

à cibo abstinemus, permittentibus uiribus, solo mulso utentes. Si autem uires obstiterint, etiam his diebus sorbilia mediocriter damus. At si uenter non fuerit solutus, clystere utemur, oleo calido & aqua in qua decoctum sit fenugræci semen, admixto aliquãdo melle. Tunc sicut in phreniticis tondendum caput atq; radendum, & apposita cucurbita scarificandum, & sanguisugis releuandum. At si *media tumeant, simili curatione cucurbitæ, atq; cataplasmatum utemur, tanquam in phreniticis ordinauimus. Attendenda etiam cætera paßionum accidentia, quæ symptomata græci uocauerunt, ut ea quæ in corpore frigida fuerint mẽbra, blando tactu manibus continentes, leui cum fricatione uaporemus: sudantia citius detergamus: linguæ asperitatem uel ariditatem spongia infusa aqua calida humectemus. Nam sæpe faucium * siccitate præfocationis* imitamur effectum. Tunc oculos lemis obsitos, uel lachrymantes spongia uaporabimus, atq; ita *mersos excitamus. Calidus etenim tactus habet quoddam resumptionis illatæ leuamen. At si pressura perseuerauerit etiam dimißionis tempore, & propterea cibi dandi difficultas occurrerit, oportet ægrotantem in pressura excitari, donec sentiat: tunc priusquã rursum demergatur, destillandum ex cochleari sorbile quiddam faucibus, atq; manu mẽtum quod laxius, propendet, subleuãdum, ut infusa, priusquã in somnũ reuocentur, transuorent. At si forte *mutatio acceßionum atq; pressuræ fuerit facta, quod quidem raro contingit, ut in cõtinuationibus, cibi tempus oriente luce est aptius. Vtendum etiam spongiarum uaporationibus, & fomentis capitis, atque domestica molli, ac pensili gestatione. In declinatione uero certißima, uarius cibus

* hypochõdria
* siccitas
* imitatur
* demersos, id est sopitos
* remißio

bus dandus, & lauacrum, sine *uino adhibendum scilicet: in alia uero diatrito danda poma: tunc etiam uinum, quorum rationem ex his quæ in phreniticorum curatione sunt ordinata, accipienda dicimus. Tunc cerotarium scarificatis partibus apponemus. Hæc est secundum Methodicos lethargorum curatio. Antiquorum uero Hippocrates, & Erasistratus, & Herophilus huius passionis curationem non posuerunt: sed Serapion Empiricus in primo libro, quæ ad sectas scribit obscura nimium, atque pauca ordinauit, quorum nihil est dignum enarrare. * vini potu

Ad Dioclem. Cap. VII.

DIocles libro quo de passionibus atque causis earum, & curationibus scripsit, prohibet demergi lethargos, acutissimis utens potionibus, atque iugiter corpus defricat, adhibens etiam sternutamenta, quæ græci ptarmica uocauerunt: & neque manifestans, quas uocat acutas potiones, utrum in qualitate acutas, ut est acetum, an officio usus, ut est celerrima transuoratio: sed* utrum elegerit, malè dictum est. *Alterū enim densat corpus strictura laborās, *alterū inflat. Itē sternutamēta corpus uehemēti motu concutiuut: & magis membranas capitis in tumore cōstitutas iugiter excitare, sine dubio asperatio passionis est. Peccatur etiā grauius sine ullo adiutorio caput relinquendo, in quo secundum ipsum passionis est causa. * vtrumlibet * quod acutum est * celerrima transuoratio

Ad Praxagoram. Cap. VIII.

PRaxagoras secundo libro de curationibus, in sorbilibus cibis, hoc est ptisanæ succis, semper, inquit, ægros, oporteret seruari. Cum non semper hoc conueniat, quando declinationis tempore, oportet uaria ciborū resumptione uires reparari, nō tunc

uti succo ptisanæ, sed ipsa potius. Ille enim & corrumpi facilius, & inflare perspicitur. Deinde clysterem iubet adhiberi: & non, inquit, metuendum si remanserit, non redditus. Erat hoc ueræ rationis, nisi esset uirtutis acrioris. Sed quia est acerrimæ, atque mordicantis qualitatis iuxta ueterum consuetudinem, quomodo sperandum est non grauius nocere quanto plus fuerit tumentibus partibus * immoratum? Dat etiam meracum bibere, acetum cum melle, & piperis modica quantitate, uel pro uino, absinthium, dicens latere ignaros uini dationem: & fomentum adhibet pedum. Sed ex his omnibus nihil sperandum est utile, sed magis incendia uiscerum altiorum, & uelutι putredines tumentium membranarũ ob nimietatem feruoris. Non enim cùm acriora collyria tumentes oculos in dolores atque lachrymas plurimas cogere uideamus, membranas quoque cerebri delicatas atque faciles ad iniuriam ob naturam sui tumentes paßionis causa minimè ex supradictis inuri * credere potest, cùm singula igneæ uirtutis esse monstrentur. Item meracum, inquit, hoc est ultra moderationem temperamenti commixtum acetum cum melle * dari, & * appellauit oxymeli. Nec tamen manifestauit quid sit ultra modum temperamenti * mittendum, utrum ne mel debeat superare, an acetum: non enim adiecit aquam quoque miscendam. Dehinc quam similitudinem potest absinthium habere cum uino, ut in eius uicem dandum iusserit, cùm sit & hoc generaliter acre, atque densibile? Vinum uerò omnibus ante declinationem ægritudinis aduersum est, & magis lethargis ob nimiam uehementiam paßionis: immoderatè uerò, ut ipse uoluit meracum, etiam sanos * demergit. Ridendum

* immoratus
* credi
* dat
* appellat
* miscere
* in soporem compellit.

dum præterea quòd caput patiens incuratum relinquendum putat, & fomẽtum pedibus adhibendum, per uenas eorum auertendæ materiæ traductus ut fiat.

Ad Asclepiadem & Themisonem, & Heraclidem Tarentinum. Cap IX.

*Asclepiades primo libro de acutis passionibus scribens, multa, inquit, adhibenda lethargis, quæ phreneticis sunt ordinata. Nititur etiam iugiter demersos excitare sternutamentis, & odoramentis castorei, rutæ & aceti, & spondylio, & conyra, & agno, herbis, baccis etiam lauri, uel communiter, inquit, *omne quod tenuare atq; mouere uehementer membranas ualent cerebri.* * omnibus quæ *Iubet etiam ea adhiberi quæ epilepticis, uel matrice præfocatis adhibuit odoranda, hoc est lanam, uel capillos, aut cerui cornu, uel galbanum carbonibus imposita: & omnia quæ caput grauare ualent, uel iniucunda sunt odoranti. Omnium inquit præstantius, atque operantius esse sinapi tritum cum aceto admixto, atque hinc caput cataplasmandum, & dandum manibus, quod excitet ægrotantem. Potum dat bis in die, uel ter, & ueniente nocte offert tanquam phreneticis uinum, uel eo audacius. Etenim, inquit, accedere ex uino furor in phreneticis potest, in lethargis uerò nunquam. Siquidem * sint omnes sensus* * sunt *apprehensi, atque mentis uigor oppressus: ex quibus apparet peius eum* à phreneticis lethargum cæca curatione uexare.* * quàm phreneticos *Etenim noxium atque perniciosum est iugiter eos excitare, sicut suprà diximus. Multò autem grauius non communibus remediis hoc facere, sed, ut ille putat, sternutamentis immoderatè mouentibus, atque dissecãtibus corpus, & magis cerebri membranam in tumore constitutam. Si enim pedes quanquam*

quam sint hebetudine fortes, in tumore constituti paruo deambulationis motu facilè uexantur, atq; ob hanc iniuriam in augmenta tumoris ueniunt, quomodo non membranæ cerebri in tumore constitutæ, atq; uiarum densitate constrictæ, magis posse * moueri creduntur? Dehinc perseuerare magis in sternutamenti usu iubet, ut scilicet ita fortè conuenire * uideatur, tanquam in chronicis paßionibus, commoderatione interea ceßãte, noxius atq; uexabilis esse probetur. Extendit etiã peccatũ odoramentis ex castoreo, atq; aceto, & ruta, & spondylio atq; agno herbis, & lauri baccis, & conyza. Etenim acetũ acre manifestè probatur & quod ualeat membranã inurendo uexare, cum laxamẽto, nõ cõstrictione indigeat: alia quoq; graueolentia, & quæ pressurã faciant non solùm demersis, uerumetiã rectè ualentibus, improbantur. Hæc peccanter ex epilepticorum curatione, atq; præfocationis matricis transferenda iußit, cùm constet etiam in ipsis adhiberi non oportere sinapi, etiam si chronicas paßiones quadam *corporis nouatione [a] excludit. acutas autem uel celeres * prouocans, in magnitudinem tollit. Omnis enim acrimonia tumoribus incongrua. Nam & * temporaliter quidem æger omnis tanquã adustus igne [b] consurget, sed rursum grauius opprimetur. Oportet etiam secundum eius præcepta manente capillatura aliquod cataplasma apponere. Et propterea non parui temporis * uexatione membranam afficere. Nam tonsuram noxiam phreneticis probat. His etiam lethargos similiter curandos existimat, quo fit ut etiam in ipsis tonsuram prohibuisse uideatur. Non enim in illis materiæ post tonsuram ascensus uexabiliter caput poterit onerare, in lethargis uerò id minimè facere: quæ si tanquam

* uexari
* usus Ptarmici
* recorporatione: μετασυγκρίσει.
¶ a sanat
* irritãs acribus
* in aliquod temporis spatium
¶ b excitabitur
* quam affert madida, & cataplasmate onusta coma.

tanquam uexabilis, excludenda est, multò magis sinapi excludendum. Adducit enim ad semet materiam, sicut inflatæ, atque in ruborem deductæ eius appositione partes demonstrant, eámque adductam tenendo cogit, & uiarum perficit densitatem. Dehinc odore penetrando membranas inurit, & tanquam acre collyrium oculos, sic * mentes inflammat. Quomodo etiam fricare * manibus sinapi lethargos potest, cum sensibus ac mente captus esse uideatur. * Atque ita odoramentorum tempus tacuit, & solam materiam nominauit. Hoc quidem etiam de dando potu fecisse perspicitur, * dicens: quoties detur temporum tacita disciplina: uinum etiam lethargis est incongruum nulla declinatione paßionis firmata. * Simile est enim ebrios ac uinolentia madentes uino oportere uti, tanquam congruè superdato, in quibus periculum * spasmi fore nemo sapiens negat. At uerò iste importunius lethargis * probandum existimat, sperans uini furorem sub oppreßione paßionis posse latere: * uehementer enim curandum putat occultare noxia quàm * prohiberi. Miseriores igitur lethargis phrenetici iudicandi, & experimentorum probationi subiecti. Nanque etiam in lethargis demersionis aucta uexatio ex uini efficitur potu. Siquidem spiratio alia, ac * cōductus corporis, atque raptus aduenit, & celerrimè mortis sequitur effectus. * Themison libris acutarum uel celerum paßionum rectè cætera ordinauit, sed iubet obscuro in loco haberi lethargos. Etenim, inquit, lux apta non est: siquidem mouet atque turbat corpora, & non sufficiunt spiramenta turbationi commotæ congruam exhalationem præbere: quapropter etiam sani in luce dormientes grauantur, quorum maximè hi qui

* membranas
* manibus lethargici dare sinapi.
* Præterea
* quando & quoties
* Quemadmodum quiebriis iam altū dormientibus vinum præterea dat, eis somnū profundiorem cōciliat: sic qui lethargico vaporis & humoris copia sopito & oppreßo, vinum quod caput tentat, & in vapores dissoluitur, præbet, eum magis grauat, & obruit.
* è plenitudine
* dandum
* vehemētius
* prohibere
* conuulsio
* Cōtra Themisonem

qui sub sole dormierunt uexari noscuntur, non aduertens quòd omnis tenebrosus aër constringit. Lethargica autem paßio nullo alio magis quàm strictura cognoscitur, quam necesse est augeri * ob solis densitatē. Sub sole autem dormientes grauari etiam nos asserimus, sed ob contrarietatem * afficientium causarum. Lux enim solis, atque * uapor, relaxat: econtrario, somnus astringit. Dehinc lethargia grauis atque perniciosa esse paßio perspicitur. Somnus autem * naturale est officium. Item sol grauat caput: lux autem quam lethargicis adhibemus tectorum sub tegmine, nullo * uapore lucifici solis * augetur, neque splendore radiorum perfusum corpus grauiter afficit ægrotantis. Iubet etiam parua per interualla eorum faucibus insinuari liquorem, quod præter tempus faciens ardorem illum, cuius causa id adhiberi existimat, augere potius quàm minuere uidetur. At si uenter strictus fuerit, aloes iubet dari appensum triobolon, hoc est, dimidiam drachmam, cum aqua ante cibum, ac id prodesse inquit, prius quàm paßio augeatur. Siquidem multa quæ ad caput ex corpore concurrunt, * detrahentur. Soranus uerò qui normarum regulis methodum restituit, noxiam esse inquit istiusmodi potionem. Forsitan enim ob nimiam stricturam retinetur, & non solùm nihil egerit, uerumetiam ipsa remanet. Credibile autem ad eius * pigmenti in stomacho effectum sensum, accurrere materiam, ac deinde ad membranas & caput recurrere, quod per uias stomacho uicinum est, & ad rapienda quæ sunt summa facultate, aptißimum, ob tumoris feruorem. Dehinc grauius augeri peccatum uidemus, cùm ante cibum hoc medicamen dari iubet. Adiectus enim cibus necessariò corrumpitur, manente adhuc

* obscuri loci
* efficientium
* tepor
* naturæ grata & amica quies
* tepore
* agitur
* detrahuntur
* medicamenti

adhuc in * ore aloe. Corruptio autem cibi uexat ea * quæ se circumplexa sunt. Attrahens deinde materiam à capite, attrahit etiam eius nutrimentum. Non enim ratione quadam tacita, ueluti animal sentiens, poterit medicamen * animalia relinquere, & ab his quæ contra naturam sunt ac detrahenda, separare. Nutrimenta igitur propria deperdere dubium non est, * cum ui medicaminis detrahuntur. Post tertium diem sternutamento utitur, cum ipse prohibuerit lucido in loco ægrotos iacere, siquidem mouentur atque turbantur liquida & spiritus: sed utique multo uehementius sternutamenta commouere posse perspicimus. Dehinc post quatuor inquit, uel quinque dies, declinante accessione, si nihil obstiterit, ultra muros producendus ægrotans, & usq; ad uiginti, uel tringinta stadia gestatione mouendus. Quo tempore excitare etiam cōuenit, atq; sternutamento, & aceti cum sinapi odoramento uti, uel cataplasmatibus, & hoc per totam passionem faciendum probat. Sed omnino lucem inquit, *recusandum, tanquam commobilem corporis, cum sit grauior in sinapi uel gestationis motu, commotio. Iners etiam atq; uana * intentio, dierum numerus, atq; modus stadiorum, circa gestationem adhibēdam. Addo etiam immodicum motum esse stadiorum triginta periclitanti. Quòd etiam * considerans sinapi probauerit adhibendum, ratione caret. Vtrum ne quia * tumorem senserit * in membrana? sed hæc acrimonia necessario densatur: an uerò sensuum torpentium mouendorum causa? sed iandudum lucem ne commoueat, recusauit. Postea inquit, radendum sequenti die, duabus ante accessionē horis, seruatis cataplasmatibus ex pane & * aqua & oleo rosaceo, & lini semine, cū posca,

* corpore
* vtilia
* quia
* recusandam
* animaduersio, præscriptio
* odoramentū ex
* qui relaxandus sit.
* iam
* ex sequentibus legendum uidetur, Alica.

uel polenta cũ fœnugræco, & aqua mulsa, usum dissimilium cataplasmatum permiscens. Etenim mulsum atque fœnugræcum relaxant atque mitigant tumentia: oleum uerò rosaceum, atque acetum, uel alica cõstringunt. Et propterea in augmento tumores supertendunt. Intemporaliter etiam utitur cataplasmatibus, quum ante duas horas accessionis uenturæ adhiberi iubet, & sit eo tempore requies adhibenda. Dehinc, inquit, si uehementer fuerit oppressus ægrotans, ut neque* dimissionis tempore eum ualeamus excitare, si præcordia mollia senserimus, atque uocem non ita obtusam, fricationibus corpus calefaciemus. Tunc frigida caput fomentamus coaceruatim, atq; iugiter, & quodam percussu, ut altius * à capite demissa ueniant fomenta. Tunc ad balnea ægrotantem ducemus, ut densitatem frigoris relaxemus.* Hoc igitur uexatio perdendæ salutis* magnitudinem uehementer excedit. Quod enim passio crescere facit (hoc est torporem sensuum) hoc etiam frigida fomentatio cogit augeri, quò fiet ut si fortè tẽporaliter quisquã ægrotantium, raptu quodã* erroris frigidæ excitetur, uehemẽtius tamẽ accessionis tẽpore opprimatur, sicut & ipse eodẽ in libro nescius cõfitetur. Dehinc affectans stationẽ sensuũ emouere fomento frigidæ, uidendum est, utrũ ne in accessione id fieri eligat, aut* in dimissione. Sed si in augmẽto, contrariũ & aduersum est etiã naturale lauacrũ. Sin uerò dimissionis tẽpore feriũtur ea quæ dimissionis ratione indulgẽtia[a] quadã tenues uias *agnouerant. Præterea post frigidã allutionem, balneum sanos quoque incõmodat, implendo caput. Quid igitur prodest frigidæ ablutio quæ stationem atque torporem uiarum excludere putatur, si necessario magis

* remissionis
* quàm caput est
* Hæc
* aptitudine vehemẽti procedit.
* torporis frigida
* remissione
¶ a laxamẽto
* reserauerãt.

magis densitas acquisita ægrotantem opprimere perspicitur? Ita corpuscula quorum statione uiarum obtrusionem factam existimat, facile utique transire uel resilire possunt, si capacitas exitum dederit, in quam uenisse, uel ex qua exisse uidentur. Huic autem rei perficiendæ frigida repugnat: densat enim atq; conducit uias. Fatetur sane neque se hoc uti adiutorio, cum sit aliud melius: quãquam nominare quod* sit, metuat. Etenim inimicũ, & neq; ipsius dogmati cõueniens esse probatur. Heraclides Tarentinus primo libro de internis paßionibus proponens lethargos fieri multitudine cruditatis, & craßitudine humoris, adhibet clysteres: quibus etiam admiscet aquam, in qua centaurium fuerit decoctum, uel absinthium. Dat etiam* bibere castoreum, & aquam salsam, & epithymum: ac os ægrotantium distendens sensim, hæc infundit guttatim, quæ in os labuntur, decurrentia. Caput autem posca fouet, in qua fuerit laurus decocta, & ruta: *raris quoque capillis ungit castoreo, uel spondylio & aceto, cum oleo ueteri, & ex pollinibus adhibet cataplasma quod appellamus * omen lysin, ex posca, & absintio, & nitro: uel cantabro ex aceto. Dehinc sinapi cum aceto, & fico: & iisdem clysteribus post rasuram capitis utitur. Dat etiam & *radices mastican das: ac ex sinapi, uel pipere, apophlegmatismum prouocat. Vtitur etiam balanis, si clystere uentrem mouere non ualuerit, & omne corpus aceto & oleo perungi iubet, sternutamentis commouet: & odoramentis castorei, & spondylij, ex aceto acri resolutis. Sed si ex humorum acrimonia fuerit ægritudo confecta, aquam dulcem potare ægrum iubet, ac deinde uinum. Post hæc, acetum cũ melle, ob uirium tutelam

* melius illud. sub.

* bibendum

* rasis

* Cataplasma ὠμὴ λυσὶς

* struthium

adhibendā probat. Tunc uiſcellum tenue dat anſeris, uel perdicis, aut gallinæ & per profectū, oryzæ ſuccum, uel ptiſanæ ex ordeo: tunc panem cum* radicibus fluxis ac mollibus: uel cappare, dehinc cum piſciculis: ſic enim quaſi acceptis his lethargicos iuuandos exiſtimat, cum omnimodo tumētia acrioribus uirtutibus accenſa grauentur, hoc eſt clyſteribus ſupradictis, atq; potionibus, & infuſionibus, & perunctionibus, & odoramentis, & fomentis, & apoph legmatiſmis, & uini dationibus intemporalibus, & cibis acrioribus, & indigeſtibilibus, & radicibus, & cappare, & uiſcello innutribili, atq; corruptibili. In quos errores ceciderit nobilis uidelicet empiricus, claret, cum liquidarum * materiarum cauſas attendit, & neq; tempora, neque quantitatis modum dare perſpexit, ſine quibus ſolas materias nominauit, non adiutoria conſtituit. Alia quoque multa* uaria opinatione cōpoſuit, quæ non* imprincipaliter dicenda ſuſcepit, ſed expugnanda, quæ ab aliis poſita uidebantur adiecit. Quæ propter faſtidium prolixitatis tacenda melius exiſtimo: quippe cum ex his quæ narrabimus, prætermiſſorum coniici * uarietas poſsit.

* radiculæ, qui cibus acrior eſt detergendæ pituitæ, ac incidendæ conueniens.

* nutrimenti & remediorū

* ex aliorum iudicio

* is principaliter.

* veritas

De apprehenſione vel oppreſsis, quos Græci cataleptos appellant. Cap. x.

VIcina atque ſimilis eſt lethargiæ paſsio, quam Græci catalepſin appellant, nos apprehenſionem uel oppreſsionem uocare poterimus, de qua nunc dicemus. Nomen igitur ab accidenti ſumpſit, ſed Hippocrates libro ſuo* ſententiarum, & Diocles libro prognoſtico hanc paſsionem aphoniam * appellauit. Praxagoras ſecundo libro peregrinarum paſsionum

* Aphor. lib. 5. & Aph. 5.

* vocat & ἀφωνίαν lib. 4. de vict. rat. in morb. acut. his verbis. Quod autem repente obmuteſcat id venarum interceptiones faciunt, &c.

coma

cωmatωden appellauit. Item Antigenes Cleophantinus libro quẽ de febribus & tumoribus scripsit, anaudiam uocauit. Asclepiades libro quem de periodicis febribus scripsit, catalepsin appellauit, atq; in ea plenũ corpus* scripturæ, composuit: quo constat non errasse Philippum libro quo de ipsa passione scripsit, appellans cathocham, hoc modo: passionem, inquit quam appellamus cathocham. Veteres etiam medici hanc passionem non tacuerunt, sed facilè, sicuti etiam nunc plurimi, lethargiam esse senserunt. Alij horum successores pauci quidem Asclepiadis sectatores, hanc passionem à lethargo discreuerunt, & nomine adiecto catalepsim uocauerunt, nihil quidem ei nouitatis ascribentes, quod proprium passionis uideretur, sed omnia communia quæ etiam de lethargo dixerunt. Sed neque alius quisquam hanc passionem cognouit usque ad Methodicorum tempora. Nam ex nostris primus [a] Magnus eius argumenta constituit, atque mox Agathinus, dehinc Archigenes, qui plurimum passionem à cæteris discernendo separauit. Sed neque proprium nomen passioni omnes unum posuerunt. Praxagoras eam* cathoden appellauit. Neque si quisquam nomen passionis dedit primus, etiam eius signa rectè agnouisse probatur. Neque Asclepiadis sectatores soli catalepsin uocauerunt, uerum etiam & ipse Asclepiades aliam dixit esse passionem, quam lethargiam: sed cum hoc solum præciperet, nouum non dedit nomen. Nunc ne supradicta omnia simplicia atque nuda posuisse uideamur ipsas quoque significationes singulorum prosequemur. Hippocrates ait repente uoce captos quos aphonos appellauit, fieri uenarum causa, quum * spiritum sumpserint.

* stricturæ esse posuit: Alij plenum corpus & cum strictura

¶ a A Chrysippo eam memoratam, & de illa conscriptum librum à Nicerato fuisse, hic autor prodit cap. 5. li. 2. Chronωn.

* cωmatωden

* spiritus interceptus fuerit.

* prosequũtur

Multos denique talia * prosequentur, rubor uultus, atq; oculorum statio sine ulla palpebratione: manuum neglecta atq; distensa abiectio: dentium stridor: & membrorum saltus, ac musculorum, quibus buccæ colligantur, conductio, quos appellant siagonitas, articulorum frigus, quum spiritus inuaserit uenas. Diocles ait, *defectiuas febres tutas, atq; innoxias esse frequẽtius, quàm sunt continuæ, quanquam & in his periclitentur, qui in accessionibus apprehensi conticescunt, uel raptu quodam alterno per membra tentãtur, cum suprà dictis signis: quod sæpe (inquit) est accidens pueris. Item Praxagoras ait esse quasdam febres ex anno duodecimo usq; ad sextũdecimum uel septimundecimum, quæ quadam priuata pernicie mortis habeant effectum: atq; id in seruis magis quam in liberis euenire: sed excesso dierum numero passiones fiant, catochæ uehementes, ut etiam uoce capiantur ægrotantes. Horum aliquos etiam * lethargos fieri. Denique inquit, de catocha passione quidam liberati, ac deinde sanctitati creduli, plurimum quicquam sumentes, repente in mortem uenerunt. Hos denique plurimus modo sequitur somnus, atque febrium instauratio, & cætera quæ corpus passione * habitari demonstrent. Item Archigenes ait esse difficiles etiam periodicos typos, horum difficioliores esse tertianos, in quibus quotidianæ accessiones fiãt, sed alterna diei interpositione, *suæ similitudini respondeant, quando in accessione uehemens occurrerit oppressio, * & appellauit rhigos. Difficilis inquit etiamsi quotidianis diebus accessiones sibi similes fiant, & in accessione ægrotantes supra dicta patiantur. Dehinc progrediens paululum idem dixit periodicos typos non esse perni

* intermitẽtes

* lethargicos

* haberi

* sibi similitudine

* quam: uelut paulo post quod

perniciosos, sicut supra dictum est, sed horum esse molestos, quibus accessionis tempore pressuræ uehementes adueniunt, & quodam* nubilo corpus demergitur, quod item rhigos uocauit. sed hoc, inquit, est accidens magis tertianis, aliquando etiam quotidianis, qui similibus respondeant accessionibus. Item Asclepiades ait quotidianum perseuerantem non sine periculo esse, atque multos ex eo in aliũ morbum induci, hoc est, corporis* defluxionẽ, aut hydropen uenire, & quicquid potest per corporis debilitatem accedere. Apud Rhomam uero inquit frequentare aduertimus has febres cum corporis atq; mentis oppreßione, in similitudine lethargiæ quæ secundo uel tertio in statu accessionis constitutæ statim recalefacto corpore, uel cessante uehementia, in resumptionem atq; resurrectionem mediocrẽ reuocant ægrotantes. At si leui* figmento cessauerint, semel apprehenso ægro nullam resurrectionem dabũt, sed in sudores, & respirationem celerem, in pulsum febricitãtem desinunt, ac occidũt. Item similia de his scribit, & non semel, sed frequenter, dicens certa ratione mentis apprehensionem typorum in accessionibus fieri, atque hoc apud Rhomam frequentare, dans etiam causas, quibus hæc singula fiant. Item Chrysippus particulariter signa paßionis percurrit futuræ, & præsentis, uel in peius euntis. Discernit etiam ab lethargo & alia plurima, & uaria digerit. Quibus ita se habentibus, erit indignum tanta dissensione conscriptæ paßionis eorum cuiquam ascribere firmitatem, quippe cum cæterarum etiam paßionum omnibus cognitarum aliqui plurima accidentia atque signa, aliqui pauca conscripserint, nec quisquã uera significatione hãc finierit. Hæc sunt quæ

* somno

* colliquationem, tabem.

* non re vera, sed in speciem tantum.

propter eos qui specialiter istā passionem [a] perniciosam dixerūt ponēda credidimus: quod etiamsi lateret in certis corporis partibus, periculū* methodicis afferebat, qui generalibus cōgruas passionibus posuerunt curationes, etiam quibus particulariter latentia curentur. Sciendum igitur quia hæc passio ex iisdem caussis antecedentibus fit, quibus aliæ quoq; passiones efficiuntur, indigestione, uinolentia, carnali cibo, & horū similibus rebus,* cuius hæc sunt quæ nostra mediocritas latinizanda existimauit, se uidisse plurimos memorat ex intemporali cibo uel plurimo Persicorum, ista oppressos passione, sed non inquit * necessariam precedentium causarum differentiam in curationibus præuidere. Siquidem præsentia* sint à methodicis intuenda: sic etiam* super dicit temporis attendere frequentiam, quòd autumni tempore hæc passio magis irruat corporibus, atq; in puerilib. frequenter ætatibus. Item sexus causa mulieribus, & humorosis, & uacuis corporibus, & edacibus hominibus, uel post ægritudinem resumptionis tempore inordinate atq; impatienter agētibus. Præterea* omni febriculæ hæc passio irruere potest, siue continuis, siue dimissionibus intercapedinatis: hemitritaicis etiam febribus, uel quotidianis, & tertianis, & quartanis, quanquam rara atque fræquens secundū febrium fiat qualitatem. Hinc etiam grauis uel leuis pro earum magnitudine fieri intelligitur: frequentius tamen quotidianis accessionibus, uel tertianis ægrotantes ista passione afficiuntur [b] & propterea diuturnis accessionibus admoniti tertianis similitudinem seruant ad typum quotidianum: sed omnium earum febrium grauius, quoties cum articulorum frigido torpore fuerit *qualitas: leuius, quoties tremo

¶ a quoniam eius priuata natura & vt solet autor dicere, specialis proprietas non cognoscatur, nec sciant medici quam potissimum corporis partem occupet.

* tamen nullū Methodicis afferret.

* Soranus cuius &c. vt suprà pag. 66.

* necessarium

* sunt

* insuper dicit oportere temporis.

* omnibus febriculis

¶ b & præterea diuturnis accessionib. in geminatis tertianis, quæ.

* inæqualitas

tremore ægrotãtes afficiuntur. Itẽ magis ac magis, sed
leuius, quoties sine his quæ supra diximus, solo feruo-
re initium febres accipiunt. Sequentur autem eos qui
in passionem uenire* meditantur alia communia cum *periclitantur
lethargo, ut segnities & tardus corporis motus: uel
nulla querela ex his quæ ægrotantes afficiunt, hoc est
tacita sui laboris relatio, & ueluti somnus ultra modũ
prolixus uel grauis, itẽ alloquẽtibus nobis* eius tarda *ægri
respõsio. Propria autẽ sunt quæ in propriã passionem
uenturi patiuntur, ut est genarũ rubor plurimus, sine
febriũ leuigatione: saliuarum fluor: pulsus erectio at-
que plenitudo: uentris retentio, aut coaceruata atque
fluxa effusio. Eos uero qui* sint in passione iam con- *sunt
stituti, sequitur schema iacendi iugiter supinum: colli
distentio: genarum rubor: febris: uocis amputatio: sen-
suum torpor, atque hebetudo: palpebrarum* distãtia: *instantia
& infixa atque immobilis intentio luminũ, tanquam
quicquam intento obtutu aspicere [c] cupientium: aut ¶ c Quidam legunt: cupientium, vt boum ceruicis repentino ictu cadentium.
boum ceruicis repentino motu cadentium. Sequitur
etiam lachrymatio tanquam sentientium, atque dolen
tium: *saltus latenter commouens musculos, qui buc-
cas colligãt, quos siagonitas appellant.* Mouens etiã
labia, & supercilia, & digitos, atque manus: singul- *palpitatio
tus creber, ac resonans: pulsus celsior, humectus, ple- *mouet & is
nus: uehemens retentio uentris, & neq; extenta re-
colligunt membra, neq; conducta distendunt. Ventris
inflatio aliquibus tanquam ex uento magis ac magis
circa stomachi* sensionẽ: aliquibus tanquam ex humo *insertionem
re, uel cibo, cum sonitu intestinorum. Dentium* cõcu- *collisus
bitus, hoc est confixio uehemens: Aliquando etiã stri-
dor, & cum statũ sumpserit accessio, horum* recessus *discessus
adeo, ut sit quædam interiecta distantia. Oris hiscens

atq; *dimissa hebetudo,*cum plurimum saliuarũ fluore per eius obliqua foras decurrit,nunc *atteſtãte sonitu trasuoratur.* Discurrit etiam si quid fuerit liquoris infusum,aut inuito ægrotante*percipitur. Itẽ labia sæpißime conducentes,contrahentésq; , & tanquam in mœstitudine constituti, suspirant. Atq; ita si ante oculos eorum quisquam digitos circum moueat, palpebrant ægrotantes,& suo obtutu manuum traiectionem sequuntur: Vel si quicquam*profecerint,etiã toto obtutu conuerso attendunt:& inclamati , respicientes lachrymãtur,nihil dicentes,sed uolentium respondere uultum simulantes, odoramentis admotis iucundis delectantur , atque iugi adducto spiramento. Odoribus autem tetris delectationem non accommodant sed auersa uoluntate eorũ fugiunt putorem:dulcia atque amara sentiunt, si eorum linguæ fuerint admota. Item perpuncti sentiunt , uel si eorum manum quis extenderit,hanc recolligunt: uel laceßiti horrescunt:& eorũ uultus in ruborem*florescit.Cũ sudore sæpius plurimo,atq; feruẽti, & in dimißione,synceritati propinquãtes rursum*admonẽtur. At si ad peiora paßio fuerit deuoluta,feruor plurimus corporis in superficie,magis sentitur spiratio : oculorum conuersio : menti* quoq; fixa conditio:manuum contractus, & musculorum qui buccas colligant, tanquam ridentium:sudor igneus,& quibusdam in thorace atq; uultu emergentes discolores , uel* stantes in rotunditate *maculæ , in similitudinem scatebrarum corporis, *quos Græci ionthos uocant,* & è magnitudine repentinus uirium casus: * gutturis stridor, quem Græci rhogmon uocant: torpor frigidus : * albidus uultus , & in ultimo*effatio,atque uitæ periculum. Alij

uero

* remissa
* qua
* adstante
* hac illac diffluit
* accipitur
* si melius habeant.
* effloreſcit.
* morbo tentãtur,& præhenduntur.
* quoque pectori affixi conductio
* extantes
* τὰ ἐξανθήματα.
* quas
* & ex affectus
* gutturis stridor ac sonitus sibilans ῥογμὸς arabes uocant oregmo na.
* pallidus
* suffocatio

uerò in phreneticã,aut lethargicã paßionẽ reciderũt, ficuti & ipsæ paßiones in semet per temporũ motum uenire consueuerũt. His igitur qui in phreneticã paßionẽ ex ista deueniũt,pulsus sensim minuitur,atq; dẽsatur: & oculorũ fixus obtutus mutatur, atq; mobilis efficitur: leuiter etiã tanquã in somno,murmurãtes,nõ recta secũ loquuntur: & incerto motu,atq; tardo,suas transferũt manus,uel digitos cõplicant. Qui autem in lethargicã paßionem deueniũt, inani afficiũtur pulsu, atq; tardo,& eorũ palpebræ cõducũtur,& in torpore sensuum,uel hebetudine perseuerãt. Qui autem in declinationem paßionis deueniũt,plurima,uel parua accidente humiditate releuantur, quibusdam accedentibus quoq; aliis signis. Nam plerisq; plurimo per intestina exeunte uento, uel mucilento humore, * ut stertore,uentris subsedit inflatio: alij uerò humore plurimo,atque crasso, * profecta dentium distantia ex ore detracto, loquuti sunt: & alij * sapientes quidem, sed concisis sermonibus loquuntur, alij iugibus. Propriè igitur paßionem suprà dictam,hoc est,catalepticã,siue catocham,ut Græci appellant,designant febres acutæ: uocis silentium: sensuum hebetudo: pulsus magnus,ac uehemens,& plenus,& humectus: oculorum stans atque fixus obtutus. Est autem paßio celeris,atque acuta,etiamsi in chronias *uenerit febres. & est magna: atq; strictura & raptu corporis, quẽ Græci spasmon uocãt,fieri perspicitur,nisi per immodicũ fluxũ *diaphoreticus, tanquã in cardiacis, fuerit effectus. Huic igitur similis est lethargia,apoplexia,stomachica paßio,in febribus uocis *ingerẽs silentium: Itẽ animi defectio per nimiã ieiunitatem: & matricis præfocatio, & *lũbribis uocis depreßio,de qua capite de lũbricis scribentes

* aut

* perfecta

* sapiunt

* etiã si à diuturna febre excitetur.

* spasmus,quẽ ex inanitione factũ dicimus.

* ingens, ἀφωνία, ἀναυδία.

* & ex lumbricis

scribentes memorabimus: de aliis uerò leuiter, atque coactè nunc discretionem ponemus. Nanque lethargicis maior quidem pulsus, sed tardus, atque inanis inuenitur, & palpebrarum conclusio. Catalepticis autem pulsus maior, sed plenus, atque celer, & uehemens inuenitur, palpebrarum *attestante distantia. Item apoplecticis paruus, celerrimus, durus, ac sine febribus pulsus inuenitur. Siquidē hæc repentè *accidant. Item stomachicis qui *nimietate etiam uoce capiuntur, pulsus paruus, & imbecillis inuenitur cum stomachi *solutione, uel tumore manifestius apparente, & frigido torpore, qui sequitur post oppreßionem factam, & non antecedenti *febricula cucurrit, sicut in catalepticis. Item stomachici intelliguntur ex eo quòd iam frequenter fuerint admoniti paßione, & propterea typorum tenuerunt tarditatē, quibus acceßiones longo interuallo respondent. Item à ieiunitate, uel *abstinentiæ defectu, siue ex capitis causa, quam Græci scotosin uocant, demersi ægri uidentur. Discernuntur autem hoc modo, quòd primùm oculos habent distentos, dentium *concadente iunctione: attestante pulsu paruo, atque imbecillo: ita ut aliquando interire uideantur cum frigido torpore. Sed hæc & citò *circūscribunt, & is qui patitur, facilè resurgit. Nam si perseuerauerint catalepticam paßionem designant. Item non aliter facilè sese resumere perspiciuntur, hi qui odore carbonum, uel unguentorum, sensuum oppreßione, uel torpore afficiuntur. Item matricis præfocatione oppressæ discernuntur, primò quòd ipsa matrix se sustollat, atque supra umbilicum, uel uentrem extās uideatur, antecedente querela earum partium, ante oppreßionis tempus. Aliquando etiam *longis atque solutis

*adstante

*accidunt.

*affectus vehementia

*exolutione

*febriculæ cō. currit.

*abstinentia, & cibi defectu

*coincidente

*circumscribuntur, id est finiunt.

*longis atque solitis.

*longis, id est, longo iā antea tempore inuadere consuetis.

ſolutis acceßionibus admoneri ægrotantes inueniuntur, cum pulſu paruo, celeri, imbecillo. His etiam collum latius fit, cum palpebrarum concluſione, atque frigido corporis torpore.* Ex duplici tertiana * cõfectis, in uehementiore acceßione ſimiliter alternis reſpondente diebus, * lethargica fuiſſe oppreßi paßione, & ueluti complexu earum fuiſſe, acceßionibus demonſtrando lethargicum ſimul atque catalepticum eſſe confirmat ægrotantem non aliter quàm ſunt ex typorum complexione in una atque eadem ægritudine *repentè. Hæc ſunt quæ in intelligenda paßione, atq; à ſimilibus diſcernenda poſuimus.

* At
* affecti
* lethargica ſimul & hac oppreßi paßione, ac veluti harũ complexu, quidam vi dentur, ſignorum & acceſſionis demonſtratione lethargicum ſimul & catalepticum ægrotantem eſſe cõfirmante, non aliter quàm ſunt typorum complexiones
* repertæ

Quomodo curandi ſunt hac paſsione laborantes. Cap. XI.

DEhinc ob curationem adhibendam, oportet ægrotantem iacere, ſicut ſtrictura laborantes ſæpe docuimus, adhibita abſtinentia, pro uirium qualitate, atque fomento ex oleo dulci, & calido capiti, & *medianis partibus: Sed prætactis mebris, quæ frigido *mortis torpore afficiuntur, calefactionibus etiam adhibitis, cum obuolutione, atque modica ſtrictione ex lanis effecta. Item ori, uel faucibus ſenſim infundendus humor, uel mulſum, illis temporibus quibus alias paſſiones curantes docuimus. Clyſter etiam ſimplex adhibendus, ſi uentris ceſſauerit officium. In declinatione uerò, uel dimißione, os ægrotantis ſenſim diſtendimus, atque hiſcere tentabimus. Aliis item dimißionibus cataplaſma mediis adhibemus partibus, & clunibus, ob abſtinentiam urinæ ſoluendam: item ceruici, uel maioribus neruis, quos tenontas appellant, & muſculis qui buccas colligant, quos * ſiagontas uocant. Iniectione *parua olei per clyſterem utimur, & cucurbitæ appoſitione

* ventri ac iliis
* motus
* ſiagonitas
* præterea

positione nunc simplici, nunc scarificatione adiecta, ob singultum & tumorem uentris atque stomachi*: Tunc uaporatione spongiarum, atque * cerotaria. Releuatis partibus mediis caput tondemus, cucurbitámque apponimus: quorum nihil in catalepticis * inuenitur. Præterea scarificamus occipitium, & tempora, uel cogentibus causis alia quoque capitis loca, si qua potuerint cucurbitæ appositionem accipere. * Tunc fomento utimur olei, atque * embasin toto adhibemus corpori, acopis etiam leuioribus utentes, quæ mitius neruorum faciant laxamentum. * Tunc post * punctionem, cibum damus declinationis tempore uarium, atque bibilem, ut ouum sorbile, cerebrum, olus quod non sit uirtutis acrioris, & magis nutribile. Dehinc adhibemus lauacrum sine ullo * cibo, qui in se habeat uini qualitatem. Tunc proficienti ægroto pomorum quicquã damus, ut ficum recentem, uel pyrum ex melle: tunc mulsum, uel aquam: atque completo sanitatis officio, & depulsis omnibus quæ paßionis recursum fore sollicitant, dabimus uinum tenue, * leue, sicut salutaribus præceptis docuimus.

* Tum
* cerotariis releuatis
* instituitur
* Tum
* insessum, solium, labrum
* Tum
* scarificationem
* vt ficu, pomis, vuis.
* lene

Quomodo aliarum sectarum principes istam curauerunt pasionem.

Cap. XII.

MVlti aliarum sectarum principes, quos inter Chrysippus scribens de catalepticis in ultima parte libri, ubi etiam catocham nominauit, in his qui mediocriter tardasse in * eadem paßione inueniuntur, acrioribus utitur unctionibus, ob stuporẽ articulorũ, uel tremorem, hoc est cyprino, admixto pipere, & nitro: & fomento ex aqua salsa, cõcoctis sulfure & bitumine: dehinc perũgit unctione, quã appellauit tripticen,

* hac

cen, quã conficiendã dixit ex calamo aromatico, schœno, cachry, pyrethro, irimo, manna, singulorũ partibus oleo admixtis, atq; contritis, sed hæc nos ob acrimoniã reprobamus. Siquidẽ *sit paßio celeris atq; acuta, etiã *si iandudũ tardãtibus atq; inueteratis febribus irruerit: quippe cùm chroniæ febres ista paßione necessariò in* superpositionem ueniant, quam Græcè epithesin uocant, quæ similis fit necessariò acutis paßionibus, & ob hoc mitigationem depo scit. Prohibemus etiam supradictis rationibus unctionem ex illo liquore articulis adhibendam, uel ex eo quicquam potandum, aut cibo admiscendum: item sternutamenta, uel rasuram capitis, aut articolorum sinapismum, aut supponenda podici acria collyria ob prouocandum uentrem, quæ appellauit balanos. Item diagridium, atque castoreum, & omnia grauabilia fomenta, ex quibus tumor magis augetur, & soporifera pressura geminatur. His etiam compeccauit Themison libris quos periodicos dixit, adhuc quidem in iuuentute constitutus: nec dum Asclepiades in libris suis eos discreuerat. Ait enim, si iam tardantibus atque insidentibus febribus apprehensiones, uel oppreßiones aduenerint sensuum, atque in acceßione uocis silentium fecerint, cæteris, ut suprà diximus, similiter adhibitis, ante acceßionem tribus, uel quatuor horis seruatis, si uenter non fluit, diagridij obolum cum tribus, uel quatuor obolis castorei dabimus cum aqua: occipitium atque tempora capitis inungentes thapsia, quam nos ferulaginem dicimus, aqua contrita, ut quendam sensum atque leuationem mediocrem per corporis faciat superficiem. Cibos etiam inquit dãdos solidiores, nisi præcordia fuerint in tumore cõstituta: quod si obstiterit

*est
* si cùm
* paroxysmũ, ac exacerbationem
Themison

ſtiterit,* bibulos dabimus cibos. Nec dum iſta quidem ait ſatis prouidens, quia etiam ſi in alits partibus tumores fuerint corporis, ſorbiles interea cibi conueniunt. Siquidem laxamentum paßio depoſcit, quam neceſſariò * accendet, atque erigit thapſia magnificum tumorem. Eſt etiam caſtoreum acre, inueteratæ qualitatis cauſa, ſicut omnis caro * repoſita. Prohibemus propterea ob dentium faciendam diſtantiam immittendos uiolenter cuneos. Etenim ex his commotæ partes atque quaſſatæ aſperāt tumentia. Quamobrem dentium * concaſus uehementior fiet, cùm magis ſit utile, ac neceſſarium in tenſione partibus conſtitutis, requiem adhibere, ut declinationis tempore, uel potius *dimißionibus, laxatis muſculis, ſine ulla ui digitis immißis dentium facilius diſtantiam faciamus. Nocent etiam* ſucci frigidi, ut hederæ, fomentati, atque capiti impoſiti. Etenim tumores conſtringunt, & paßionis aſperant motum. Et ſi qua his fuerint genere ſimilia, ſicuti in lethargicis contra ſectarū principes ſcribentes docuimus, prohibemus. Eſt autem improprium, atque loco carens * nimium frigidis uti fomentis, in declinationibus uerò calidis, atque feruentibus, iuſta imitatione recentium uulnerum. In his enim priuſquam tumor emerſerit, frigida probantur. Sed omnis ſenſuum preſſura, uel * apprehenſio in iſta paßione tumoris eſſe perſpicitur: * uel hoc præcedentes ſuper fieri. Hæc ſunt quæ de catalepticis ſua * potentia Soranus ordinauit.

* bibiles, vt ſupra
* accēdit thapſia, vt quæ erigat
* putris, & diu ſeruata
* colliſus
* demißionis
* ineptum eſt aut dicere, aut putare, hederæ ſuccum frigidum eſſe.
* initio
* oppreßio
* & hoc (ſub. tumore) præcedente ſuperſit.
* experientia

De pleuritica paſsione. Cap. XIII.

PLeuritis à parte corporis quæ magis patitur, nomen ſumpſit. Latus enim ipſa paßione uexatur, quod Græci pleuron uocauerunt: fit autem ex uariis ante ceden

antecedentibus causis, ut cæteræ paßiones: magis tamen profunda perfrictione, aut uinolentia, aut usu uenereo, plurimo nimis potu, indigestione continua, aut percussu uehementi, aut ponderis magna subuectione, uel cursu uehementi: sed neque secundum has differentias differens erit adhibenda curatio. Vna est enim atq; eadem paßio, ex qualibet ueniens causa, quæ una atque eadem indiget curatione. Hanc definiens primo de adiutoriis libro Aristoteles sic tradendam credidit. Pleuritis (inquit) est liquidæ materiæ coctio, siue densatio. Nec tamen disseruit utrum ne totius, quod falsißimum: siquidem phlebotomati ægrotantes * liquidum sanguinem reddunt, an uero particulæ, sed cū hoc tacuit, * non promisit. Mitto etiam oculorū suffusionem nihil aliud esse, quàm liquoris coeuntis densitatem, nec tamen pleuritim. item Apollonius qui appellatus est Mys uolumine uicesimooctauo, quod de secta Herophili conscripsit: Pleuritis (inquit) est communiter paßio [a] temporalis, atque celeris, secundum laterum membranas quas hypezocotas uocant, atque inter eorum* carnem: aliquando etiam in* pulmonis partibus, sæpißime sine* tumore* uel ex solis causis effecta. Propriè autem tumorem secundum supradictas menbranas, uel carnem lateribus interiectam: aliquādo etiam secundum pulmonis partem, sed in utraque diffinitione peccauit. Primo enim sunt prolixæ atque narrabiles. Secundo plurima alia prætermisit, nam necessario paßioni febris est.* Correptum autem atq; usurpatum dicimus in pulmone paßionem hanc posse constitui, sicut ex consequentibus docebimus. Item Asclepiades libro definitionum, Pleuritim dicit esse humoris fluorem temporis parui, atq; celerem inte-

* & non densatum

* legendū puto, necessariū prætermisit

¶ a acuta

* id alsum

* costarum musculis

* externo

* aliquādo externis solis causis

* falso tributum & assertum

*riorem, lateris partium, cum febre, atque tumore: sed erat melius tumorem dicere * atq; humoris fluorem. Etenim quoties ex complexa* paßione cõficitur, tumorem perspicimus superare. Et igitur secundum Soranum pleuritis dolor uehemens interiorum lateris partium, cum febribus acutis, & tußicula, qua uariæ qualitatis liquor excluditur. Frequentat autem hæc paßio in masculis magis quam in fœminis, atq; in senibus magis quam iuuenibus. Tußiculosa enim atque frigida senilis est ætas, quo intelligimus profecto hanc paßionem pueros difficulter incurrere: frequentat etiam hyberno magis quam autumni tempore, * quo hyemi uicinatur. Aestate * uero difficulter occurrit. Est præterea paßio acuta, atq; celeris & uehemens, & aliquãdo sola ex strictura confecta: aliquando admixta solutione, ob plurimum * tußiculæ liquorem. Etenim uentris defluxio non implet in pleureticis signorum concursum, sed magnitudinem paßionis docet. Quapropter ex his solum dicimus agnoscendam, quæ supra memorauimus. Alia uero concurrunt plurima, atq; differentia, pro paßionis magnitudine, ac temporum mutatione, quæ quia prætermittenda non sunt, prosequamur.*

*[Margin: * quàm — * nimirum tumore, & fluore, — * quod — * falsum id — * qui tußiendo reiicitur.]*

Quæ consequuntur Pleuriticos. Cap. XIIII.

*PRosequitur in paßione constitutos acuta febricula, cum tußicula dolor lateris uehemens, atq; usque ad iugulum, & * palam eiusdem partis perueniens, quibusdam etiam brachium tangens, & pectus, atque ilium, & est stimulosus, ac pulsuosus, & igneus iugis, aut intercapedinatus, seruato ordine, aut confuso, & infixus atq; perseuerans iisdem locis, aut mobilis, & recurrens atq; mutabilis, cum suspirio, & difficili*

*[Margin: * omophatam nisi legendum clauem]*

cili ſpiratione, quam Græci λύσπνοιαν uocant, atteſtante tuſsicula, aliquibus arida, frequenter tamẽ cum liquidis excremẽtis, & primo ſpumoſis, dehinc ſanguinolẽtis, *ita felloſis, ac inde ſanioſis. *Sequitur etiam ægros ſupra id latus iacendi difficultas, atq; cum ſe ſupra contrarium latus uerterint, dolor, ut adduci ſentiant *ſuo pondere euidentia tumentiũ partium *uiſcera: ſequentur etiam uigiliæ, atq; ſiccitas, & aſperitas linguæ. Peiorante paſsione augentur omnia ſupra dicta. *Addit etiam articulorum frigidus torpor, genarum rubor, occulorum ſanguineus color, uẽtris* fluor ſpumoſus, ac felleus. Vrinæ quoq; frequens, atq; paulatim, albida egeſtio, pulſus denſior, celer, fortis, & ueluti* fluctuans, & ſuo percuſſu preſſuram ſignificans: ſpiratio etiam circumdolens, atq; frequens, & obtuſa, uultus & thoracis roſcida humectatio: mentis alienatio, gutturis ſtridor, uel ſonitus interius* reſonãs, aut ſibilans, in ea parte quæ patitur. Acceptorũ etiam per uomitum recurſio, & iacendi negata, atq;* diſplicens omnis poſitio, ſputa facile* ſiccãtia* & magis ſaliuoſis ea quæ fuerint contra naturã, uel in denſitatẽ coacta. Etenim ſpumoſa ſanguinis in qualitatẽ tranſeunt: ſanguinolenta in liuorem. Item fellea, eruginoſa, atq; praſina, uel nigra* efficiunt, ſanioſa fœculenta, uel fumoſa & odore grauia, & inæqualia, mutato etiam ſæpe ordine ſuæ* egeſtionis: item poſt felleã, uel ſanioſam qualitatem in ſanguineam tranſeunt, uel quãlibet coloris uarietatẽ. Tumoris etiã uehementia* luctãte, alia* in ſoliditatem cogũtur, alia in nigredinẽ ueniũt, ob feruoris uſturã. Aliqua ruptis uaſculis funduntur, quapropter ſanioſa qualitas, poſt ſanguinea perſeuerat, ſed * ſpumoſa rurſum fit, cum ſingulas per partes

* poſtea
* id male diſtinctum
* ſua grauitate cadentia
* pondera
* Accedit
* is ſæpe comitatur.
* ſi ſudor inſtat, alioqui tẽſus, durus, ſerratilis.
* ῥωγμὸν ſupra dixit pag. 90.
* ἢ ἄσκη
* ſiccescentia
* & magis ſaliuoſis, uel in denſitatẽ coacta. Qualiacunq; fuerint, magis tamẽ cõtra naturam fiunt. Etenim
* fiunt
* digeſtionis rurſum
* augeſcente
* qualia alba & rotunda
* Nam ſpuma fit, aut motu: aut calore: aut vtroque

tumor quatiens liquida ſpiritu turbato ſpumoſam ſufficit qualitatem. In ultimo autem cogente periculo celerrima fit ſpiratio, & præcordiorum ſuſpenſa adductio, pulſus innordinatus, aut deficiens, aut deſerens in his quæ in peripneumonicam paßionem, aut apoſtema tranſire noſcuntur. At ſi* ipſa fuerit leuigata, ſingula miteſcunt, & uentris egeſtio coagulatur, aut fellea carebit qualitate: & per tußiculam excluſa ſanioſa minime in ſanguinolenta redeunt. Diſcernendum etiam quæ ſint ſputa* ſanioſa, & quæ ſit ſanies. Nam ſanioſa iam miteſcentis tumoris, atq; declinantis eſſe probantur. Sanies uero ex apoſtemate, quod etiã uomicam dicere poterimus, uel certe ex ulcere probatur uenire. Diſcernitur autem* exercita inuentione: hoc eſt colore, & ſubſtãtia, & odore: frequẽter enim tetri odoris eſt ſanies. Item ſanioſa admixtione aquæ facile ſoluuntur, ſanies autem difficile. Dolorem uero peiorem alij dexteri lateris probant ob pulmonis uicinitatem, alij ſiniſtri, uicinantis cordis cauſa forſitan, & quia frequentius ſiniſtra dextris debiliora uidentur. Item pleuritis, nunc eodem tempore febriculæ concurrit, nunc ſuperuenit, nunc antecedit, nec ceſſante febricula perſeuerat.

* paßio.

* purulenta ea ſunt, alba læuia, æqualia

* exercitata obſeruatione.

Quomodo intelligimus pleuriticã paſsionem in peripneumonicam tranſeuntem, aut in vomicam venientem. Cap. XV.

INtelligimus eos qui in augmento pleuriticæ conſtituti paßionis, proni atq; faciles in peripneumonicam uidentur, quum cæteris omnibus peiorantibus ſignis, atq; in magnitudinem extentis, ſolus dolor minuitur, atq; incendi poſitio ex parte facilior ac leuior ſupina ægro fuerit uiſa, aucto genarum rubore; con-

ductu

ductu etiam supercilliorum è medio * uehemẽter, tanquam in mœstitudine constitutis, oculorum attestante feruore. Eos etiam qui in uomicam transeunt intelligimus ex eo, quòd dolor infixus eodem permaneat loco, accedente tußicula arida, atque tremore *typico, & inordinato, spiratione difficili, quã Græce dyspnœan uocant, cum dolore leuiore, & pulsu denso.

* uehementi.

* febris, quæ suppurationis tempore inuadit, ex Aphor. dum pus fit, &c.

Quis locus in pleuriticis patitur.

CAPVT XVI.

QVæsitum etiam est à ueteribus quis in pleuriticis locus patiatur, & quidam pulmonem pati dixerunt, ut Herophilus. Item quidam hypezocota membranam quæ latera, & interiora cingit, ut Diocles, Erasistratus, Asclepiades, & eorum plurimi sectatores. Horum primi aiunt non esse in lateribus tumorem, quum neque extantia ulla earum partium inspectione sentiatur: neq; rubor: nec motu, nec tactu, dolor acutus, uel fortis, tanquam manifestis tumoribus: accedit etiam quòd facile supra id latus quod patitur, iacere poßint ægrotantes, supra aliud uerò quod passione liberũ uidetur, si se iactauerint, difficultas spirationis accedat, siquidem nunc sustentatæ pulmonis partes iacent: nunc ueluti pendere sentiuntur. Dehinc etiam tußicula signum est ex accidentibus consequens morbum fibrarum pulmonis* resudati corporis liquoris, siue cannæ gutturis, singula etiam* tußita de pulmone uenire manifestum est, qui neque uenis, neque arteriis, neque fibris contiguus, uel admixtus esse lateri uidetur, ut per ipsum latere accepta excludi posse credamus. Vnde igitur dolores? nunquidne pulmonis sensibiles partes in paßione constitutæ causa sunt? an uero eius tumore latera uicinantia

* resudãte ab eius corpore liquore per cannam gutturis.

* extußita

comprimuntur, & propterea dextrarum fibrarum tumor dextri lateris dolorem facit, sinistrarũ sinistri? Sed in peripneumonicis totus tumet pulmo, nec ullus tamen sequitur dolor. Sed huic quidem sententiæ contrarij aiunt propterea neque ruborem, neque extantiam, uel dolorem ægrotantes consequi, quoniam in alto tumor esse uideatur. Quòd autem supra patiens latus quosdam iacere prohibet, alios uero contra, mitescendo releuat, illa causa est, quòd incumbendo obiectu straminum pressa materia refugiat, atq; ex partibus quæ patiantur, ad sanas partes rediens, dolorem non faciat. At uero partibus non patientibus expressa, atq; fugata, se patientibus impartiens, & has distendens, dolorẽ facit. Tußicula uero fit* cum patientibus hypezocoti membranæ uicinis, atque contiguis partibus.* Et tußita itidem sputa per pulmonem feruntur, siquidem in ipsum ueniunt ex uicinis, accepta per uias mente sensas, quas logotheoretos appellat, sicuti & in *uomicis contingit, quanquam frequenter ad externas partes uerticem faciant: uel fracto latere sanguinolenta* excludantur sputa. Nam profecto insensibilis omnis est pulmo. Debuit igitur nullus fieri dolor. Sed si ex oppreßione hypezocotis membranæ * ex pulmone uicino tumente, dolor fit, debuit magis ægrotans tunc dolere, quoties iacuerit in latus, siquidem tunc magis incumbens opprimit pulmo: dehinc etiam peripneumonicos dolere oportuit. Si enim ex parte tumens pulmo dolorem facit, magis omnis in tumore constitutus facere debuit. Patitur itaque hypezocos membrana, & propterea dolorem uehementem facit? siquidem est neruosa atque lateribus infixa.* Hinc denique, quoties tumore densa

* compatientibus
* Extußita
* absceßibus pectoris viæ λογοθεωρητοι.
* excluduntur
* à
* Hæc

*denſatur, * oßibus uicinantibus* abſtenta ire latius prohibetur, & [a] eorum conuerſionc naturali quatitur motu, atque acuti doloris accipit cauſas. Item *ſpirationum thoracis, adducti ſpiritus uicinitate, pulſata, inſuſtentabiles dolores facit. Manifeſta nanque coniectura eſt, quòd ipſa patiatur. Siquidem tumoris augmento *collectionẽ in pleuriticis, facit & *expirantibus ſæpe ægrotis nigra inuenitur.* Hos deniq; *uenenatos quidam putauerunt. Igitur in pleuritica paſſione non ſimplicem lateris dolorem, uerum etiam febre acuta atteſtante totum corpus pati uidemus. Etenim febres totius corporis ſunt: plus tamen pati hypezocota membranam recte dicimus, ſiquidem ſunt in ipſa dolores conſtituti.

Quæ ſunt ſimilia pleuriticæ paſsioni. Et quomodo internoſcuntur. Cap. XVII.

SImilia pleuriticæ paßioni dicuntur, *dolor lateris [b] collectio in cius medio conſtituta: item uomica, quam græci empyema uocant, ſuſpirium ſiue ſpiratio difficilis, quam iidem dyſpnœam uocant. Item ad nares catarrhus, quem uocant coryzan, & *anhelatio. Siquidem ſupradictis tußicula, atq; ſpiratio difficilis adiuncta eſſe uidetur, & febricula, & dolores accedentes pleuriticã paßionem *fingant. Sed diſcerni atq; internoſci ſuis proprietatibus poſſunt. Nã dolor *lateris etiã ſine febre plerunq; eſt, & longo tempore perſeuerat: uel quoties celer eſt, ſine uarietate ſputorũ, uel excremẽtorũ eſſe perſpicitur: in pleuriticis uero dolor acutus, cũ febrib. acutis, & ſputis ſupradictis inuenitur. Itẽ ab empyicis hoc eſt uomicoſis, *ſi-

* membrana
* coſtis
* repulſa latius & amplius diſtendi
¶ a & eorum conuerſione. i. coſtarum motu quæ ſimul cum thorace deprimuntur & attolluntur. Quidam legũt, & corporis conuerſione
* ſpiratione
* abſceſſum
* morientibus
* quibus mortuis membrana ſuccingens coſtas nigreſcit
* ueneno ſublatos
* compunctio Plinio: Telum Sereno, & Iſidoro.
* Abſceſſus.
¶ b Collectio: Abſceſſus frigidus, nempe Meliceris, Atheroma, Steatoma: Hippocr. ſingula ex his Tubercula cruda, φύματα, uocat: Empyema Abſceſſus calidus: ex fluxione: ſuppuratione, tranſmutatione: uel puris coaceruatio, ex humoris citra tumorem putredine: ulceris ſordibus.
* aſthma. * fingunt * compunctio è flatu: Telum. * & à

ue collectione laborantibus discernitur pleuritis, quòd febres noxiæ atque acutæ & inordinatæ in pleuriticis inueniantur. Vomicosis uero uel collectione laborantibus, antecedente corporis horrore frigido, atq; dolore pungenti, eodem tempore, hoc est * quo in uomicam transeunt ægrotantes, sputa sequentur, quæ antea nulla fuerãt[c] reiecto* prius pure coaceruato in latere collectionis causa: [d] laterum quoq; ueluti conuersionem hic sentiunt, aliquando etiam sub ipsis extans, uel prominens collectio sentitur. In pleuriticis uero febricula ex initio uehemens, atque sputa contra naturam, & uaria reperiuntur. Item ab * spiratione difficili, & orthopnœa, & catarrho quem supra diximus ad nares* fieri, & *anhelatione, celeritate discernitur, & febri atque dolore. Siquidem illa tarda sunt, & sine febribus, aliquãdo etiã sine dolore.

* quo pus fit
¶ c reiicitur vero prius pus coaceruatum: prius.
* id est, antequam horreãt, refrigerentur, & febris occupet.
¶ d laterũ cõuersionem vocat, fluctuantis puris & agitati strepitum, ac velut inundationem, cũ ex altero latere in alterum æger vertitur.
* Dyspnoea
* ferri
* asthmate

Quomodo curandi sunt pleuritici.

CAPVT XVIII.

IAcere pleuriticos conuenit mollibus stramentis, loco lucido, atque calido, & mediocriter amplo: schemate quo se melius ac facilius haberi peruiderint: adhibita requie, & cibi abstinentia usque tertium diem: accessionis tempore, uigilantia: cum articulorum tenaci, blandáque defricatione manu calida. Vaporanda etiam quæ sunt in dolore constituta calidis pannis, & cum accessio statum sumpserit, lanis limpidis, ex oleo dulci calido expressis, contegenda. Adhibenda fomentatio lenis capiti, atque inguinibus, & sitis sub umbilico locis, ex eodem oleo, similiter calido, & magis quando fuerint indulgentia corporis releuati ægrotantes. Sin minus, addenda etiam cataplasmata ex polline, atq; lini semine, & fœnugræci, cum aqua, & oleo

*oleo coctis. Tunc oris collutione utendum & potu aquæ calidæ, moderato quidem, ne plurima liquoris humectatio sputorum prouocet fluorem. Tunc somno dimittēdus ægrotans. At si uenter fluxerit, poterit somnus ante dimißionem, permittente hoc est declinante acceßione adhibitis accersiri, scilicet laxatiuis cataplasmatibus. Sed si dolor uehemens fuerit, phlebotomiam conuenit adhibere, si nullus uentris fuerit fluor, *intra tertium diem. Sin uero fuerit adiuncta uentris solutio prorsus in ipsa diatrito erit phlebotomia adhibenda sic ut prædiscere poßimus, utrum sit perseuerans, atq; superior strictura magis quam solutio. Sæpe enim concurrens uētris solutioni sanguinis detractio, ægrotanti nouißimam intulit defectionem. Quapropter perspiciendum utrum usq; ad dimißionem acceßionis fluor uentris perseueret, uel eius meatio mordicationem quandam faciat podici, uel intestinis. Suspecta etenim habenda est istiusmodi defluxio. Ita adhibenda phlebotomia, sed ex alio brachio, quod fuerit dolenti lateri contrariū, * certæ rationis causa quam sæpe memorauimus. Tunc post mediocrem sanguinis mißionem, quæ magis coniicienda est ex *coniunctione quāquā leuißimæ solutionis quiescere permittimus ægrotantem, atq; *resumptū laxatiua perunctione curari, oris etiā adhibita fomentatione, *digesto scilicet adiutorij turbore, dabimus sorbilem cibum ex oleo dulci confectum siue melle, ne liquidorum prouocētur sputa importunitate temporis, hoc est initio, siue augmento paßionis. Dabimus etiam pultem calidā, atq; madidam, sine sale: uel panem ex aqua calida. Sed si uenter fluxerit, pultem dabimus craßiorem, sed calidam, quoniam in tumentes *prius partes incurrit, tunc*

** infrà*

** id falsum*

** ex coniectura quam leuißimæ*

** cibo refocillatum*

** i. sedata perturbatione, quam excitauit sanguinis mißionis auxilium.*

** frigidum autem inimicum neruis, pectori, &c.*

post cibum somno dimittimus ægrotantes usq; ad solitum* accessionis tempus, quæ cum fuerit effecta, erūt adhibenda quæ supra memorauimus congrua. Adhibendus etiam cucurbitæ leuißimus raptus: sed cum statum cœperit accessio, adiecta etiam scarificatione: cū ad dimißionē declinando peruenerit, tunc spongiarum adhibenda uaporatio, atq; cataplasmata laxatiua, frequenti mutatione nouata. Sed si uentris fuerit fluor, erit quidem his utendum ob tumorem. Siquidem immutabilis dolor auget liquidorum defluxionem, uigiliarum atq; corruptæ digestionis causa ungendi sunt. Igitur ægrotantes plantaginis succo reficiuntur: & aliquando simplici, aliquando admixta acacia, aut ptisanæ succo, quo sit præcoctus mali punici cortex, uel myrti, aut agrestis* celsæ coma, quam rubum uocant, aut rosa, uel galla, & his similia. Etenim alia queque nimium cōstrictiuæ uirtutis, uel multorum admixtione composita, * in modica densatione maiores membranarum prouocāt necessario tumores, quos paßionis nequitia & tardare faciles, & adiutoriis medicinalibus cedere difficiles facit, adiuncta scilicet solutione. Quare cum prolixiores fieri uiderimus dimißiones, clystere utemur, solutione cessante: cataplasmatibus autem, & cucurbitæ scarificatione, cum doloris fuerit dimißio. At si solutus fuerit aut leuigatus dolor ut ordinem accessionum seruans, magnitudine tamen minutus esse uideatur, urgente etiam solutione, * iniectione utemur supradicta adhibita scilicet uaporatione atq; cataplasmatibus admotis, & scarificatione supradicta, apponentes palmulas quas patetos uocant contritas, & cū pannis calidis. Potū dabimus calidum quidem, sed omnino paucißimum, ut neque * liquore pluri

* accessio

* celsa rubus

* immodica

* unctione: nempe adstringente

* liquor plurimi sputi, nec

plurimo ſputorum, uel uentris augeatur defluxio, & tepore quodam tumentia mitigentur. Omne etenim frigus tuſsiculam commouet. Deinde dabitur pulticula, ſed * conſtrictior: uel panis ex aqua calida, diligenti infuſione atque innouatione calidæ elutus, & expreſſus, ut ſuæ denſitatis poſitu * elenteſcat. At ſi iugi uexatione tuſsiculæ, atque conatu frequenti ruptio uenulæ ſanguinem per os emitti coegerit, dabimus plantaginem dimiſsionis tempore, oleris uice mãdendam. Etenim in acceſsione omne quod datum fuerit, corrũpi atq; aceſcere neceſſe eſt, olera præcipuè. Dabimus etiam decoctorũ aquam cydoniorũ. At ſi in ipſa acceſsione id facere coacti ſumus, inſiſtẽte periculo dabimus poſcam. Tunc in dimiſsione cibũ: ut liquori ſoliditas accedat, Alicam ex aqua calida, in qua fuerint præcoctæ palmulæ Thebaicæ, uel mala cydonia, ut eorũ frigore ſanguinis fluor teneatur, feruore uerò iuſculi tuſsicula leniatur. Erit præterea ſi uires ægrotantis permiſerint, alternis diebus dandus cibus, donec paſsio declinet. At ſi imbecillitas coegerit, etiam ante declinationis tempus erit quotidie nutriendus ægrotans. In ſtatu uerò miteſcentibus atq; * ſegneſcentibus ſputis, & nullis irruentibus nouis ſanioſæ qualitatis, ſine uentris fluore, conuenit poſt cataplaſmata atque uaporationem ante cibum dare bibendum * mulſum diebus duobus, uel tribus. Etenim tuſsiculam mitigat, & ſpirationem facilem facit, liquidorum tenacitatem laxat, & eas partes, ex quibus ſputa feruntur, depurgat. Cibum præterea dabimus ſorbilem ex melle: atque halicam, uel ſiliginis panem, & amylum, aut ptiſanam, aut panem ex mulſo, aut ouum hapalum. Declinante paſsione, ſi aliqua fuerit ſputorum difficultas

* ſpiſsior

* diluatur, in liquidũ iuſculum diſſoluatur.

* parcius exeuntibus

* Nam uẽtris fluxionẽ præſentem magis irritaret mulſum.

difficultas, ob debilitatem uiriũ, uel liquidorum* crassitudinem, erit fœnugræci succus admiscendus melli, hoc genere confectus. Duobus diebus erit fœnugræci semen infundendum, sed frequenti mutatione aquã innouanda, *præfusa scilicet anteriore. Tunc donec color uirescat, aqua coquẽda, & eliquata admixto melle, ægro, supra dicta moderatione bibenda.* Potest etiam ipsum fœnugræci semen tritum cum melle* lambere: uel lini semen assatum, melli admixtum: uel uitellum oui assati* nucleis recentibus contritum, atque decocto melli admixtum: uel simul omnia, admixtis etiam amaris amygdalis. Tunc conuenit uario iam cibo ægrotantem reficere, pultibus, ouis hapalis, uel cerebro porcino, aut hœdino, aut agnino, coctis cum sale modico, uel pede porcino in ptisana decocto, aut molli gallinaceo pullo, uel columbinaceo. Tunc post tres uel quatuor dies solutis febribus adhibendum lauacrum: sed à uino temperandum. Illis quoq; partibus, quæ dolore tanguntur cerotaria ponenda ex oleo dulci, uel cyprino confecta, admixto fœnugræci polline, uel meliloto tuso, atq; creto, admixtis etiam adipibus. Vtendum quoq; medicamine quod diatessaron uocãt, cera, resina terebinthina, iri illyrica, pice, æquis ponderibus. Dehinc post diem unum uel duos adhibendum lauacrum, & dandum uinum, apponendum malagma, quod diachylon uocant, uel Dia Mannæ. Hæc ratio secundum Soranum curationis: antiquorum uero Erasistratus & Herophilus de pleuriticis nihil dixerunt.

* quoniam humor sputo reiiciendus crassior est

* effusa

* Prodest

* Hoc remedij genus ἐκλεγμα vocant.

* Plin. sic vocat coccalum Hippocratis. lib. 4. de vict. rat. acut.

Ceratum διὰ τεσσάρων

Ad Hippocratem. Cap. XIX.

HIppocrates uolumine, quo de ptisana scripsit, ad pleuriticos curandos hæc ait. Lateris dolor siue ex initio effectus, siue supernatus, principio uapo-

ris erit curatione tentãdus, in qua meliorẽ probamus, ex aqua calida in * uentriculo, uel uesica excepta, uel ad eundem modũ in æneo uasculo, siue testaceo, supposito quolibet stramine molli, ne quassatio fiat locorũ, scilicet qui in dolore sunt. Probat etiã spongiã mollẽ, magnã, ex feruenti aqua expressam, atq; pannis inuolutam, tunc apponendam. Circuntectus, inquit, enim atq; inclusus uapor plurimo tẽpore perseuerat. Admouẽda etiã, tanquã odoramẽtum, ori, uel naribus ægrotantis, ut spiramento adductus uapor suo ingressu laxamentum partibus ministret. Vtendum inquit etiã * hordeo uel orobo macerato, & calefacto, & celeriter sacello incluso, tunc apposito: siue cantabro eodem liquore feruefacto: uel aridæ atque siccæ uaporationes adhibendæ, ut sunt ex sale, siue milio frixo in sacellis lineis aptißimè appositæ. Etenim lene atque conducibile est milium. Soluit nanque naturali quadam mollitudine illos dolores, qui iugulum in ipsis paßionibus pulsant. Non aliter etiam illos qui ægras partes pulsauerint, soluit. At si dolor uaporationibus minimè fuerit mitigatus, uel * abscessus, non oportet plurimo tempore in hac perseuerare curatione. Etenim pulmonem uaporatio siccat, atque purulentum fieri cogit: sed si doloris significatio ad iugulum uel ad brachium tetenderit cum grauedine, ut etiam pectus uel mamillam tangere uideatur, oportet in brachio uenam diuidi, * sed in eo, ex quo multa fieri detractio poßit, donec * plurimum rubrior sanguis excludatur, uel ex rubro ac limpido liuidus. Vtraque inquit enim eueniunt. Sed si sub pectore fuerit dolor, & ad iugulum nõ tetenderit, emolliendus est uenter, aut helleboro nigro, aut peplio nigro, admixto dauco, uel seseli, aut cumino, siue aniso,

*uel

* vtriculo

* hordeo vel orobo in aceto miti, &c. miti, id est diluto

* abstentus, id est repressus

* sic vt ex eo multa fiat detractio

* plurimus & rubrior

uel aliud quodcunq; trãquillum admiſcendũ putat, id eſt portulacã, uel peplij ſuccum præſtare, quæ enim admiſcemus ſibi ſimiligena. Hæc ſunt quæ ſuprà diximus. Deducit autem melius uentrem helleborum nigrum, quàm peplion. Peplios autem helleboro nigro uentoſitatem melius tollit, per podicem prouocatã. Hæc deniq; utraq; dolorem ſoluunt: mitigant etiam alia plurima. Hæc ſunt, inquit, deducentia ſiue detrahẽtia per *effuſionem, * ſumma, quæ ipſe ſciui atq; poſui. Etiam in ſorbilibus dantur deductoria, quæ non ualde ſunt inſuauia, aut amaritudinis cauſa, aut alia qualibet inſuauitate, ut copiæ, uel coloris. Ptiſanam igitur quãdo medicamen æger biberit, ſtatim oportet ſuperbibere, *nihil minus à cõgrua eſt ratione, uel quantũ accipere conſueuerit, dehinc paulatim inter uentris deductionem nouerit ſorbenda: ſed quando humorum[a] declinauerit exitus, tunc minus ſorbeat ægrotans quàm conſueuit. Dehinc adiectio perſeuerare debet, donec dolor * ceſſet, uel nihil contrarium occurrat. Hæc mihi (inquit) ratio eſt, * & in ſucco uſus ptiſanæ. Etenim (dixit) melius eſt ſtatim ſorbendi initium ſumere, non autem iam antecedentibus uaſorũ euacuationibus. Ergo eſt initium ſorbendi tertia, uel quarta, uel quinta, uel ſexta, uel ſeptima die, niſi intra id tempus fuerit ægritudo præiudicata. Hæc ſunt quæ in primis partibus libri ordinauit. Alias quoq; paßiones curãs, in ultima ſcripturæ parte rurſum peripneumoniam atque pleuritim curãs hæc ait: In peripneumonico, & pleuritico oportet inſpicere utrúmne acuta febricula, atq; dolores alterius, uel utriuſque ſint lateris. Et utrum

* vel alio quocunq; odorato. Peplio verò ad miſcẽdum putat ſilphij ſuccum: atq; hæc, ſi inter ſe miſceantur, quæ ſuprà diximus ſibi eſſe ſimiligena. Ex Hippocrate. Similigena ὁμιότροπα vertit, quæ pariter & eedẽ temporis ſpatio purgãt, nõ autem hoc citius, illud tardius.
* cathartica
* alui ſolutionẽ
* optima
¶ a ceſſauerit
* paulatim, & pauciorẽ quàm accipere cõſueuit. Nam minus rationi cõgruũ eſt inter ventris deductionem ſorbere. Ex Hippocrate.
* & in vſu ſucci ptiſanæ
* contrarium occurrit, (ait Gal.) ſi magna cruditas eſt, quæ phlegmonem facit: vel ſi ante iudicationem copioſa ſorbitione ægrum indigere non putamus.

ascendente spiritu dolor admoneat, & tusicula adsit, uel sputa fuerint abundantia, flaua, uel liuida ac tenuia. uel spumosa, uel florida, aut alia qualibet qualitate à supradictis differētia, sic agi oportet, ut si dolor pungens, penetrans ad iugulum, *uel cinctum, uel brachia tetēderit, uenam incidamus in quacunq; parte facilior fuerit uisa. Detractionis autē modus cōueniens secundū corporis hebetudinē atq; temporis, ætatis, uel rigionis consideratione accipitur. Plurimam enim detractionem ostendit celer atq; acutus dolor, quæ usque ad animi defectionem erit faciēda. Tunc clyster adhibendus. Si inferior thorace fuerit dolor, & plurimum ægroti distenderit uentrem, danda purgatio, sed medio tempore purgationis, hoc est quo uentris officium nōdum cessat nihil (inquit) accipiēdum, sed post perfectā effusionē mulsum ex aceto exhiberi iubet, quod oxymeli uocāt. Item *quartanum typum [a] medicamine curans expectat tribus aliis diebus adhibendū clysterem probat, & si pasio nō fuerit releuata, tunc inquit purgatione rursum utendū. Præcauendū etiā monet, donec dies septē *intacti febribus transigāt ægrotantes. Tūc (inquit) tutò [b] succum dabimus *tenerum, atq; paruum. At si facilius agere cœperit sputa, attestante spiratione meliore, & sine ullo dolore, atq; ut suprà dictū est cessante febricula, paulatim crasiore, ac plurimo, & bis in die utendum præcipit succo: sin uerò non facilè hæc fuerint releuata, *leni potu, atque sorbili utemur cibo, hoc est succo paruo, & semel in die, tempore scilicet quo leuius æger habuerit. Atque id intelligi urinæ inquit inspectione. Tunc dandum sorbile quidem, nec prius tamen quàm urina, atque sputa uisa fuerint *mitiora. Sed si *medicatus plurima excluserit.

*vel mămam: Hippoc.

Ex Hippoc.

* quartū diem

¶ a purgatione

* illæsi, inoffensi

¶ b ptisanæ

* tenuem

* pauciore Hippoc.

* matura. Hippoc.

* medicamento accepto purgatus

rit, necessariò paruum atque tenuem dabimus cibum. Non enim potest præ inanitate, somno, uel plena affici *digestione, neque paßionis atque naturæ cõflictus sustimere, quos Græci Crises appellant. * Sed cùm corporis defluxio tenuem fecerit ægrotantem, retentione cessante (qua *naturali uigor & corporis nutrimenta tardantur) succorum, nihil ualebit retinere. Intelligimus autem mitiora sputa, quando sunt similia. Item urina cùm fuerit rubrior *uini similitudine. Nhil etiam (inquit) prohibet doloribus lateris adhibere tepores, atq; cerotaria, & uctionem crurũ & * clunium * pingui atque calido oleo frequentare. Præcordia uerò semine lini cataplasmare usque ad papillas. His Soranus respondens ait: In calefactionibus acres esse sales, ac necessariò tumorem prouocare, febremq; accendere. Poscam etiam constringere, & stricturam paßionis augere. Item milium frixum graueolens & nidorosum, atque capiti graue, maximè acutè febricitantium esse perspicimus. Spõgiis etiam erat melius quenquam in dimißione patientes partes uaporare, atque oleo calido perfundere. Est præterea improprium, ac sine ratione, tunc uti phlebotomo, quoties ad superiora dolor tetenderit: prohibere autem quoties ad inferiora descenderit. Oportet ergo sub hoc argumento neq; difficultate tumorum partibus inferioribus impeditos phlebotomare: neque etiam podagricos, si quidem *interiora tumere uideantur, sed necessariò quoties dolor ad superiora tetenderit, phlebotomiam adhibendam uidemus. Siquidem sæpe peiorante uentris fluore, hoc adiutorij genus prohibetur. Neque etiam (ut ait) oportet interiorem uenam diuidi. Siquidem & exteriori & media diuisa, corpora * releuentur. Quippe-

quum

* cibi coctione
* Verum ubi crudorum colliquatio facta fuerit, & quæ renituntur reiecta, nihil obstabit. Hipp.
* naturalis
* erui. Hipp.
* lumborum Hipp.
* pinguedine. Hipp.
* inferiora
* releuantur

quum econtrario interiorem prohibeāt, propter magnitndinem, ne tumor augeatur. Item ſanguinis mutatio iners eſt detractionis moderationi, ſicuti de adiutoriis ſcrib entes demonſtrabimus. Seſe denique idem Hippocrates impugnat in conſequentibus, dicens, uſq; ad animi de fectum faciendam detractionem, quod magis uehementer eſt nocens: ſiquidem eſt periculoſa defectio, & neque ſi ſit temporaliter defectionis cauſa, ſenſu carens ægrotans, dolore releuatus, uidebitur (quum reſumptus fuerit) rurſum nō dolere, quum magis atque magis eiuſdem magnitudinis * paßionis debilia corpora uehemētius afficiant. Item purgatiua medicamina (quæ Græci καταρτικά uocant) acrimoniæ cauſa, ſtomachum tumentem, atque hypezocotamembranam acuunt in tumorem: & * in periculum uentris effuſionem prouocantia, magnificam paßionis ingerunt uehementiam. Nutrire etiam cibo poſt medicamen non oportebat. Pugnat enim purgationi faciundæ illatum cibi nutrimentum. Quippe quum medicamine corruptum, officij ſui careat uiribus. Mitto etiã quòd ex initio aceſcere facilè ptiſanæ ſuccus perſpiciatur, confectus quippe ex ordei ſucco, qui ſit digeſtione difficilis. Dehinc ægrotantis corpus non ualet tantum ſuſtinere nutrimentum, quantum ſanitatis tempore ſolitum uidebatur. Item mulſum ex aceto (quod oxymeli appellauit) ſine * diſcretione accipimus. Eſt etiã immodica uſque ad ſeptimum diem cibi abſtinentia, quam cuſtodiendam ordinauit. Quippe cum nullus uehementiam paßionis ſuſtinere ualet, niſi nutrimento quamuis paruo toleratus: & neque in declinatione paßionis aliquid humanius cibo * largitur, ſed in iiſdẽ ſorbilibus perſeuerandum exiſtimat ſuccis. At cum

* paßiones

* impetuoſam

* num meracius, aut aquoſius.

* præbetur

*fuerint sputa segniora, tunc ut existimat, erit primo æger nutriendus, * quomodo necessariò declinante paßione* occurrunt* intolerato. In cæteris relinquendum temporibus absq; nutrimento ægrotantem apertißime indicauit, quum semper * plurimum utilitatis adiutorium cibi, quàm cætera possunt adiutoria, largiatur. Omne etiã corpus erit unctione* coæquãdum, & non eius particula. Quippe cum totum cibo nutriatur, ipsa quoque unctio non* exerta, anxietatem ingerit ægrotanti,* qua latentem difficultatem, atque acceßione ueniente* corpus prouocat incendium.*

* quod
* occurrit
* nullis cibis recreato
* plus
* laxãdũ molliendum.
* toti corpori non adhibita
* quæ
* corporis

Ad Dioclem. Cap. XX.

DIocles etiam similiter phlebotomat ægrotantes, eadem discretione adhibita. Purgat etiam catharticis medicamentis. Quapropter eadem dignus accusatione iudicatur. Cibum uero iuuenibus undecima die dandum statuit, sed æstatis tempore elixum magis, & frigidum: hyemis uero, assum atq; feruentem. Est enim summæ* peritiæ in ordinandis qualitatibus, non paßionum genera sed tempora hyemis uel æstatis attendere: scilicet ut æstate tumore laborantes, frigido cibo nutriti* altiora percutiant.

* imperitiæ
* altius percutiantur

Ad Praxagoram. Cap. XXI.

PRaxagoras signa docẽs futuræ pleuritidis præcauendum iubet, dando bibendum piper cũ mulso ex aceto, uel abrotanum, aut absinthium: phlebotomat etiam nõ ultra quintum diem, sed eos qui non* perfrictionem incurrerint, neque frigido tempore, & neq; senes, neque si debiles corpore ante ægritudinẽ fuisse uideantur omnia inquit * corpore curanda, & fame magis utendum: dandum bibere mulsum ex aceto, aliquando etiam hyssopo admixto: item succum ptisanæ sorbilem

* refrigerati corpore fuerint
* tempore

ſorbilem: ſi celerius, quarta die: ſi tardius, ſexta: atque ex illo tempore quotidie: item celerius ſenibus, atque * à ſanitate debilibus: dehinc uſque ad ſeptimum diem uentrem emolliendum iubet, & unctionibus utendum pauide perſuadet, atque * reſpirationem inquit intuendam, utrum ſit calida, & odoris tetri. Quibus autem redundantia eſt humorum in uenis, exceptis ſenibus, & * à ſanitate debilibus, helleboro nigro purgandos exiſtimat. Item deponendos ſecunda uel tertia die ægrotantes in aquam calidam iubet, uel utribus eos calefacere, fouendo * crura donec dolor excludatur. Hic uerò etiam non futuram pleuritim ex his quæ ordinat, efficit. Omnia enim conſtrictiua, atque acria eſſe uidentur, ut mulſum ex aceto, & piper, & abſinthium, quæ neceſſario tumores accendunt, * eo maxime tempore quo etiam aqua ſumpta in qualitatem deuenit fellis, ob nimium in alto feruorẽ. Dehinc phlebotomari oportet etiam eos, qui ex frigore incurriſſe uidentur, & eos qui * ſenilibus annis uidentur affecti. Non enim neceſſario debiles eſſe probantur. Quapropter etiam * illis qui in ſanitate corporis debilitate uidebantur affecti. Exigit enim magnitudo paßionis adiutorium. Purgatiua uero medicamina quæ cathartica appellantur, * prærumpunt corpus, atque * ſolicitam eidem paßioni ſolutionem prouocant. Item fames tantum noxia quantum refectio commoda. Non igitur ſexta die cibum iudicamus dandum. Longa eſt hæc ieiunitas: & neq; ſemper quarta die: ſæpe etiam tertia die: caput autem implet. * Fit autem hoc ex aromatibus: dehinc calidæ aquæ fomentatio importuna eſt, & frigeſcere facit ægrotantes.

* in
* ſpiritum qui naribus oreq; redditur
* in
* latera
* tempore
* dum prorſus decrepiti, ac uiribus effœtis non ſint.
* illos
* perrumpunt
* difficilem ac laborioſam
* quod bibendum datur ex aromatibus.

Ad Asclepiadem. Cap. XXII.

Asclepiades secundo uolumine celerum, uel acutarum paßionũ pleuriticos phlebotomat, prædicens primo locis ubi consistunt uel commorantur, utrum regio adiutorium phlebotomiæ permittat adhiberi: se enim uidisse testatur apud Athenas atq; urbem Romã phlebotomia uexatos, uel peius acceptos esse pleuriticos. In pario uerò atque Hellesponto resumptos ac releuatos. Prohibet propterea sitim, atq; clysterem, uel ante cibum bibere: & si (inquit) oportuerit, deducendi uentris causa, adhibendum semel uel secundo clysterem. Potum dat magis ac plurimũ mulsum, aliquando etiam & rutam, & hyssopum cum mulso. Nocere inquit radicem herbæ, quam Græci phlomon uocant, quapropter omnino dandam negat, uel certè semel dandam, ubi dolor coegerit. Cibum inquit dandum* præcauta secunda die, siquidem alternis *admonẽtur diebus: & quarta, siquidem grauior est: uerum quinta & tertia inquit) die dabimus* succum, & ut sæpe sufficiens, probat quotidie dandum. At si plus defecerint, nutriendos etiam post acceßionem *quintæ diei permittimus: declinante paßione uinum damus, & uarium cibum. Huic Soranus occurrẽs ait, semper phlebotomandos pleuriticos strictura cogente, & apud Romam deniq; nos (inquit) utemur phlebotomo, nulla regionum discretione confusi. Etenim quærendum utrum Asclepiades proprietate regionis noceri suspicatur eos qui fuerint in* eodem phlebotomati pleuritici: an uero proprietate paßionis? ex quibus si primum putat, hoc est, regionum proprietate, uexari omnes oportuit, non solum pleuriticos, uerum etiam synanchicos, & qui fuerint phlebotomati,

*cura

* uitata
*admonentur, i. febris exacerbatur.
* ptisanam
* sexto die
* ea

curati, & epilepticos etiam, quos phlebotomandos imperat aptißime. At si secundum, hoc est proprietate paßionis uexari putat, non apud Romam solum phlebotomatos pleuriticos, sed in omni regione noceri debuit indicare. Clysterem uero rectè prohibet propter acrimoniam, sed non rectè semel uel secundo adhiberi permittit. Multo enim melius est omnino innoxium quicquam, quàm leuiter nocens. Hinc etiam phlomi herbæ radicem, tanquam natura noxiam reprobans, non rectè semel adhiberi ait ubi dolor coegerit. Dehinc omni ex parte ratione caret, probibere clysteres tanquam augentes incendia, & rutam, uel hyssopum adhiberi, quæ sunt uehementius ardentia ob suæ qualitatis acrimoniam. Item mala atque caduca intentione confirmat circa quartum diem cibum non dandum generaliter, ac necessario quintum diem seruandum. * His enim qui iugibus afficiuntur febribus, quoties initium ex die sumpserint, quarta die necessario dandus est cibus. Non aliter iis qui maiore hemitritæo ægrotant, & ex nocte sumpserint initium. Ipse quoque Asclepiades in phreniticam paßionem uenturos grauiter indicat affici quarta die: neque tutò ante dimißionem declinante acceßione * dandus, ut existimat, * cibus est, atque semel datum sufficere, nisi pulsus fuerit defectio. Non enim oportuit uirium debilitate captata cibum dare, quum fuerit nostræ potestatis opportunè antè ægrum, quàm deficiat, reficere. Vinum etiam & uarium cibum declinante paßione dandum recte consulit, sed non suo conueniens iudicio. Etenim phreniticis atque lethargis ante declinationem * uinum dedit.

* in curatione

* expectandū
* Iis

* dandum
* cibum esse

* nempe mulsum cum ruta & hyssopo.

Ad Themisonem. Cap. XXIII.

AT Themison alias quidem pleuriticos recte curauit, peccauit autem quarta die cataplasmando, dehinc cerotarium apponendo: *ex aliquo uirtutis feruentis ungendo, atque ruta: sunt enim acria. Dehinc cerotarij tempus declinante est paßione.

* &

Ad Heraclidem. Cap. XXIIII.

HEraclides Tarentinus sanguinis extimens abundantiam, secunda die utitur clystere, bis, aut tertio, atque post paulum phlebotomat, conturbans corpora requie indigentia. Etenim quærendum quid magis esse * confirmat, utrum ne fluorem uentris, aut tumorem & retentionem stercorum. Sed si fluor est, hunc duplicat, adhibendo clysteres: at si tumor est, hunc eorum duplicat acrimonia. [a] Credas etiam candem iniectione suspensam raptu quodam patientibus aduenire partibus, & propterea uehementius nocere. Hic quoq; etiã nulla est phlebotomiæ utilitas. Vexatæ etenim tribus clysteribus uires, sanguinis prohibent detractionem. Dehinc neq; omnes, neq; secunda necessario phlebotomandi sunt die, sicut supra docuimus. Cataplasmat etiã aqua solutis * pollinibus (quod Græci * omen lysin appellant) admixto fico, uel panace, aut chamæpity, quorum * complexio ob qualitatis acrimoniam noxia iudicatur. Probat post usum cataplasmatis, malagma * quod Apollophanis appellamus, siue polyarchion. Item sua inuentione conscriptum: quæ omnia sunt accerima, & propterea recusanda. Dat præterea mulsum præbibendum in quo præcocta uel præinfusa fuerit ruta. At si sputa excludi cœperint, dat medicamen bibendum quod conficit ex hyssopo, iride, & melle. Si (inquit) non fuerint

* optet: uelit: comperiat: deprehendat.

¶ a Credibile enim eam iniectione disper sam.

* ordei & tritici

* ὠμὴν λύσιν

* vel temperatura, & facultas: vel compositio & commixtio.

* constat paribus portionibus ceræ, resinæ liquidæ, amomi, cardamomi, iunci quadrati, fuliginis thuris: authore Celso lib.5.c.18

congrue uel sufficienter exclusa, addendas absinthij drachmas sex: sed si nausea occurrerit, apium uorare iubet ægrotantes, uel oliuam ex aceto mandere. Hæc quoque sunt acria, & stomacho* inhærentia. Ipse denique tētatione expertus ex supra dictis euersionem fieri stomachi, ordinat ob nauseam retinendam, * incongrua scilicet, quæ constringere poßint. Ait enim, si non recesserit c sputorum emißio, sequenti die iniicienda atque excludēda, commoueat iris, eadē clyster per uētrem detrahi prouocet, noxia noxiis committens. Siquidem etiam per clysterem iniecta, ex eadem sunt materia, ex qua sunt ea, quæ bibenda ordinauit, quo fit ut commouens tumorem, magis* faciat excludenda quæ putat retineri. Dat etiam uiscellum gallinaceum cum mulso* ex uino, uel succo ptisanæ, quæ sunt in corruptione facilia, atq; inflantia, & uentrem in fluorem mouentia. Dari præterea uinum iubet his qui fuerint uiribus debiles, nisi caput (inquit) doluerint: non aduertens quia temporis opportunitate permittente omnibus conuenit dare: ut econtrario resistente, neque imbecillibus. Etenim si (ut existimat) ualentes uiribus uexat, multo magis imbecillos. Neque recte sentit ita dandum, nisi caput doluerint. Dolor enim si prohibet capitis, non aliter etiam lateribus *prohibere perspicitur, prius quàm paßio declinauerit* importunum datum. Nanque omnia quæ patiuntur exagitat, nec solum caput. Dicit etiam declinante paßione gobiones pisces dandos, accedente profectu etiam carnem, atque panem, non coniiciens, quia omnis acrimonia tußientibus, uel spirationis difficultate laborātibus, uel spuentibus sanguinem inimica est, etiam declinante paßione. Simile enim

* aduersantia

* incongrua: alij incongruè

¶ c sputorum emißio ac nausea, quam iris commouet, ex eadem clystere iniecto excludenda per uentrem detrahi oportere.

* prouocet

* aut

* officere

* importunè

quiddam facit, quale contingere uidemus in externis corporis partibus uulneribus constitutis, quæ cum sunt adhuc nouitate tenera, cicatrices acrioribus* exusta facile resoluuntur.

* exustæ

De peripneumonia. Cap. XXV.

CONsequens atque uicinum est peripneumoniæ dicere curationem, quæ non ut priores uoluerunt, à parte corporis quæ patitur nomen sumpsit, sed ab ea quæ plus patitur. Si quidem neq; sine febribus esse uidetur. Perficiũt hanc paßionẽ causæ quæ etiam pleuriticam faciunt, ut uenenum sumptum, uel ex opio atq; hyoscyamo confecta tußientibus medicamina, uel his* similibus uirtutibus: Item catarrhus uel coryza, uel, quod est rarißimum, synanchica* præcedens paßio. Nam frequentius antecedẽte pleuritica, peripneumonia sequetur, [a] quò fiet ut perniciosior sit antecedente, siquidem uexatis prius uiribus, atq; adiutoriis ex parte incassum prærogatis, in secundam *ueniant ægri paßionem. Afficiuntur autem iuuenes magis atque ætatis mediæ: at senes, uel pueri, atque mulieres difficile. Hanc igitur * deffinientes paßionem * Demetrius Herophilus libro duodecimo de paßionibus, peripneumonia, inquit, est tumor in toto pulmonis corpore, ex parte enim si fuerit pleuritis dicitur. Addere autem debuit cum febribus: siquidem sine his peripneumonia esse non potest.

* similia
* aph.10.lib.5.
¶ a Huic autoris iudicio repugnat Hippocr. in Coacis. his verbis. Peripneumoniæ ex Pleuritide trãsmutatæ iis tutiores sunt quæ ab initio fiunt.
* veniunt
* definiens
* eundem citat supra pag. 65.

Quæ est peripneumoniæ intelligentia. CAPVT XXVI.

* Definire

DIffinire* Methodici iuxta Sorani iudicium declinant. Asclepiadis sectatores aiunt esse peripneumoniã parui temporis solutionem cum tumore, atq; febre, solutionem (inquiunt) ob humorũ emißionem:

nem: parui temporis, ad discretionẽ phthisicæ paßionis, quæ est & ipsa solutionis uel effluẽtis humoris per tußiculam exclusio. Peripneumonia (inquiunt) ad discretionem aliarum paßionum, parui (ut supra diximus) temporis, solutionem ingerentium, ut [a] oculorum uel aurium: adiecerunt etiam cum tumore atq; febre. Siquidem solutio, hoc est, eruptio parui temporis* ad pulmonem[b] fit, peripneumonia ad eas partes sine febribus. Huic Soranus occurrẽs definitioni ait: Quum semper strictura in his obtineat, non oportuisse paßionem rheumatismum uel solutionem dici cum tumore, sed forte tumorem cum rheumatismo. Etenim parua maioribus postponuntur. Est igitur secundum nos peripneumonia strictura uehemens, atque acuta, pulmonis, cũ sputis, & siti, & febricula celeri, atq; acuta.

¶ a oculorũ in ophthalmia, et De lachrymationibus: auriũ cum ex inflammatione sordidæ & purulentæ fiunt.

* ex pulmone

¶ b quæ Peripneumonia nõ est sed sine tumore ac febre.

Quomodo intelligitur peripneumonia.

CAPVT XXVII.

INtelligitur ex his quæ concurrunt. Etenim peripneumonicos * sequentur febres acutæ, grauedo thoracis, & sensus laborantium quadam difficultate laterum, atque * medium papularum: iacendi etiam facultas supinæ positionis, atque paulo erectior: frequens etiam sedendi delectatio, atque supra latus iacendi difficultas, ita ut præfocabilis esse sentiatur: uultus rubor, tanquam florens: oculorum ueluti* pinguis aspectus, atque etiam splendor, scilicet in partibus albidis quæ præter pupulam uidentur, & magis cum alterna conuersatione aspiciunt ægrotantes. Sequitur eosdem etiam anhelitus celeritas, tußicula sanguinolenta, atque fellea, uel * fumosa iactans sputa, & in comparatione pleuriticorum fuluiora, uel

* sequuntur

* mammarum & papillarum

* languidus flaccidus

* spumosa

spumosiora: spiratio difficilis: desiderium frigidi atque plurimi aëris* hausti rapiendi: frigidi etiam potus appetitio: os siccum: lingua aspera, ac primo subalbida, dehinc rubra: pulsus uehemens & celer: anxietas, iactatio, uigiliæ iuges, ingemens atque turbulentus somnus. Peiorante paßione thorax etiam extantior fiet, accedente spirationis* persecutione cum quodam sibilatu uehementi, atque aspero. Sequitur etiam colli ac uultus inflatio: & oculorum aut immobilitas, aut difficilis motus: uisus nubilosus, uel nubilus: mentis alienatio: articulorum frigidus torpor, attestante liuore: lingua craßior, atque conductione breuiata: sudor* superiorum partium: pulsus latens aut formicabilis, quem græci myrmizonta uocant: in ultimo, etiam pectoris resonans stridor, quem rhogmon appellant. At si salutaribus prosperata signis paßio cœperit in melius uergere, omnium supra dictorum fiet paulatim deductio, aliquibus etiam semel amputata decisio. Quidam denique in pleuriticam paßionem redeuntes releuati uixerunt, accedente dolore, & plurima spirandi difficultate. Etenim prædicta quæ peripneumoniam designant, uel concurrentia complent, sunt hæc, febres acutæ, spirationis celeritas, ac difficultas, tußicula, atque sputorum uaria emißio, grauatio sine ullo dolore, aut cum paruo, præfocationis* sensu. Est autem paßio generaliter acuta, atque strictura* suffecta, adiuncto leui humoris fluore, quem rheumatismum uocant. Quo fit ut magis stricturam uocemus, etiam si dolor non fuerit. Quippe cum inesse grauedinem atque* pressuram uideamus, & asperitatem, & siccitatem, & acceßionem, uel his similia signa.

* haustu

* crebritate & uehementia.

* colli: frontis: temporum.

* sensus

* excitata, genita.

* somnolentiã

Quis

Quis locus in peripneumonicis patitur.

CAPVT XXVIII.

*PAti in peripneumonicis Diocles uenas pulmonis inquit: Erasistratus uero, arterias. Praxagoras eas inquit partes pulmonis pati, quæ sunt spinæ coniunctæ: *etenim omnem inquit pulmonē pati[a] Herophilus. Si uerò febrem (inquit) fuerint paßi, *pleuriticam facit. Asclepiades uero, eas pulmonis partes pati, quæ * arteriæ sunt adhærentes, quas appellant bronchia. Item Apollonius Herophilus inquit, ipsius pulmonis uenas atq; arterias pati. Soranus autem cuius uerißimas apprehensiones latino sermone describere laboramus, totū inquit corpus paßione uexari, sed pulmonem uehemētius, quod quidem* æstimatum, & non ad expressam fidem accipiēdum iudicauit. Est etiam inutile curationi, quippe quum nihil obstet locorum neglecta specialis apprehensio, ubi totum corpus laborare senserimus, & neque mutabilis sit adiutoriorum qualitas, pro patientibus locis, sed talis perseueret in genere, donec paßio ipsa perseuerat. Manifestum autem ex supra dictis, quomodo possunt similia quæque peripneumonicæ paßionis internosci & accipi. Pleuritici enim, uehementi dolore lateris afficiuntur: dyspnœici uerò quos Anhelosos dicere poterimus, siue suspiriosos, sine febribus esse noscuntur, & non solum celeri atque acuta afficiuntur passione, sed aliquando etiam tarda, atque obtusa, quam græci chroniam uocant.*

* *At enim*
¶ *a Herophilus supra pag: 97. Pleuritin aliquādo fieri putauit, inflāmatione in pulmone oborta.*
* *Pleuritis efficitur.*
* *arteriis*
* *opinione potius quam certa & indubitata cognitione.*

Quomodo curandi sunt peripneumonici.

CAPVT XXIX.

*COnuenit peripneumonicos iacere in loco*medie lucido atq; calido, & ita haberi uel componi, ut* *recli*

* *modicè*

reclinato leuiter thorace collocentur. Ad hoc enim * paßionis, siue schematis genus, ipsi quoq; ægrotantes *releuentur: dehinc abstinētia adhibenda, usq; ad primam diatriton, si nulla obstiterit urgentior causa: seruandi etiam à somno uigiles acceßionis tempore, adhibita articulorum leni atque calida * manuum defricatione. Calefactionibus etiam lenibus ex pannis utendum, actum quum statum sumpserit acceßio, lanarum appositione thoracem secus, atque medio scapularum, sed quæ sint ex oleo calido ac dulci expressæ: declinãte acceßione os colluendum, ac deinde potus dandus aqua calida. Tunc somnus permittendus, adhibita etiã phlebotomia, permittentibus uiribus, sed si intra diatriton in * paßionem uenerint ægrotantes, quod quidem est rarißimum, erit tum phlebotomia adhibenda. Si autem non in ipsa diatrito, tunc unctione utendum: dehinc aqua ora fomentamus, & damus sorbilem cibum, atque tenuem ex alica. Etenim ptisana inflationem facit. Itē oryza cōstringit. * Simyla quoq; in initiis grauis est. Cōficiendus itaque erit, ut suprà diximus, sorbilis succus melle, atque anetho & oleo. At si æger sorbilia * quæq; horruerit, uel recusauerit, alicam dabimus ex aqua calida, aut ouum sorbile. Tunc usque ad declinationem totius paßionis alternis cibabimus diebus, si uires ægrotantis permiserint. Atq; ita thoracē cataplasmamus, & inter scapulã, quod Græci metaphrenon appellant, leni scilicet cataplasmate, uel mulso mediocriter decocto, aut pane ex aqua calida, ex polline, atque fœnugræco, & aqua mulsa, uel fici aridi decoctione. Eius quanquam sit * reflata succositas, tamen manet ueluti mellosa dulcedo. Tunc cucurbita eisdem locis cum scarificatione adhibenda, sed dimißionis

* positionis
* releuantur
* manu
* curationem
* simila
* quoque
* efflata, id est coquendo absumpta

mißionis tempore. Leues autem, quas κέφας appellamus, etiam in acceßione adhibere possumus, & frequentes, atque multis partibus. Tunc uaporatio spongiarum & cataplasmatum apta: & si sese ad tempus grauari sentient ægrotantes, eorum appositionem ægrè tolerantes, tamen ex his plurimum deinde commodi consequentur. Erunt adhibenda, angusto * licet tempore detracta, atque rursum apposita, quo etiam tußiculæ mitigetur inquietudo, & ea quæ egeruntur facilius * lapsa sine ullo tormento reddantur. Erit decoctum mulsum dandum, uel fœnugræci decoctio cum melle: facit etiam * nucleorum contritio mulso admixta, uel amylum aqua contritum. Dabimus etiam eclegmata sorbilia ex lini semine, ac fœnugræci, nucleis, & melle decocto, & ouorum uitellis confecta. Quum statum sumpserit paßio, gestatione leui utemur. Quum uerò declinauerit, uario nutrimus cibo, seruantes ac præcauentes multo tempore ex * liquamine & oleo cibos, siquidem tußiculam commouent: tunc lauacrum adhibemus, & ultimo uinum damus. Pectori autem atq; à tergo circulatim cerotaria apponimus, & oleo dulci confecta, uel cyprino, admixta iridis radice decocta uel meliloto, & secundum aliquos sampsucho. Sed est hoc * acerrimum, quanquam sit calidæ uirtutis. Post cerotarium uerò apponimus quod appellatur diachylon, uel Mnasei. Aliqui etiam adhibuerunt illud quod * Nileus appellatur. Item * Antisophantis, quæ non sunt ita uehementia, & propterea permittenda. Horum sanè compositiones de medicaminibus scribentes, interrogationum docuimus libris. Ex antiquis autem Erasistratus, & Herophilus de ista paßione nihil dixerunt. * Hippocrates uerò libro regulari (quem

* scilicet

* elapsa

* τῶν κοκκάλων

* Garo.

* aptißimum

* Malagma Nilei, & Apollophanis à Celso describitur lib. 5.

* Apollophanis.

* Hæc nec in tribus libris Hippocratis De diæta extant, nec in libro Polybij De diæta salubri. Quare librum eum Hippocratis Diæteticum periisse arbitror.

(quem diæteticum uocauit) peripneumonicæ inquit
* croco. remedium aptandum ex * cocco, atq; galbano, atq; attico melle, uel abrotano; ex aceto mulso atque pipere admixto, & helleboro nigro. Summum (inquit) est etiam panacem in mulso ex aceto confecto decoquere, & liquatũ dare bibendũ. Sed hæc somnia Soranus esse indicauit, & propterea reprobanda, adiiciens, quòd mulsum ex aceto factum constringat, & sit inconueniens tumori. Item Diocles ait peripneumonicos qui
* ptisanæ chylo annum sextum natu excesserint, post iniectionẽ * succo cibari oportere. Sed fortiores atque ualidos uiribus, leuius: imbecilliores uerò, plenius. Omnes tamen cõmuniter parum refici iubet, qui ultra annum quartumdecimum fuerint hac paßione ægrotantes, adhibẽs acerrimos clysteres, & propterea noxios: dehinc
* putans sine ratione ad dierum numerum cibum dandũ * putat. Item libro quem de paßionibus atque causis & curationibus scripsit phlebotomandos dicit, & adhibendum tempus tacuit. Dehinc uentrem commouendum
* exiccans existimat, exagitans atq; * exsuccans interiora. Addit etiam unguentum naribus admouendũ, & succum scamoniæ, quam diagridium appellamus, & hellebo-
* ptisanæ rum & opium * succo consparsum, obsidens odoramentis perniciosißimis caput. Vsque ad quintum diem mulsum ex aceto solum dandum præcepit, excitans
* quæ in aceto est. profectò tumorem, * constrictiuæ uirtutis causa, & immoderata abstinentia uires absumens. Vtitur etiam cum his potionibus uexatiuis, absinthio infuso & thy-
* dat mo decoctis: & eisdem * dans quoq; transuorandũ atq; sorbendum passum cum aceto & mulso confecto. Quæ omnia (ut ratio demonstrat) sunt acria, & propterea tumori cõtraria. Item Praxagoras eandẽ pleuritico-

rum

rum atque peripneumonicorum tradidit curationem. Asclepiades uerò, secũdo libro celerum, uel acutarum passionum, phlebotomiam recusauit. Siquidem nullo dolore ægrotantes afficiuntur, & propterea si fuerit adhibita ex initio, sanguis tenuis atq; subtilis exire uidetur. Sed *errans plurimũ (ut Soranus ait) neq; enim moderatio detractionis sanguinis, mutatione demonstratur: neque etiam solos dolentes phlebotomandos accipimus, sicut idem Soranus libris quos de adiutoriis conscripsit, edocuit. Dehinc ipse Asclepiades ait, quosdam peripneumonicos dolere: oportuit igitur etiam nunc, sicut in pleuriticis, non* ex causa reprobare phlebotomiam, sed à *commorantibus inquirere, utrũ in omnibus peripneumonicis obesse *regionaliter uideatur. Prohibet etiã cataplasmata, & uaporationes, quorum est utilissimus usus, ob relaxandã stricturam. Item reprobat clysteres, atq; omnia medicamina, & quidem rectè, sed non suis conueniens placitis. In phreneticis enim clysteres adhibuit. Item libris quos de uini datione scripsit, in febricitantibus, iugibus, inquit utendum clysteribus. Dat etiam cum aqua mulsa hyssopum, uel tragoriganum, & sunt hæc acria, atque medicosa, quæ Græci pharmacode appellant. Mitescente inquit interea passione, cataplasmata adhibenda, atque cibis, asperioribus diebus, nutriendos ægrotantes existimat, quum nos oporteat sæpe leuioribus diebus cibos dare: tunc puriores siquidem dimissiones occurrunt. Item Titus huius sectator bis in die adhibendam inquit defricationem, quam quidem ueluti quassantem in acutis passionibus reprobamus. Themison uerò, alia quædam de passione rectè composuit. Sed peccat iubendo eos secunda uel tertia die

* errat

* sine

* à signis præsentibus

* rationaliter

gestari

gestari, quoniam nondum sumpserit paßio statum. Iubet etiam cum scarificatione adhiberi cucurbitam declinante accesßione, quum sit adiutorij genus * destrictiuum, & propterea proprium dimißionis: dat etiam bibere aquam frigidam, uel frigidæ uicinam, & non est consequens sorbilibus cibis, atque curationi laxatiuæ potus constrictiuus. Si, inquit, incensa atque longa fuerit accesßio, ut ardore ac siccitate difficultatem faciat excludendi ea quæ tußicula emitti coguntur, dabimus pityidas, * uel nucleos, aut cucumeris semen bibendum cum aqua, aut * secundum modum collecta, & sunt hæc maximè contraria. Augmenti etenim atque accesßionis tempore, etiam aqua quæ nullius est qualitatis, noxia perspicitur. Vtitur etiam amygdalis amaris, quæ ob amaritudinem tumores uehementius accendunt. Item Heraclides Tarentinus eandem iudicauit curationem adhibendam, quæ pleureticis est ordinata. Multi Empirici potionibus atque sorbilibus cibis usi sunt. Item * pityida, & ruta, & mēta, & tragorigano, & abrotano, & pulegio, atque origano: alij hæc singula, alij secum mixta adhibentes: sic denique amylum cum aqua percoctum melli admiscent, ac tunc amygdalas amaras tritas addunt, & hæc sorbilia mouent ramo hyssopi: dant etiam irin, & gentianam decoctam cum pulegio, & anagallide herba, & eryngio, & marrubio, & his similibus, quæ omnia ratione circunscripta * reprobanda sunt.

* quòd discutiat, & impactos humores digerat, & vt loqui solet autor, quòd stricturam soluat.

* siue

* amygdalas amaras. Sic legendum ostendunt sequētia.

* Pityidibus

* damnata, repudiata.

De Cardiacis. Cap. XXX.

CArdiacam * paßionem aiunt quidā duplici significatione nuncupari, communi & propria. Sed communem dicunt eam, quæ substantiam in * stomacho atque ore uentris habuerit, ubi etiam mordicatio se-

* Cardiacam paßionē dicit, quā nos Syncopē vocamus.

* Hæc syncope stomachica est.

quitur ſupradictarum partium, ut Hippocrat. primo & ſecundo libro epidemion commemorat, & Eraſiſtratus libris quos de uentre ſcripſit: propriam autem dicunt eam, quæ* cum ſudore fuerit, atq; pulſu imbecillo, de qua nunc dicere ſuſcepimus. Nomen autē hæc ſumpſit paßio, ut quidam uolūt, à parte corporis quæ patitur. Siquidem putant principaliter cordis eſſe ægritudinem. Alij uero aliter ſentiunt. Siquidem uulgus quadam conſuetudine, propria atq; dominantia *magis nominibus appellat, ut magnum mare, ſacrum mare atq; luem* deificam epilepticam paßionem. Eſt igitur in nobis proprium, atq; uigens, & dominium uitæ continens, cor: quapropter tanquam magna paßio ab ea parte quæ uim ſummæ poteſtatis habet nomen ſumpſit.

* hæc vera ſyncope eſt affectu proprio cordis excitata

* nempe morbum Herculeum.

* magnis

Quid eſt cardiaca paſsio, vel quomodo eius agnitio tradenda. Cap. XXXI.

DEfinitiones * enim Soranus dicere declinauit. Cognitio igitur ſiue intelligentia eius paßionis ab Artemidoro Sidenſi Eraſiſtrati ſectatore tradita eſt hoc modo. Cardiaca (inquit) paßio eſt tumor ſecundum cor. Item Aſclepiadis ſectatores aiunt tumorem ſecundum cor, corpuſculorum coaceruatione ſiue obtruſione effectum. Soranus uero (cuius hæc ſunt) tumoris inquit ſignum nullum ſubeſſe quod in cardiacis uideatur. Item cor pati, non ualde plurimis probabile uidetur: ſed ait cardiacam paßionem eſſe ſolutionem celerem atq; acutam, qua diſiici* corpora per omnes uiarum particulas apprehendit. Fit autem magis æſtatis tēpore, atq; in uiris potius quam in mulieribus, & calidis atq; iuuenibus corporibus, uel habitudine plenis exercitis. Sed præcedētes cauſæ quibus hæc paßio

* Definitionē eius

* corpora illa prima & atoma, quæ noſtri corporis elemēta ſtatuebat

sufficitur, multæ atq; uarie sunt: magis autem iugis indigestio, uel uinolentia, aut post cibũ lauacra, aut post cœnam uomitus, aut mœstitudo uel timor, * in quæ consentiens corpus soluitur in sudores. Emergit autem frequentius quinta uel sexta die, in febribus continuis, uel ardentibus, atque * flammatis.

* in quibus

* inflammatis.

Quomodo intelligimus eos, qui in cardiacam venire possunt, aut etiam in ipsa constitutos.

CAPVT XXXII.

INtelligimus eos qui in cardiacam paßionem decliues atq; proni uidentur, & eos qui sunt iam in eadem constituti, ex his signis quæ concurrunt. Sequitur enim in paßionẽ pronos, * febris cauta, atq; celerrima & flammosa: pulsus celer, densus, humilis, & quasi humectus toto acceßionis tempore, aliquando etiam usq; ad dimißionem, ut etiam, si feruoris releuatio fuerit quadam * circunscriptione collecta, non tamen simili profectu pulsus quoq; erigi uideatur, quippe cũ magis sui comparatione demersior esse noscatur: aliquando etiam ut inordinatus occurrit sed non ita ut deficiens intelligatur, sed celeritate coactus, implicatis saltibus, * ordinibus careat modo. Sequitur etiam fastidium, sitis immodica, somnus paruus, & facilis in suscitatione, hallucinatio, hebetudo, * iactatio: Item genuũ gelidus stupor, atq; cubitorum & tibiarum, crescẽte acceßione, uel usq; ad eius finẽ. Hæc concurrũt aliquando non præuexatis uiribus, sed ratione paßionis effecta: aliquando uero præuexatis ob nimiam sanguinis detractionem, uel uentris coaceruatam effusionem, uel cuiusq; materiæ corporis immoderatã * eliquationẽ, ut peiorantibus febribus dissolutio fit. Addunt uel attendunt quidam etiam aeris æstus * uel utrum temporaliter

* talem febrẽ syncopalem vocant Arabes

* caloris febrilis diminutione

* ordine caret & modo

* ἄσηι inquieta corporis iactatio.

* aut manifestam: aut occultam sensui.

* uel vtrum populariter & cõmuniter abundẽt solutiones,

raliter * abundent solutiones, aut æger sit lactea corporis habitudine, uel si tenerum atque albidum, & diffusum ac pingue habuerit corpus, & aquatum colorem, sit ne etiam hac paßione tentari cõsuetus. Sed hæc (ut Soranus ait) sunt incerta & instabilia. At uero si iam fuerit præsens, sequitur ægros articulorum frigidus torpor, aliquando etiam omnium crurum, uel manuum, aut totius corporis: pulsus densus, celer, paruus, inbecillis, inanis, & quasi fluens: increscente passione etiam demersus, obscurus, tremultus, & formicabilis, & innordinatus ac deserens: attestante hallucinatione, animi desponsione, cum uigiliis iugibus, & quibusdam repẽtino atque coaceruato per totum corpus sudore. Quibusdam uerò primum ceruice tenus, & uultum, paruus, tenuis, aquatus, dehinc per totum, ut supra diximus, corpus plurimus, ac tunc crassus, & *tractuosus, atque uiscosus, uel male redolens, tanquã lotura carnis, respiratio parua atque anhela, & insustentabilis, & per * profectum rara loquutio, ac tremula. Ora pallida, oculi concaui, thoracis grauedo debilitatis causa, animi defectus imminentibus accessionibus. Aliquando etiam* translatis lingua humecta: aliquibus uero ob complexionẽ tumoris parui in uisceribus cõstituti, arida atq; sicca, attestante desiderio frigidi potus. Deficiẽte* ergo, uisus obscuritas, articulorum liuor, unguium uncatio, quã* gryposin uocant, & plurimis mentis integer sensus, quibusdam uero falsitas intellectus, cordis saltus crebrior. Dehinc uehementius deficiente corporis superficies rugosa, & ea quæ pereuntibus frequenter occurrunt, ut solutio uentris. Perniciosum etiam signum est inuoluntaria lachrymatio, hoc est sine ulla ratione: uel ocu

* an multi uelut populari morbo virium dissolutione vexentur.

* glutinosus

* morbi progressum.

* prolata

* ægro

* adunci vngues

lorum ex aliqua parte saniosa atque purulenta* similitudo, uel ex* oculi circulo, quæ nigro colore apparet nata albida macula quæ in unguis similitudinem, uel nascentis, uel crescentis lunæ cornibus respondens paulatim sumit augmentum. Hanc Græci ὄνυχα uocauerunt: item coaceruata integri atq; non masticati cibi transuoratio, cum quodam sonitu, perniciem denuntiat, & magis si immutata atq; indigesta post sumptionem fuerint immorata plurimo tempore, & tanquam in utriculo, moto uentre, sonitum reddant, quē Græci βόμβον uocauerunt, Est enim signum mortuorum corporum, ut tanquam inanimato atq; insensibili tegmine cibus depositus uideatur. Peius etiam omnibus cibi sumptionibus priuari,* fastidio, atq; omnino accipienda recusare, uel etiā uinum non appetere, aut post acceptum cibum grauari potius, uel febrire: Tunc rursum in* solutionem recurrere: ut leuiter resumptum, celeriter* restringi, uel accepta reiicere, & uentrem fluere, aut labiorum pati tremorem: mordere etiam in accipiendo cibo, uel potu, cochlearia, uel poculorū labra. Etenim deficientis spiritus est signum tanquam * lassantis, nec ualētis oris partes attollere, sed morsibus inuoluntariis succumbere. Est etiam grauius diaphoreticū delirare. Siquidem neq; uini datione, neque uarietate ciborum ad subleuandas cōstantius uires uti possumus. Itē grauius est post dationē ac resumptionē rursum in febres recurrere. Tunc cū quadā mœstitudine accidit latēter disiici per sudorem, atq; marcere. Etenim solubile ac* dimissū fit ægrotātibus corpusculi robur: atq; uisus obtusus: lingua aspera, & arida: præcordiorū etiā raptus ad superiora: & post cibum grauatio. Sic etiā ægrotantes multis diebus marcore quodam

* lippitudo
* vulgus vocat la taye, quasi telā. Ea sæpe videtur in moribundis.
* ob fastidium
* virium exolutionem: animi defectū ac deliquium.
* perstringi, i. vt supra dixit, Solutione tentari.
* lassati
* demissum

quodam demersi moriuntur. Neq; enim paruo atque simplici cibo sufficienter refici possunt: neque multo ac solido, ualentius tolerata occurrere digestione in quibusdam etiam sine sudore uires soluuntur, & naturalis uigor, disiectione occulta, quam græci ἄδηλον διαφόρησιν uocant, extinguitur: quum omnis corporis habitudo laxior, atque dimissa, & *friabilis fuerit facta. At si in salutaria signa uenire cœperint ægrotantes, pulsus resurgit: corporis frigus frangitur, & difficultas respirationis minuitur, accedente animi quadam securitate, & post sumptionem cibi, uirium profectu: somnus quoque altior, tanquam post laborem dormientium.*

* *læsa ventriculi*

* *fluxibilis*

Vtrum ne febricitent cardiaci.

CAP. XXXIII.

*QVæritur etiam utrum cardiaci febricitent: & plurimi quidem ante Asclepiadem febricitare cardiacos negauerunt. Alij uero contraria dixerunt, ut Apollophanes Erasistrati sectator. Item Asclepiades plurimos inquit non febricitare. Libris enim quos ad Erasistratum fecit, & appellauit contradictorios, dico, inquit, cardiacos non febricitare: sed secundo libro *oxeon non, inquit, febricitare frequēter cardiacos. Item Themison & Thessalus, Demetrius Aponieus quosdam febricitare aiunt: quosdam negauerūt. Demetrius uero Aponieus incipiente inquit paßione atque crescente omnes febricitare. Post uero cum uehementescere cœperit febris, paßio recedere fertur. Igitur qui nullum aiunt febricitare cardiacum, dicunt quòd febricitantibus plurimus necessario feruor adest: & grauedo cum difficili motu corporis: & ariditas: uel tanquam *uulnerationis singularum uiarum*

* ὀξέων νόσων

* *operatio.*

sensus, & rubor, atq; extẽsio præcordiorum nihil inquiunt horum in cardiacis incurrere: quapropter neque febricitare probant. Dehinc secundum Asclepiadem febricula est, feruor plurimus in omnibus, siue plurimis corporis partibus, commutatioúe pulsus in uehementem, ob obtrusionem facta. At in cardiacis neq; maior est pulsus, sed magis humilis, neque uehemens, sed magis imbecillus: neque feruor plurimus, sed magis in aliis paruus corporis partibus: in mediis omnino leuissimus. Vtendum igitur clysteribus in his qui sine febribus fuerint iubet constantißime. Quidam uero conclusioni uiarum causam febrium ascribentes, aiunt disiectionem siue diaphoresin diraratis partibus fieri totius corporis: *in his uero febrem densatis, quarum ex affricatione quadam nasci ac proficisci feruorem. Apollophanes omnes inquit cardiacos febricitare secundum Erasistratum, siquidem cardiaca paßio ex cordis tumore fieri uidetur, febricula autem magni tumoris fit causa. Item aliqui nouelli scriptores aiunt non signũ esse periculosæ paßionis, sine febribus ægrotare, atque malignas paßiones accedentibus fieri febribus, *tunc diaphoresin *uenire *uel cessantibus sudoribus perseuerare febriũ reliquias. Sed hæc utraq; Soranus excludit, nam primo dicto respondens ait aliud esse signum, aliud accidens. Nam signum, neque recedit, & semper significato coniunctum est. Accidens autem, quod Græci symptoma uocant, nunc aduenit, nunc recedit, ex * quibus esse intelligimus singula quæ febricitantium accidentia dixerunt, ut corporis difficilem motum, grauedinem, tensionem præcordiorum. Etenim aliqui febricitantes nulla ex ipsis * patiuntur; si febricula secundum solutionem fuerit facta

[illegible] * [illegible]

[illegible] *

* febrem vero iis densatis nẽpe ex affricatione corporũ nasci.

* sic, i. cum febre.

* etiam si diaphoreticus sudor cassauerit, repressusq; * ac sedatus sit, ma nere tamen febris reliquias, quod ostendit præcessisse febrem, quæ syncopen uel excitauerit, vel comitata sit.

* ac

* qualia esse

facta: sed feruor mordicans, atq; febrē designans, *tanquam ex alto, quibusdam cardiacis inest. Asclepiades ait secundo libro acutarum uel celerum paßionum nō semper sed frequenter *ex febricula fieri hanc paßionem. At si cardiacos sine febribus esse uoluerit, quoniam non adsunt secundum ipsum febriū signa, respondere poterimus, eum peccare non uidendo uera febriū signa. Nam manifeste atq; prompte in initiis acceßionis atticuli frigidi reperiuntur, & pulsus humilis & imbecillus: quod secundis poterit obiici, *quo putant densitatem uiarū esse febrium *causa. Item aliqui aiūt *complexa ægritudine ægrotare cardiacos, qui cum febribus fuerint. Nam cum aliæ sint uiæ laxatæ, aliæ densatæ, raritate diaphoresis fit, densitate & corporum adfricatione febricula. Nos uero Sorani sequentes iudicium, & solutione absoluta fieri febres accipimus, hoc est raritate uiarum, ut & ipsis est consequens, sicut libris de febribus docuit. Item Erasistrati sectatoribus respondebimus, falsum esse omnes febres ex tumore fieri: siquidem quædam fiunt solutione. At si hoc parum etiam probauerint, cardiacam tamen nullo ex tumore fieri non negabunt. Nam quum sint ægrotantes integro iudicio mentis, & nullo sensu doloris, uel cæteris stricturæ signis afficiantur, cordis inesse tumorem erit falsißimum, atque omnes cardiacos febricitare. Sed neque periculosas paßiones signo febrium designari rectè dixerunt. Est enim cholerica grauis atque periculosa paßio, quæ nunquam cum febribus fit. Antecedere autem febres cardiacam paßionem uerum est, & aliquando sudoribus solui, sicut etiam tumor soluitur in humorem purulentum cōuersus collectione *suffecta. Falsum etiā esse perspicimus,

* tanquam delitescente intus ardore. Nam in cardiacis externæ partes algent.
* cum
* qui
* causam.
* complicatæ
* inducta, & consecuta.

ceſſantibus ſudoribus manere febriculæ reliquias. Plerique enim ſine febribus reperiuntur. Dicimus igitur, (ſicut omnes noſtri methodici) quoſdam ſine febribus eſſe cardiacos, ut eos qui ſanguinis emißione ſoluuntur: quoſdam uero febricitare. Nanque inanibus & *celatis locis, uel ſupra quæ iacuerint antea, appoſita manu, tarda perſeueratione *occurrat plurimus, & mordicans aſcendens feruor ex alto, febrium referens ſignum, atteſtante anhelatione feruenti, cum delectatione frigidi potus. Quibuſdam etiam lingua ſicca atque aſpera inuenitur.

* ilibus, & partibus externis quæ ante viſcera ſitæ ſunt.
* occurrit

Quis in cardiacis locus principaliter patitur.

CAPVT XXXIIII.

PRæpati in cardiacis Eraſiſtratus, & Aſclepiades cor dixerunt: Alij* membranam quæ cor circumtegit: alij diaphragma, hoc eſt membranam, quæ à *uiſceribus diſcernit inteſtina: Alij ſtomachum: alij pulmonem, * atque iecur. Sed hi qui cor pati dixerunt, aiunt primo ipſius ſe nominis teſtimonio iuuari: ſiquidem ideo cardiaca *dicatur paßio, quòd ex cordis ueniat cauſa. Nam cardian græci cor uocauerunt. Secundo, quòd eidem cordi, in ipſa paßione conſtitutis, ſaltus ineſſe uideatur, in ſiniſtra parte, ſecundũ papillam, atq; thoracis grauedo. Tertio ex ipſius paßionis *magnitudo, quæ fieri non poſſet, niſi aliqua corporis parte principali atq; *propria *patiente. Eſt autem cor præſtãs atq; ſalutaris corpori particula, præminiſtrans omnibus *ſanguinẽ membris, atq; ſpiritum. Sed his quidã occurrentes primæ propoſitioni reſponderũt, quòd paßio à magnitudine nomẽ ſumpſerit. Secundæ *quomodo ſimilis* arteriarum cordis eſt motus quòd grauedo etiã quibuſdã cardiacis occurrit in toto thora

* Pericardion
* pulmonibus
* alij
* dicitur
* magnitudine
* præcipua.
* propriè. i. per ἰδιοπαθίαν.
* falſum hoc quod pro cõnfeſſo ſumit.
* quòd
* nempe motũ qui in ſiniſtra thoracis parte ſentitur, eſſe arteriarum, non cordis: ſimiles inter ſe ambo ſint.

thorace, & nõ solũ in sinistra parte, quæ si fuerit, poterit hypezocote membrana patiente fuisse * suffecta, uel cuiusquam alterius uicinãtis corporis, si * locis asscribendæ sunt causæ. Tertio dictæ respondentes aiũt, multas fieri periculosas paßiones, quæ non patientis cordis habeãt causas. Non enim ubi magna fuerit passio, necessario * propriam corporis partem pati accipimus.[a] Quippe cum omnes partes propriæ sint corpori. Alij uero propterea magis falsum dicunt esse, cor ista paßione uexari. Siquidẽ eorũ testimonio qui hoc asseuerant, si propria pars atq; principalis saluti, & propterea * mox pati cœperit, morte præuenit sensum: uulnerata deniq; cum fuerit, statim atq; sine ulla mora, mors uulneris antecedit effectum. * At si multo paruißime fuerit læsa, nihilominus mortẽ necessario * perficit, & non similiter cæteris partibus, aut emoritur, aut durescit, aut in paralysim soluitur. Sed his rursum primi respondentes aiunt, quòd uulneratũ cor celerius interficit, quoniam multis ante præcisis partibus uulnus * accipere, & * pomposa, atq; coaceruata sanguinis fit effusio, nec tamen diaphoresis. Quòd autem neq; emoritur, neq; edurescit, neq; paralysi afficitur, argumentum est quidem non omnino cor pati negãs, sed leuiter pati. Si enim cæteris similiter partibus corporis est natura confectum, iisdem necessario similes sustinet causas. Nos uero * cum Sorani iudicio cùm totum uidemus corpus in solutionem laxari, totũ necessario pati accipimus: neq; ualde nobis de præpatienti loco certandum est, ne in occulta quæstione uersemur. Non enim aut * significatio, aut curatio secundum hæc differenter accipitur, quũ oporteat omnibus corporis partibus adiutoria * prolatari. Aliqui deniq;

* inuecta genita
* quamuis
* præcipuam & principem.
¶ a Si quidẽ omnes partes nobiles ac principes esse dicunt, falsum id est: at si omnes partes integritati corporis cõstituendæ proprias & necessarias esse aiũt, verum id, sed τῇ ὁμωνυμίᾳ & ambiguitate vocis fallit.
* magni momenti
* ac si
* perficit.
* accipit.
* copiosa
* ex
* morbi cognoscendi & ab aliis discernendi ratio
* præcogitari

alios ex corde, alios ex membrana quæ cor circumtegit, aiunt diaphoresi uexari: & propterea eos qui ex membrana cordis *soluũtur, adiuncto dolore laborare, qui pũctionibus crebris ægrũ afficiat: eos uero qui ex corde, grauedinem solã sustinere. Sed his quoq; respondemus, quòd signa sibi fingunt, uera existimantes, cum oporteat, sicuti supra diximus, patiẽtibus quibusque uicinis atq; contiguis *cordi aliquando stimulantem dolorem, aliquando grauedinem consequi.

* animo linquuntur

* cordis

Quomodo discernimus cardiacos ab his qui stomacho patiente sudauerint.

CAPVT XXXV.

QVOniam plerisq; stomachicis adest in accessione sudor, atque articulorum frigus, cum paruo pulsu, & animi defectu & pallore, quæ omnia sunt communia cum cardiacis, horum quoque discretionem faciendam existimo. Asclepiades igitur hæc discernẽs ait, cardiacos, atq; eos qui stomachi *supinitate *decoquuntur, ita internosci, quòd in cardiacis *omnis pulsus sit paruißimus, atque imbecillus, cordis uerò saltus maior, & uehemens, cum grauedine thoracis, atq; spiratione præfocabili: in his uerò qui stomacho patiente deficiunt, *atq; coaceruãt, cæteris arteriis pulsus cordis imbecillus inuenitur, *exceptis cæteris accidentibus, quæ symptomata Græci uocauerunt. Nos uero magnitudinem* pulsus in corde fieri cardiacis non inuenimus. Quippe quum cor ipsum pati sit existimabile potius quam uerũ: grauantur tamen quidam thorace, atq; præfocabili spiramento spirant: quidam stomacho patiente defectione uirium sola fuerunt uexati: atque rursum, cardiaci quidam nulla spiramenti præfocatione iactantur. Dicendum itaque stomacho nunc

*imbecillitate, langore, exolutione.

* deiiciuntur

* omnibus

* validus in arteriis pulsus, saltus vero cordis

* additis

* saltus

nunc tumente, nunc* deficiente feruorem atque dolorem fieri sub his partibus pectoris quæ costis teguntur, uel ex aduerso inter palas: aliquando etiam post cibum* pressuram. At uerò si defectione fuerit stomachus affectus, fluor sequitur saliuarum, & humecta* callositas, & nausea, uel uomitus liquidorum, atque cibi, frigus etiam articulorum. Initio enim nunc feruore, nunc frigore afficiuntur. In cardiacis uerò neque dolor, neque post cibum grauedo, neq; uomitus esse perspicitur, & torpor frigidus idem atque æqualis *perseuerat. Dehinc sudor aliquando cardiacis crassius excluditur, & male redolens, ut saniem uel cruorem simulet: his uero qui stomacho patiuntur, tenuis omnino atq; aquatus sudor inuenitur. Item animi defectio stomacho *incipiente magis accessione fit, cardiacis uerò, recedente. At si uero utræque passiones eodem concurrerint tempore,* obscuratur discretionis fides, sed nihil curatio impeditur. Si quidem iisdem adiutoriis* curentur. Item in cholericis, & tetanicis, uel tumētibus matrice, aut præfocatis plurimus sequitur sudor, adiuncto frigido torpore, qui ita discernitur, quum singularum passionum fuerit consideratio perspecta. In* alia enim uomitum: *in alia colla inclinari: In* alia matricem tumere: in alia *tumorem uehementem esse necesse est. At si nihil ex antecedentibus causis, quæ passionem facere ualent, fuerit repertum,* si tamen præsens atq; prouocata corporis* solutio, quæ cardiacam designet, certo inesse passionem dicimus: nec satis necessarium, unde illa solutio uenerit, inuenire. Non enim curatio pro differentia antecedentium causarum mutanda accipitur. Vocatur autem secundum aliquos quædam passio etiam

Cardi

* imbecillo & languido

* vel grauitatis sensum: vel vt aliquot antea locis, somnolentiam.

* aquositas

* non autem incalescit.

* patiente

* difficilior est

* curantur

* cholerica

* tetano

* tumore vteri

* præfocationē

* sit

* virium exolutio

Cardimona

Cardimona, quam Græci Cardiogmon uocauerunt. Hanc necessario sequitur dolor oris uentris, quem plurimi idiotæ cordis * dolorem uocauerunt. Generaliter autem cardiaca paßio est solutionis, atque una acutarum & uehementium paßionum, sed aliquando huic miscentur quædam stricturæ accidentia, ut tensio, uel tumor partium * mediarum, quæ non speciali concursu, ac significatione sunt cardiacis ascribenda.

* τὴν καρδιαλγίαν

* hypochōdriorum, iliū, ventris.

Quomodo discernimus cardiacos ab his, qui prospero sudore liberantur, quem Græci Criticum vocant.

Cap. XXXVI.

QVoniam etiam prosperi sudores, quos Græci Criticos uocant, habent quiddam circa * uisum similitudinis cum cardiacis ob ipsam redundantiam, quippe in solutionem uehementium uel continuarum febrium salutari motu uenientes, utile duximus eorum ponere discretionem. Multi etenim imperiti Medici prosperos atque mediocres sudores constringentes, morbosa ægrotantibus reddiderunt corpora, diaphoreticos adiuuantes, causa mortis extiterunt. Quare eorum differentiam necessariò ducimus ordinandam, quæ uaria ratione colligitur. Nam primò ex præteritis, dehinc ex genere paßionum, & magnitudine, & temporibus, & sudoris ipsius ordine, & quãtitate, & qualitate significatio firmatur. Ex præteritis inquam quum cõsideramus utrum signa futuri sudoris diaphoretici, an salutaris præcesserint. Ex genere paßionũ, quum qualitatem attendimus paßionis. Si enim solutio inest, sudor etiam inutilis ac diaphoreticus esse monstratur: sin uerò strictura inest, attendẽda magnitudo. Parua enim paßio diaphoresim pati non potest. Si autem

* quod uideatur & appareat simile esse

tem

tem magna fuerit, attendendum tempus. In ſtatu enim totius paßionis, atque *temporalis acceßionis, uel limpida dimißione, criticus magis dolor oſtenditur, in initio autem uel augmento, pernicioſus. Ex ordine inquam ſudoris ipſius. Aequalis enim bonus, inæqualis malus ſudor iudicatur. Ex quantitate ſignum accipimus moderationem conſiderantes. Modicus enim ſudor bonus, immodicus malus accipitur. Sed denique ſudantes, exceſſa * moderatione, diaphoreſin incurrerunt. Ex qualitate autem ſignificationem accipimus, quum tactus iudicium adhibemus. Salutaris enim ſudor calidus, tenuis, & non malè redolens probatur: pernicioſus autem ſudor, frigidus, & * ſuccidus, & malè redolens, atque putridæ carni ſimilis inuenitur. Dehinc ex præſentibus atque concurrentibus ſignis confirmāda ſignificatio. Nam diaphoreticis, magis paruus atque creber, & imbecillis, & inanis pulſus inuenitur, thorax etiam grauatus cum reſpiratione frequenti, & iactatione, ac deſponſione animi, uocis etiam tenuitate, atteſtante pallore. Rectè autem ſudantibus, pulſus erectior, reſpiratio facilior, ac leuior efficitur, & in *ſomno prona delectatio, & omniū aduerſorum minutio, cum animi atque corporis releuatione.

* particularis paroxyſmi

* cùm ſudor nimius & immodicus eſt.

* glutinoſus, viſcidus, & vt ſuprà dixit, tractuoſus.

* ſomnum

Quomodo curandi ſunt cardiaci.

Cap XXXVII.

DEhinc cardiacorum * ordinamus curationem, (Deridendi etenim ſunt qui hoc paßionis genus incurabile iudicantes reliquerunt.) Multos enim * omnes Medici iuxta ſententiam Sorani liberari uidemus. Liuore nanque commoti, argumentatione turpi, aiunt quidam, eos liberari, non qui ſint, ſed uideantur eſſe cardiaci. Quapropter Sorani nos iudicium ſeruātes

* ordinemus

* nos

tes, iacere facimus locis refrigerantibus, atque umbrosis, & obscuris, ut sunt plerunq; hypogea, uel speluncosa, atq; ad aquilonium partem * conclusa, uel certè solis * tactu difficilia. Semper enim atque magis in ista paßione solem præcauendum accipimus, & propterea uehementiæ eius ingreßum, si qua ex parte uenerit, prohibemus. Conuenit etiam neque maiora loca esse, * solubilibus enim plurimus aer esse perspicitur: sed neque plus satis breuia: sunt enim præfocabilia, & quæ facilè feruorem ex ingreßu hominum cõcipiant, quos naturalis impedita spiratio aerem accipere, atque reddere anhelitus raptu neceßario cogit. Denique si non fuerit naturaliter frigidus locus, hoc affectabimus, * specularia detrahentes, nisi sol obstiterit, aut aeris * inæqualitas adiũgitur. Frigore inducto purgatior aer * ingrediens locum, qui sua nouitate ac miti acceßu reficiat ægrotantem. Flabellis etiam latenter aerem refrigerandum dicimus, aqua frigida aspergentes solum, & ea quæ * influxione sui, quam Græci aporrheam uocant, spirationem facilem ægrotantibus facere ualent, circum proiici iubemus. quæ tamen sine ullo percußu atq; odore graui * ualeant aerem facere constrictiuum, ut uitis folia, aut myrti, aut quercus, aut pini atq; lẽtisci, aut mali punici, uel rosæ, atq; his similium. Sic enim * corporis fluor aeris occurrentis afflatu densatus prohibetur. Decocto denique supradictarum materiarũ liquore, frigido tamen, terram perfundimus. Cooperimenta præterea atq; stramenta tenera & tritiora probamus. Etenim noua uaporatione sui corpora resoluunt. Generaliter autem ipsa lecti concubatio neque dura, siquidem uigilias facit, neque plus satis mollis, ut est floccorum, uel leuium plumarum, erit

* reclusa
* tactus difficilia. i. minimè accessa, aut peruia.
* solubilis
* quæ fenestris obiiciuntur, vulgò les chassis, les voirrieres.
* incommoditas
* ingreditur
* effluxione
* poßint
* spirituũ dissipatio, διαφόρησις

erit procuranda. Etenim recessu facili corpori * cedens * utrique orarum * circũleuat tegmina, quæ amplexu quodam corpus * cingendo, uaporatione sui resoluant. Denique etiam quum fuerit * mollior, * erunt coarctanda * straminum uelamento, ne facili (ut suprà diximus) recessu concaua * faciat. Lecti etiam latitudo atque spatium tantum probatur, quantum sufficiat ægro, alterna conuersatione alterius loci frigus accipere, ac * desertum uapore carere, quo mutua uice semper ueluti noua repetendo, frigida inueniat, ut sine ulla lectorum mutatione, in eodem lecto mutatio fieri uideatur. In altera enim parte ægro constituto, alteram sternere poterimus: quippe quum sæpe translati ægrotantes ex lecto ad lectum senserint defectionem, atque paruo motu asperata passionis fuerit magnitudo. Tunc * amplexu atque ligatione * paulo [a] tenaci utemur articulorum, iubentes eos quiescere, non solùm corporis officio, sed si fieri poterit, etiam cura animorũ, lecto mutato ad * grabata ægros transferendo. Augetur enim solutio meatu quolibet. Multum denique sanguine fluentibus prodesse immobilitas ualuit. In statu autem accessionis fouẽdum dicimus caput oleo frigido, atque hispano recenti adhibito, etiã æquali motu aëris accommodato. Densantur enim corpora aëris motu percussa, atque plurimus sudor, non solùm * cedentis aëris, uerumetiam irruentis tanquam repercussu * abstinetur. Vtendum etiam spongiis teneris ex aqua frigida expreßis, quibus ora atq; colla * ægrotantes circumtegentibus uirium resumptionem faciamus, temporum interuallis innouantes. Tunc totum etiam pectus atque oris partes, eodem modo percuramus, * frigidæ infundentes spongias, admiscentes

* quæ iusto mollior est.
* vtrinque
* attollit, sustinet.
* ac id contingendo.
* lecti concubatio
* erit
* superiniecto stragulo
* fiat
* straminum vaporatione
* lintheis ac vinculis, quibus articulos refrigeratos obuoluunt & adstringunt.
* paulum
[a] adstricta
* lectulos humiles, aut humi strata cubilia.
* cedit aer, cũ remouetur flabellum: irruit cùm admouetur, quod alternatim fieri solet ab iis qui agitato flabello ventũ faciunt.
* coercetur, retinetur.
* ægrotãtis circumtegentes
* frigidas

miscentes etiam aceti quiddam, ac iugiter mutantes, ne perseueratione tactus ex uapore tepescant, & amisso frigore non ualeant facere densitatem. Aliquando etiam linteola tenuia tingentes similiter, aut succo plantaginis, aut polygoni, aut portulacæ, aut herbæ

* psyllij *pulicariæ, uel semper * uiuentis, aut myrti, aut rubi

* viui comæ, aut rosarum, uel mali punici decoctionibus, aut hypocistidis herbæ, aut acaciæ resolutæ ex posca, aut oleo hispano, uel lentiscino, pectori atque ori uentris apponimus. At si sudorum perseuerauerit fluor, probandam etiam aspergine quæ suo frigore ac propria

* etiam refrigerantia uirtute, uel obtrusione constringat, iudicamus: * cuius frigerãtia, atque * obtrudentia tactu. Densantia sunt

* emplastica, pychωtica hæc, terra samia & cimolia: * frigerantia uerò, rosa

* refrigerãtia arida, contusa atq; creta: etiam alumen scissum, plumbum exustum, atque lotum, gypsum, mala punica, œnãthe, acantha ægyptia, quam nos Latinè spinam ægyptiam dicere poterimus. Hæc singula commixta, atque corpori aspersa per linteolum rarum, sudantibus locis, uel omnibus locis prodesse probantur. Oportet

* vt ex iis lenia diapasmata fiant autem hæc singula * diligenter contineri, atque ad summam tenuitatem deduci, ut patientibus irruentia, in iis ingressu quodam uehementem faciant constrictionem, & nulla corpus asperitate afficiant, qua possit æger aliter inquietari. Hinc nanque commotus Thessalus unus è principibus nostris eorum usum iudicauit cohibendum. Etenim rectè quoque ualentibus (inquit) parua cuiusquam asperitas contagio uigilias facere solet, stramentisq; irruens, terga iacentium, uel alias corporis partes lacessendo inquietat. Est autem poßibile ex supradictis, & oleo hispano, aut alio similis uirtutis, unctionem facere constrictiuam, non ir-

ratio

rationabiliter. Nanque plurimi medici ad retinendos sudores mannam thuris oui alboribus conterentes, ita ut craßitudinem mellis similarent, tota corpora perunxerunt. Retenta etenim, ut ita dixerim, his uirtutibus corporis superficie, necessariò solutio constringetur. Probamus etiam cataplasmata eiusdem uirtutis, sed alia simplicia, alia ex simplicibus composita, uel uariata. Pro magnitudine etenim paßionis extendi, atque minui uirtutes medicaminum debent, ex quibus sunt hæc: Palmulæ nucales quas *cariotas appellant, tritæ cum oleo hispano, aut mirteo, aut lentiscino, aut melino, aut * roseo asperso, admotoq́; uel polenta, præterea & palmulæ, sæpe uino infusæ, aut aceto, aut posca uehementius profuerunt. Vtemur etiam præinfusis Thebaicis palmulis, & malis cydoniis elixis singularibus, uel admixto amylo diligenter contrito, atque creto. Cogente paßione, etiam galla tusa, atque creta admiscenda erit, uel acacia, uel alumen * & hypocistidis succus, aut rhus Syriacus cataplasmatibus. Vtendum & aliis simillimæ uirtutis, ut palmulis, & malis contritis singularibus, uel cum * altero, uel uitis foliis, atq; amylo, & *rubus, quã Græci baton appellant, uirgultis cõtusis, & contritis, myrto etiam, & polygono, & semper uiua herba, quam * aizon uocãt, & plãtagine, & rosa, & uua * lupina, & portulaca, & intybo, cum polenta, uel palmulis, & pane. Horum singula apponenda sunt pectori ægrotãtis, & præcordiis, ac frequentißime mutanda, quò frigida perseuerent, atq; extẽta medeantur. Possunt etiam * rhus Syriaci sextarij quatuor infusi die atque nocte in aquæ sextariis uigìnti, decoqui, donec quarta pars liquoris remaneat, atque ita colandus, ac rursum coquen-

* caryotas
* Rosaceo aspersæ, admotæq́;.
* aut
* aceto
* Rubi quem
* Aἴζωο
* Solano
* Rhois

dus * unciis duabus donec coagulata omnia fiant, inductibiliáque & digitis conuoluta nullam corpori infectionem dimittant, ut unam * uel eandem* qualitatem sufficiant. Similiter enim imposita constringunt fluida, atque laxata corpora, & stomachi uigorem repræsentant. At si tumor aliquis in præcordiis fuerit, non sine præcautione erit cataplasmatibus his localibus utendum: supra dictis denique erit panis admiscendus, quo nimietas constrictiuæ uirtutis temperetur. At si plurimus fuerit tumor, adhibendum simplicis * pollinis cataplasma, siue panis * infusi, quod Græci omen lysin uocant, iisdem scilicet locis, sed* neque calidum, ne corpus prouocet in sudorem. Nos denique iuxta Sorani iudiciũ præcordiis imponere hoc cataplasmatis genus solemus. Palmulas quas Græci patetos uocant, conterentes cum melle leuiter præcocto, asperso lini semine, atque contrito, ita ut qualitatem faciat * inductibilem, & ut sæpe diximus quæ attrectata manibus nihil de se inquinamenti dimittat: Græci denique amolynton uocauerunt. Tunc linteolo illitum apponimus medicamen. Vtimur etiam pane cum palmulis: atque secundum pectus uel thoracem, prioribus, & à tergo partibus aliqua ex supra dictis apponimus. Potum dabimus frigidum, paruum, atque paulatim, ne liquoris multitudine corpus irrigatum laxetur, sed magis tactu frigidæ qualitatis densetur. Tempus autem cibandi si adiuncta febricula diaphoresi fuerit, erit ex feruore corporis accipiendum, sicut primo libro de febribus scribentes docuimus. At si sine febribus fuerit passio, ex pulsu signum accipere poterimus, cum leuiter erectum senserimus, atque alia * concurrentia fuerint leuigata. Etenim * nunquã ægros

* horis
* &
* cum supra dictis
* purissimæ farinæ triticeæ, aut ordeaceæ.
* in aqua
* minimè
* cohærentem, solidam, firmã
* symptomata
* à Galen. falsum esse monstrat præsertim in natura γυναικοχόλων, lib. methodi.

ægros nutrire poteſt acceßionis tempore quicquam datum: quippe cum magis opprimat, atq; anxium faciat ægrotantem. Quapropter affectãdum artis induſtria, aliis rebus uires uſq; ad dimißionis tempus ſeruare, & ita cibo nutrire. Vtimur* nanque odoramentis. Hæc enim ſenſim quodam nutrimento reficiunt, ac reſumunt, latentem adiectionem corporis faciẽtia, & cum quadam conſtrictione ac denſitate. Denique neq; ſimpliciter, aut indiſcretè omnibus debemus bene olẽtibus uti odoramentis, aut omnibus acrioribus. Alia etenim * percutiunt: alia diaphoreſim prouocant in fluorem. Sit igitur polenta infuſa, atque panis aſſus aceto infuſus, uel mala cydonia, aut myrta & his ſimilia. Hæc enim defectu extinctam corporis fortitudinẽ retinent, ſicut ratio probat, atque Democriti* dilatæ mortis exemplum fama uulgatum. Vtendũ etiam mulſo bene decocto ne uentrem fluidum faciat. Oportet nanque tribus ſextariis, etiam tres uncias mellis admiſcere, & ad tertiam decoquere partem, & exinde ſingulos dare cyathos bibendos. Sic enim corporis ſeruabimus uires, uſq; ad cibi tempus. Aliquãdo etiam pyra concoquenda duracina, quæ cruſtumina uocant, uel cydonia mala: cum nondum audemus quicquam de uino dando tentare his utemur, quæ leniora proculdubio probantur. Erit enim ſuaue, atq; ſtomachum reficiens, & conſtringens ſupra dictum mulſum, tunc cum cibandi tempus uenerit, quod plurima cum cautione erit* apprehendẽdum. Siquidem pleriſq; ex initio acceßionis febrium ſudores concurrunt, pleriſq; etiam in ſtatu, aut declinatione. Cum itaq; inhumectum atq; ſiccum fuerit corpus, erit præcurandum unctione olei frigidi lentiſcini, aut hiſpani: ora etiam fouenda

* ad id

* caput tẽtant

* per triduum, panis calidi vapore & olfactu
Vide Laertiũ lib. 9.

* obſeruãdum, & animaduertendum, ne ſudore exeunte ægroti cibãdi, declinationisq; tempus adeſſe omnino putet.
* ſiccum enim corpus, humectare propoſitum eſt.

aqua frigida ex spongia, cum singularum partium attrectatione. i. blanda frictione. Tunc collutione oris ex aqua frigida dentium limus detergendus. Dandus cibus simplex, sed aliquantulum coagulatus, ac frigidus, ne statim sudorem corpori moueat adiectus. Sit autem eius materia panis ex aqua frigida diligenter elutus ut * sui careat * difficultate, itemq; oryza, & alica ex aqua frigida, * uel suauitatis causa quiddam decocti mellis admixtum. Pultes etiam non oleatæ, oua hapala. At si uires minime fuerint reparatæ, febribus declinãtibus, * ut totius paßionis minui magnitudinem * demonstrent, uarius est dandus cibus, ut cum prædictis demus aliquid pomorum, * ut pyra duracina, & cætera quæ stringere ualent, & uini similitudinem seruant. Sed hæc nunc cocta, nunc syncera dare debemus, mala etiam cydonia atque ea quæ orbiculata uocant, & mespila, & paleales uuas, uel pensiles, quæ iandudum fuerint siccatæ, & damascena, carnis etiam quiddam sed neque indigestibilis, neque difficilis, neque pinguis, neq; * bromosæ, sed eius quæ sit & digestione facilis, & corporis densabilis, ac nutribilis, & sufficiens leuamento fortitudinis extinctæ, ut sunt pulli columbarum, uel gallinæ pastæ, assæ perdices, attagenes, quorum omnium pectora magis offerẽda, & horum * interius, cocta ac * tenuiter accurata ex oleo aqua, anetho, & sale. Facile enim corrumpunt curiosæ, atque grauabiles conditurae. Item si friabilis fuerit caro assata, * tanquam cornea efficitur. Quapropter si quisquam delectatione affectus * accurari uoluerit, erit primo coquenda, tunc assanda. Dandi etiam porcini pedes, ora, auriculæ, & summitates articulorum: dandum etiam cerebrum & uuluæ: dehinc hœdina caro,

* omni: alij. vt salis
* siccitate vt inquit.
* &
& cum
* demonstrãt,
* sicut
* fætentis, virosæ, putidæ.
* interiora, i. uiscera.
* grauiter: alij simpliciter
* obserua diligenter
* accurare

ro, uel* mollium caprarũ, uel syluestrium* caprarum, aut aprorum* clunes, quas Græci ψόιας uocant. Item ex mari mullos, squillas* bãcos, acus, labraces. At si fastidiosi fuerint ægrotantes, damus spondylos, & conchylia, buccina, peloridas. Si hæc omnia fastidio erũt, dabimus ostrea, & echinos. Item olerum intuba, plantaginem, asparagos. Si neque ita uires surrexerint tanquam continuationem * humaniorem indulgẽtiam pro dedignatione paßionis accipientes, ad uini dationem descẽdimus, quod ita* summum generaliter probamus, ut album, atq; non* confusum, & subausterum & medij temporis eligamus: qualia sæpe ita uina probantur, quæ Surrentina dicũtur, uel Falerna, & Trifolina, uel Albana, quæ in Italia nata probãtur: item Græca, Chia, & Lesbia. At si febres tenuerint corpus, leuiora, atque tenuiora offerenda erunt uina, ut sunt in Italia Sabina, & Tyburtina, & gentiliter Surrentina appellata, uel in Asia Trifolina. At si febres nihil obstiterint, erit melius Surrentinũ, uel Trifolinum, atq; Albanum. Si uehementer corpus in solutionem disiici uiderimus, & ex frigido corpore uexari sine ulla febricula, dabimus nutribiliora, ac firmiora uina, ut Setinũ, & Falernum. Sunt enim hæc efficacia & quæ facilius omnia quæ de uino speramus, accelerent, sufficiẽtia fortificare, & totam releuare habitudinem corporis, omni etiam parti atq; particulæ sese insertare, & per omneis tenueis uias celeri potu percurrere, alia quoque nutrimenta se cum trahere, & inducta corporibus insinuare. Sed hæc cum primum dantur medio cibo sunt offerenda cum alica, uel quolibet simili succo.* Aquata etiam atq;* parua moderatione temperãda uel certè cũ pane dissoluto atq;

* tenellarũ ac iuuencularum.
* caprearum.
* lumbi potius
* cancros
* humanioris indulgẽtiæ pro indignatione
* in summa &
* turbidum.
* Aquanda
* congrua

* minus ac infuso dãda: dehinc paulo* plus ac mediocriter mixta, cum aqua frigida, ac recenti, uel niuiũ liquore. Coniiciendum etiam ut mediocriter cibum demus, sed per interualla frequentius, præsentientes iam fuisse digesta prædata. Quapropter melius erit paulatim atque frequenter offerre, quàm semel ægrum nutriendo grauare. Multi etenim largioribus cibis oppreßi, refracti sunt potius quàm resumpti. Nam sicut parua scintilla plurima coaccruatione lignorum opprimitur, uel lucernæ* flammam accersens, olei multa infusione frustratur; parua autem adiectione, atque sumptione recrescit, & rursum ardescit, non aliter corporis uirtus *insumpta immodicis nutrimentis oppressa mortis dabit effectum. Signa autem detrahendi uini hæc sunt. Primo torpor atq; stupor corporis* infractus: pulsus erectior: sudoris quoq; fluor primo non frigidus, dehinc *abstinetur: somnus insequẽs, & ad omnia quæque facilis ægrotantis arrisio. Tunc denique oportet, non* dense atque semel uinum detrahere, sed paulatim subducere, & magis si febres nullæ fuerint repertæ. At si post sudoris* abstinentiam, febrium fuerint accesiones subsequutæ, & ægrotantes sufficienter resumptos senserimus, omnino uinum extemplo detrahimus. Sin uero adhuc imbecillos uiribus uiderimus, dabimus uinum moderatione cautißima. At si forte cibum reiectauerint, debilitate stomachi concurrente, constrictiuis medicaminibus utemur, non solum anterioribus partibus, sed etiam posterioribus pectoris apponentes, addita articulorum ligatione, & appositione cucurbitæ, multa flamma subiecta, quæ infigenda erit ori uentris, atque interdum à tergo, nunc ante cibum, nunc post cibum, qui quidem fre-

* flamma accrescens

* dißipata, exhausta.

* infracti

* abstentus

* confertim: ἀθρέως.

* quæ vires esse reparatas docet.

quenter ac pene continue erit offerendus. At si in* toto non* tenuerint cum uino accipientes, tunc ex aceto dabimus quicquam. Si neque ita, rursum ex aqua tentabimus dare. Plerique enim ex uino atque aceto sumentes, cum accepta non tenuissent, aqua coniuncta magis cibos tenuerunt. In his uero qui fastidio uexantur, erit tentandum ciborum uarietate pugnare. Solent enim ueluti tentandi pulmenti causa, ex multis parua sumendo, unam facere cibi sumptionem. Affectanda etiam * odoramenti resumptio erit, uel nutribilium cataplasmatum atq; * ductionum appositio. At si omnis spes fuerit absumpta, erit per clysterem cibus iniiciendus, sed neque ptisanæ, aut cuiusquam labilis qualitatis, quod facile lubrica faciat intestina. Est enim perniciosissimum in cardiacis, fastidio * attestante uentris fluorem commouere. Quapropter erunt * hæc ex lenticula adhibenda, & primo paruissima. Tunc in uino cum aqua panis attritus, & expressus. Sic enim corpori fit additio: atque uires resurgunt: & stomachus iamdudum supinus fortificatur, * altiora * constringentur. At si omnes partes fuerint solutione laxatæ, similiter hæc omnibus sunt adhibenda, in illis etiam quæ occulta diaphoresi contabescunt. Differentia etenim accidentium mutata uidetur, genus autem paßionis idem manet. Dehinc si profectus quisquam fuerit supra dictorum adiutoriorum, erit implenda resumptio usque ad perfectionem desideratam: sed tunc à lauacro temperandum, aut multo tardius adhibendum. At si febres perseuerauerint, ut in marcorem uenire ægritudo meditetur, quem Græci marasmon uocant, ad eius curationem descendemus, sicuti libris de febribus scriben-

* totum
* continuerint
* odoramentis
* inunctionum
* præsente
* cataplasmata
* quæ sunt in profundiore corpore
* constringuntur.

tes docebimus. Hæc est secundum Soranum cardiacorum methodica curatio.

Quomodo aliarum sectarum principes cardiacos curauerint. Cap. XXXVIII.

*ANtiquorum plurimi cardiacorum curationem tacuerunt, aliqui uerò memorauerunt, ut Serapionis, atq; Heraclidis sectatores, & quidam Herophili, item Asclepiades & Themison paruissime quidem, at iisdem deceptionibus implicati. [a] Phlebotomant enim, & clysteres adhibent acerrimos, & ob calefaciendum articulorum frigus pannos applicāt calidos, & lanas oleo infusas, ac sulfure fumigatas. Terunt etiam oleo ueteri ac sycionio cum pipere sulfur, & cachry, & ammoniaci guttam, & laserpiciū cum bulbis. Cataplasmant præterea ex lasere & bulbis, *sympasmatib. utētes, quæ nos aspergines dixerimus: item & calce cum pipere: cibis acribus utentes, atque *edacibus: *alij salsamento, & lasere: & per totum diem atq; noctem uino usq; ad ebrietatem replerunt. Alij uero in aquam frigidam* ægros deposuerūt. Eudemus Themisonis sectator ait per clysterem aquam frigidam iniiciēdam. Sed hæc omnia grauia, atq; execrabilia, & ægrotantibus perniciosa esse perspicimus. Etenim phlebotomiam nihil iugulatione differre ratio testatur. Quippe cum hæc faciat quæ ipsa nititur paßio, mentem disiicere, & corpus in mortem per sudores soluere, ac ad sua [b] primordia reuocare defluxionem, atq; casum uirium augere. Quibus deniq; cōmoti eorum successores aiunt esse eos phlebotomandos qui proni ac decliues in cardiacam sint paßionem, non aduertentes, quia ipsa quoq; in paßionem prona decliuitas nulla re alia corpus affici quàm solutione testatur.*

¶ a ea remedia videntur instituta ad ἀποπληξίας, quas ob symptomatum similitudinem veteres ij medici ad Cardiacū morbum pertinere credebāt.

** alij vocant διαπάσματα*

** erodentibus*

** aliis.*

** id valet ad syncopen natā ex immodica diaphoresi*

¶ b è superficie corporis materiam retrahere ad cor, & eas partes quæ præcipuè ac potißimum sunt affectæ.

testatur. Clysteres etiã adhibentes quos utiles probauerunt corpora resoluunt, & ob acrimoniã aperiunt. Sed aiunt coaceruatã atq; celerẽ per superficiem corporis * insumptionem retineri, cum ad uentrem, uel intestina fuerint conuersa fluentia. Hoc quidem si more mechanico, ac simili miraculo se facere posse promittunt, ut aperientes uentris interiora, superficiem corporis claudant, erit credibile quod promittunt. Sin uero, ut in omnibus uidemus, superficie fluẽtia augeri potius quam minui interiorum fluxu, debilitate crescente cognoscunt, * contrarius proculdubio clysteris usus accipitur, atq̃ue fluentium relaxator. Dehinc consequens non est, imò etiam incongruum iudicandũ, articulos * igneis medicaminibus confricare, ut ex alto ad semet materiam ducant. Iniicere quoq; intestinis acriora, ut illuc concurrens ex articulis materia, atq; ex omni corporis superficie attrahatur, rursum ad altiora corporis conducta, similis erroris esse probatur. Est igitur melius propria uiarum ac naturæ spiramenta seruare, & non infracta corporis fortitudine, acutiori atq; celeri solutioni corpus aptare. Feruentia uero & ignea & urentia ad uisa mentis simplicia, quæ appellant phantasiam, sunt frigori atque torpori congrua, ad uirtutem tamen incongrua. Est enim solutioni accidens atque comes corporis frigidus torpor, qui feruẽtibus rebus aucta paßione necessario duplicatur.[c] Seruiunt enim dominantibus appendentia. Dehinc acria, siquidem non sint mitigatiua, celeritatem paßionum acutiorem faciunt adiuuando. Prohibemus * iniectionem aquæ frigidæ. Siquidem celerrimè calefacta interiorũ feruore * adiuuet solutionem: facit etiã delectatione quadã uentris officiũ pro-

* dißipationẽ

* noxius & inutilis

* ignis more feruentibus, ac rodentibus.

¶ c si frigidus torpor solutionem sequitur, & acria solutionem augẽt, augebunt & torporẽ. Nam torpor qui appendet solutioni dominanti, ei seruit, & cũ ea simul augetur.

* cùm clystere

* adiuuat

uocari. Non aliter & in aquam frigidam deponendos prohibemus ægrotos: non enim manet lenis atq; mitis *constrictio. Item ex sinapi cataplasma prohibemus. Siquidem *sit recorporatiuæ uirtutis, quam græci μεταϛυγκριτικὴν uocant, cum paßio atq; eius celeritas mitem demonstret atq; exigat curationem. Præterea sinapismi acrimonia hortationem fieri sudorum, nemo est qui nesciat. Sicut enim semper lacbrymã* commouet oculorum acrioris humectatio collirij, non aliter supradicta contingunt. Item bulborum putamina molliunt, non constringunt. Illa uero quæ eorum* corpulenta uidentur, recorporatiuæ uirtutis esse *noscũtur. Reprobamus etiam aspergines ex calce atq; fæcibus, & pipere. Hæc enim singula corpus incendunt, & in ignis uicem suburũt, & superficiẽ corporis uulnerãt: quo fit ut sæpe transitum faciant in grauißimos tumores. Nõ sunt hæc deniq; ex genere mitiũ adiutoriorũ. Est etiã iners allium dare atq; laser, & salsamẽta, uel cõmuniter acriores cibos: sunt enim digestione in uentre difficiles, *atq; in spiratione corporũ tardi, & inflant. Hæc nũc communiter omnib. respõdẽda. Etenim Tarẽtinus Heraclides phlebotomat atq; clysterizat, & calidis, & laxatiuis utitur cataplasmatibus. Nunc quomodo Asclepiadem adhuc quidã rectè loquutũ accipiant, & ea quæ posuit principalia, retractemus.

* quæ ex aquæ frigidæ balneo perficitur.
* est
* apta comparatio
* corpulentiæ uidetur
* noscitur
* digestione ac distributione in corpus.

Vtrum rectè Asclepiades cardiacos curauerit.

CAPVT. XXXIX.

HIc quoq; secundo libro celerum, uel acutarum paßionũ prouidens ne qua sit in corpore cruditas, clysteres adhibet operãtißimos, ob *trãsuersionẽ faciendam. Primo nescius quæ sit operans in cardiacis causa, & tanquã* Herophilus sectator indigestionẽ, atq;

* auersionem, & reuulsionẽ.
* Herophili sectatores

atque corruptionem intuendam existimans: Secundo ignarus, quia post antecedendentem diem esse in corporibus indigestio potest: at uerò cardiacorum passio frequenter quinta, uel sexta die emergere perspicitur. Tertio est grauis, atque noxia clysteris iniectio, non solùm solutione laborãtibus celeri, sed etiam strictura affectis. Siquidem commouet atque turborem corporis efficit, quando fuerit operosior ac frequens: ut uerò Asclepiades iubet in diaphoreticis* interfici, liuor esse probatur. Ipse denique Asclepiades de peripneumonicis scribens confitetur noxios esse clysteres, dicens, clysterum genus nõ in peripneumonicis solum noxium, sed in omnibus etiam sine febre paßionibus insidiosum, atque uexabilem corporum, eorum usum * iudicans, item specialiter indicans iniectionum uexatione corporum solutiones augeri, atque iactationes, & sitim uehementem. Siquidem sunt inquit, utrium captrices. Idem clysterum uexationem etiam in pleuriticis demõstrauit. Similiter & in phreneticis tanquam interfectricem metuit uentris turbatam solutionem, quorum debuit memor neque in cardiacis clysteres adhibere. Alios enim plurima stercorum grauatione oppressos, & propterea sudantes salutare est releuare clystere ad mentis* alienitatem detrahendam, sed hoc simplici atque miti usu clysteris, quos ita affectos non dicimus esse cardiacos. Item post iniectionem adhibet cataplasma sinistræ mamillæ constrictiuæ uirtutis: sed corpus ob excludendum frigidum torporem calefaciendum probat unctionibus olei ueteris, ac defricandum manibus calidis, & pannis circumtegenda loca: ex quibus, calefactiones atque unctiones superioribus dictis excludendas asseruimus.

* iniici noxiũ

* abdicans

* alienationem

Constri

Constrictiua uerò cataplasmata non solùm sinistræ mamillæ erunt apponenda, sed omni pectori, atque præcordiis. Erat autem Asclepiadi consonans approbanti tumorem in corde constitutum, similiter laxatiua cataplasmata eidem adhibere. Dehinc est incongruum, atque non consequens affectare per clysterem è corde aliquid trahere, & constrictiuis cataplasmatibus è superficie corporis materiam ad id quod patitur reuocare, ut stricturam quam esse in tumore cordis aduerterat, duplicare uideatur. Iubet etiam dari uinum * noctibus, diurnis, atque iugiter: sed id uinum cui salem miscuerimus, & quod appellauit tethalassomenon. Citò enim inquit currit, ac labitur, & ad omnia corporis membra peruenit. Cibum dat betam cum lenticula, quem appellauit seutlophacen, uel lenticulam cum ptisana, aut oryza, aut alica, uel aliqua ex maritimis, & quid ultra inquit? ea nos dare conuenit, quæ ægri fuerint uoluntati gratißima. Probat autem uinum dandum * post cibum: siquidem solum facilè * penetret, ac * pertranseat corpora, non aliter quàm si sine ulla fæce per * liquatoria fundatur, quorum cauernæ, nullis obstantibus, facilè accipiunt, atque reddunt accepta. At si post cibum (inquit) datum fuerit, manebit, non aliter quàm si cum fæce, ut suprà dictum est, in liquatoria fundatur. Iubet etiam meracum non mixtum dari. Hac enim ratione (inquit) exustæ uiæ tanquam ex igni conductæ sudorem retinendo constringunt. Est autem iners, & inertiæ plenum, tota die atque nocte uinum dare, & cibo nutrire. Plurima enim adiectione nutrimenti uires opprimi necesse est. Item ptisana uentrem commouet, in fluorem lapsum, * suæ faciens qualitatis.

* noctu, interdiu

* ante

* penetrat

* pertransit

* per colum

* sua fundens & patefaciens qualitate.

Contra

Contraria denique lenticulæ qualitati probatur. Vinum quoque incongruum, atque intemporale, & immodicum probatur. Incongruum, siquidem est salsum, quod appellauit tethalassomenon, & propterea uentrem * soluat, & ex omni corporis parte uires * deponat. Sit præterea inflabile, atque uirium uexabile, non solùm ægrotantibus, sed etiam sanis hominibus. Forsitan[a] hoc & feruens * dederit. Tacuit enim frigidum dandum. * Culpans denique libris, quos de lue conscripsit, Cleophanti sectatores uinum frigidum dantes. Immodicum diximus, siquidem plurimum * det atque extentum: & meracum temperamento quærit, cùm etiam sani quanto plus biberimus, tanto plurimum sudoris effundimus. Intemporaliter autem: siquidem ante declinationē dandū iußit. Est præterea ridiculum, quòd post cibum dandum uinum propterea * dicat, ne citius currens corpora pertranseat, probans e contrariò salsum dandum, quo citius corpora penetret, ac suos effectus exhibeat. Hic est ille Asclepiades frigidans, atque calefaciens, exantlans atque replens, & contrariis semper utens rebus, in his paßionibus.

* soluit
* deponit: est
¶ a vinum
* Asclepiades
* culpat
* dat
* interdicat

Vtrum rectè Themison cardiacos curauerit. Cap. XL.

THemison uerò quædam rectè dixisse perspicitur ob cardiacorum curationem, quædam prauè. Vino nanque cum amylo, trito cum bulbis, & ammoniaci gutta cum uino & oui albore, & pipere trito cum sinapi, corpora defricanda existimat. Dat etiam cibo allium cum pipere: dehinc in scaphulam deponi iubet ægrotantes, quæ sit aqua plena calida. Item post cibum adhibet gestationem, siquidem sint, inquit, imbecilla, ac debilia nimium corporis officia, & indi-

geant hoc adiutorio, quo partim etiam caro commoueatur,* sed [a] promota substantia, hoc est spiritu, atque nutrimento, ex quibus concreta perspicitur: quæ omnia facere ualet gestatio, omni corpori suffundens materiam. Mox denique inquit alleuatos, atque magnitudinem accipientes pulsus inuenimus. Sed hæc Asclepiadis nugis sunt adiungenda. Demonstrauimus enim feruentium medicaminum fricamenta esse necessariò noxia, & sinapi. Tentat etiam inflabiles cibos: & quanquam hæc sint omnibus celeribus atque acutis passionibus inimica, multò tamen uehementius cardiacis. Gestatio uerò & incongrua, & intemporalis esse probatur. Incongrua inquam, siquidem sit laxatiua. Omnis etenim motus uiarum efficit raritatem. Intemporalis autem, siquidem post cibum fieri iubeatur. Etenim si sanos post cibum uexat motio, non permittens naturæ quadam requie, ac tacito motu ad suos effectus * accepta perducere, quid sperare de ægris ac solutione laborantibus poterimus? Pulsus uerò post gestationem erigitur cardiacorum, non ob resumptionem uirium, sed ob turbationem corporis motu conceptam, ex qua magis * adiuuari passionem dissolutione corporis iudicamus. Hic ratio celerum cum febricula passionum curationis terminatur. Nunc transeundum ad eos qui sine febribus esse noscuntur.

* sua
[a] aucta
* cibum ac potionem
* augeri

*

LIBRI SECVNDI FINIS.

CAELII AVRELIANI METHODICI SICCENSIS OXEON, LIBER Tertius.

De Synanche. Cap. I.



Elerum cum febricula paßionum curationem præscriptis tradidimus libris: nunc autem earum quæ sine febribus esse noscuntur ordinabimus, quo cunctarum perfecta distinctio compleatur. Initium nanque à synanchica paßione sumemus, quæ nomen à suspendij similitudine habet, quòd non aliter quàm laqueus præfocans interficiat: nam Græci Anchonas suspendia uocauerunt, siue quòd spiritum contimendo spirationem neget: græci enim συνέχειν continere appellant. Alij uerò etiam cynanchen, uel lycanchen hanc paßionem uocauerunt, siquidem frequenter hæc animalia afficit. Nam canes cynas, lupos * lycos uocauerunt, quorum quoque similes uoces, siue ululatus in synanchica paßione constituti, cùm præfocari cœperint, emittunt. Synanches igitur alia est sine manifesto indicio, alia cum uisibili atque manifesto: & alia intra oris spatium, alia exterius, alia ex utroque, * hoc exteriore, atque interiore, parte dextra uel sinistra, aut in utraque. Denique quidam specialem discretionem etiam nominibus posuerunt, ut Valens physicus libro tertio curationum. Eam igitur quæ sine manifesto tumore est, sine nomine reliquerunt. Eam uerò quæ cum manifesto, si in utraque (aiunt) parte * interiorum fuerit, cynanchen uocandam

* λύκους

* hoc est

* dextra & sinistra parte faucium

uocandam. Siquidem facit difficultatem ſpirationis, atque oculorum promunentiam, & linguam procidentem, tanquam canibus auidis ſæpe contingit, cum ea quæ minimè tranſuorare poßunt, admonente natura, auiditate impauida, minas cõtemnentes inuadunt, quæ ſæpe faucibus inhærentia, atque ancipiti retentione tardata, neque percipere, neque reddere ualuerunt. Eam uerò, quæ in altera fuerit parte, paracynanchen uocauerunt. Item in exterioribus, atque utraq; parte tumore conſtituto hyanchen appellauerunt. Siquidem ſuum colla his ſæpißimè inflatioibus * afficiãtur, quos Græcè hyas appellant. At ſi interius atque exterius, & in * utraque parte fuerit tumor, tunc proprio nomine ſynanchen memorant nuncupandam. At ſi in altera fuerit * parte, paraſynanchen. Nihil autẽ refert ſpeciales differentias proprietate nominum ſeparare. Antecedentes cauſæ quibus hæc ſufficitur paßio aliquæ ſunt occultæ, aliquæ manifeſtæ, atq; cæteris quoq; communes paßionibus, maximè tamen conabiles atq; laborioſi uomitus, plus etiam ſi poſt cibum iam corruptum. Item uinolentia, uel niuis potatio, aut exclamatio uehemens, atque eodem modo perſeuerans, quam Græci monotonon uocant: Item Catarrhus, & acriores cibi præter conſuetudinem accepti, item feruentia, atque ignita medicamina pota, uel purgatio per helleborum prouocata, quibuſdam etiam fœminis menſtrualis retentio purgationis. Afficiuntur autem hac paßione magis uiri quàm mulieres, quorum plus ætatis mediæ & iuuenes, quàm pueri atque ſenes. Hanc *diffiniens Aſclepiades paßionem ſecundo libro explanatorio aphoriſmorum Hippocratis, ſynanche, inquit, eſt humoris fluor, ſiue humectatio faucium, uel

* afficiuntur

* dextra & ſiniſtra

* ſed ſimul extrinſecus, ac intrinſecus.

* definiens

ſummitatis ipſarum, ſæpißime ex capite accidens, ſed hoc peccanter* diffiniunt. Omnis enim humoris fluor quem rheumatiſmum uocant, multi liquoris eſt lapſus, ſiue egeſtio. In ſynanchicis uero tumor uidetur, & nõ, ut ſupra diximus, humoris plurimi egeſtiones, niſi hoc aliquando ex preſſura uenerit. Nos uero iuxta Sorani ſententiam ſynanchen dicimus difficultatem tranſuorandi, atq; præfocationem acutam ob uehemẽtiam tumoris faucium, ſiue in locis quibus nutrimenta tranſuoramus. Adiecta eſt autem tranſuorandi difficultati præfocatio celerrima, ſiue acuta, ad diſcretionem tumoris tonſillarum ſiue uuæ. Vbi enim ſynanche fuerit, etiam tumor neceſſario locorum ſupradictorũ conſequetur, ſed non illico, ubi tumor fuerit eorundem, etiam ſynanche nuncupatur. Siquidem qui mediocri difficultate fuerint tranſuorandi impediti, nondum ſynãchici uidentur. Hæc enim in magno tumore paßio intelligitur habere ſubſtantiam. Item ad diſcretionem præfocationis illatæ per laqueũ. Eſt enim ipſa quoque acutißima, atque celerrima præfocatio, ſed non ex tumore deſcendens.

* definiit

Quæ conſequantur ſynanchicos. Cap. II.

SEquitur autem eos qui iam paßione tentantur querela ſine ulla ratione, atq; difficilis motus colli, & gutturis. Item ſaliuatio plurima præter tumorem, & ſubdolens faucium ſenſus, cum aſperitate ſenſibili. Item difficultas tranſuorandi liquoris ſoliti, ſaliuarum more collecti: * tunc ſpirationis uelut impedimentum, tanquam, * obſtantis craßioris humoris. Surgente uero ac creſcente paßione, ſic ut manifeſto tumore pars fuerit rubens facta, uidebitur tumor fau-

* tum
* obſtãte craſſiore humore

cium, atq; uuæ, & supra linguam partium, & summitatis gutturis, cum difficultate transuorationis omniũ acceptorum. Præfocatio etiam pro tumoris modo, spirationis difficultas, & nausearum prouocatio. Dehinc sicca * tensio si quis os ægrotantis aperuerit, & digito linguam * oppresserit, inuenitur. Crescente uehemetius paßione, omnium tumor efficitur, colli atq; uultus, & humoris craßioris, ac saliuarũ fluor, oculi prominentes, sanguinolenti & uenarum extensio. At si peius increuerit, linguæ ultra dentes ad exteriora prolapsio, ariditas siue siccitas faucium, articulorum gelidus torpor, pulsus celer, densus iacendi difficultas, & magis in supino schemate, uel in latere: frequens etiam sedendi cupiditas, item loquutio nõ articulata, sed confusa, atque cum dolore. At si in exitium paßio cœperit ferri, liuor uultus: uocis amputatio: gutturis atq; pectoris stridor: & recursio, siue recursus poti liquoris: pulsus defectio, quam Graci ἀσφυγμίαν uocant, & quibusdam caninus uocis sonitus, quibusdam oris spumatio. Tunc etiam necessario mortis effectus. At si sine manifesto tumore fuerit paßio, sequitur * collorum tenuitas, cum extensione atq; subrectione inflexibili. Item uultus & oculorum cauitas: frontis extẽtio, color plumbeus, spirationis difficultas plurima, nullo, ut supra diximus, manifesto tumore, siue * inflatione aliqua apparente, neq; in internis, neq; in externis partibus, hebetudo plurima, atq; imbecillitas ægrotantis: & celerrimus, uel * acutus cum præfocatione, mortis effectus. At si circum colla se * ignis sacer infuderit, siue in pectore apparuerit, & fuerit perseuerans, frequentißime bonum portẽdit. Siquidem ascensus tumoris ex alto ad superficiem uenire uidetur. At

si sine

* inflammatio
* depresserit
* colli
* inflãmatione
* acutißimus
* erysipelas

si sine ulla ratione adiutorij cuiusquã medicinalis beneficij, repente* non apparet, salutem negabit, descẽsus enim à superficie corporis ad altiora monstratur. At si forte non secundo irruens, uel ex alto acceptus ad superficiẽ fuerit ignis sacer, sed antecedens paßionem: aut eidem concurrens, omnia mala significat. Humor autem plurimus, siue saliuarum fluor in craßitudinem coactus si in statu apparuerit, mala ostendit. Post statum uero paßionis, salutaria pollicetur. Aliàs enim plurimã præfocationẽ significat, aliàs corporis laxamentum: in quibusdã etiam tantũ tumor increscit, ut stricturã faciat in faucibus atq; gutture, & mento. Est autem paßio stricturæ acuta, atq; celeris, & uehemẽs, & sæpißime continua, aliquando intercapedinata.

* introrsum redit, atq; diuanescit.

Quomodo curandi sunt synanchici. Cap. III.

OPortet in paßione constitutos, iacere loco lucido, atq; moderatæ amplitudinis, nullo etiam odore corrupto, calido. Est huiusmodi laxatiuus aer, & qui primus tumentibus partibus misceatur. Iacendi schema esse supinum conuenit, paulo leuatius capite collocato, firma atq; immobili positione, uel qua se magis releuari ægrotantes dixerint. Omnis enim motus* dolidus est tumore oppreßis. Lanis etiam mundis ac mollibus & non infectis, dulci atq; calido oleo infusis colla protegenda cum thorace, adhibita articulorum blanda fricatione. Transmittitur enim naturalis uaporis laxamentum, etiam ad illas partes quæ patiuntur. Adhibenda quoq; requies & abstinentia usq; ad primam diatriton cum gargarismate laxatiuo, cuius species siue materias paulo pòst subiiciemus. Adhibenda etiam fomentatio olei dulcis calidi, & apponẽdæ exterioribus partibus uesicæ oleo dulci calido se-

* molestus

miplenæ. Adhibenda etiam phlebotomia si uehemẽter paßio coegerit, intra diatriton. Etenim indiget repẽtina sanguinis detractione, ob c. lerrimũ laxamãtum. Si autem minus neceßitas impulerit, in ipsa diatrito, uel durantibus uiribus etiam post ipsam, phlebotomia poterit adhiberi, si tunc neceßitas emerserit faciendi. Cuius facti rationem de specialibus adiutoriis scribentes docebimus. Igitur intra diatriton phlebotomato erit post detractionem sanguinis caput fouendum, atq; collum oleo calido, & ex eodem auribus quiddã immittendum, tunc gargarizandũ. Potum dabimus aquã calidam, uel mulsum, & non coaceruatim, sed paulatim, ne transuoratione graui ac percussu tumẽtia * indignentur. At si in ipsa diatrito flebotomiam adhibuerimus, oportet post detractionem factã circum ungere corpus ægrotantis oleo dulci, atq; calido, & faciem aqua calida mediocriter fouere. Tunc sorbilem cibum dare, sed omnino tenuem, uel fluidum, uel panem ex mulso tinctum. At si transuoratio fuerit difficilis, qua obsistente non percipiant ægrotantes accepta, erit sufficiẽs uiribus fulciendis mulsum guttatim faucibus infusum: perseuerandum etiam usq; ad declinationẽ passionis, in alterna dierũ cibi refectione. Conuenit præterea post phlebotomiam sequẽtibus diebus cataplasmatibus uti, quæ circum colla erunt extrinsecus apponenda, mitti tamen simplicitate confecta, ut est panis calidus ex aqua & oleo, uel mulso diligenter emollitus, uel pollines tritici aut hordei, aut seminis lini, aut fœnugræci. Singula hæc siue commixta ex calida & oleo & melle, uel aqua in qua fuerit decocta hibisci radix, aut contrita & admixta. Mutanda præterea frequentius erunt hæc cataplasmata, ne perseueratione sui,

* irritentur

ne sui, corrupta corporis exhalatione, *in acorem ue- * in rancorem
niant. Erunt etiam calefacienda, quo tardius maneant
*euaporata, positis extrinsecus saccellis ex cantabro * euaporantia
aqua cocto confectis, uel uesicis calida & oleo semi-
plenis. Conuenit etiam spongiarum uaporatio, expres-
sarum ex aqua calida, aut admixto oleo, uel decoctio-
ne mitium materiarum laxatiuæ uirtutis. Apponendæ
quoq; spongiæ collo atq; gutturi, & his partibus quæ
haustum negant, uel ori & naribus: iubẽdus etiã æger
aperto ore ad semet uaporem rapere. Descendentes
enim ad altiora haustu raptæ uaporationes tumorem
relaxant. Sunt etiam gargarismata cõgrua cataplas-
matibus ut oleum dulce est, atq; calidũ, uel calida &
oleũ: *tunc mulsum aquatũ, & decoctũ: & lac singu- * tum
lare, siue cũ melle, aut aqua admixtũ, ut omnia deter- * delibuta, ne
gãtur, quæ forte lactis tactu fuerãt *derelicta, ne rema- remanens
nentia feruore locorũ in acorẽ *ueniant. Item utendũ * ueniat
decoctione cantabri atq; glycyrizæ, uel lini seminis,
ac fœnugræci, sed nusquã ad craßitudinem succi facta
decoctione, ne ob uiscosam tenacitatẽ, humorũ fluori
connexa, difficultatẽ faciat spirationis. Tunc etiã de-
coctione hibisci utendum, uel maluæ agrestis, aut my-
xarum Syriarũ, aut musci herbæ, atq; palmularũ pin-
guiũ, uel fici succulẽti. Item succo halicæ aut ptisanæ.
At si paßio cœperit declinare, conuenit etiã *cybari- * Sybariticum
ticũ & creticũ passum. Ea uero quæ sunt leuiter strin-
gentia, & quæ appellant *stymmata, nunc incongrua * σύφοντα
iudicamus. His enim utemur quoties initia fuerint pas-
sionis, leuibus adhuc querelis affecto ægrotãte, aut do-
lore leui in faucibus, uel uua. Tunc enim etiam Thes-
salus adhibendã poscam iudicauit, siquidẽ pronos atq;
in paßionẽ synanchicã decliues, nec dũ tamen patien-

tes*uocauerit. Vtendum deniq; non solum posca, sed etiã decoctione leuiter cõstringentium materiarũ, ut rosarũ, palmularũ thebaicarũ, lenticulæ, myrti, lentisci, mastichis, quæ singula erũt in mulso decoquenda, uel quolibet ex supradictis succo, quoties uiderimus constrictiuã uirtutẽ admixtione laxatiui liquoris esse frangendã. Facit etiã oryzæ succus, atq; diacodiõ medicamen mulso resolutũ, ac* sæpe substãtia seruata faucibus* illitũ. Non aliter etiã quod diamoron appellatur, & dioporon, & *dyamirrhion,* siue Andronis, & Polyidæ sphragis; & anthera cũ melle, & omne medicamen quod confectum sit ex malo cotoneo, aut punico, uel rosæ floribus, uel mali punici cortice, siue galla, uel omphacio aut lycio, & his similibus. Sed in augmento passione constituta illis utemur, quã supra iandudum memorauimus. Humorẽ præterea feruore *nutritum* si glutinosum uiderimus factũ, tanquã in oculis supernatantẽ, spõgia calida detergimus: sin uero in alto fuerit cõstitutus, *dypyrena immissa prætecto eius capite lana molli, ac limpida. Etenim si remãserit, præfocationẽ magis accelerat. At si nimiũ altiora tenuerit, ut uideri nõ possit, erit tenuãdus, dãdo mulsum, sed præcoctum. Est enim efficacioris uirtutis, quã si nõ fuerit coctũ. Quidam etiam ptisanã dederũt paruo sale admixto. Sed sunt fugienda quæ usque ad sensum ueniunt mordicationis: siquidem tumoribus prouocatis fluor quoq; humorum crassescit. At si uenter officium non agnouerit, etiam clystere utemur, iniicientes aquam calidam cum oleo, nunc solam, nunc admixto melle. Etenim surgens ex isto liquore uaporatio * collaxat tumentia, & egestus uenter facilia facit spiramẽta non solùm synanchicis, sed etiã

sanis

Marginal notes:
* curaueris
* Sæpe
* illita
* diamyrtwn: vel Διαμυῤῥίνης.
* &
* densatum
* si glutinosum factum oculis viderimus tanquam superna tantem,
* dipyrene im missa
* colla laxat

ſanis hominibus. Manens enim* alienitas grauat, atq; oppreßione quadam acerrimas facit corporis exhalationes, quibus tumentia* prouocētur, caput impletur. Sed poſt clyſteris uſum erunt etiam cucurbitæ cum ſcarificatione apponendæ, dimißionis tempore. At ſi continuatio fuerit, initio lucis, quo tempore etiam cæteris* diſtrictiuis adiutoriis uti conducit. Apponendæ aliæ igitur collo tenus, uel gutturi quæ loca anthereona Græci uocauerunt: item ceruici, ſiue neruis maioribus, quos tenontas appellant. Item *ſingulas ex utraq; parte ſub aurium lacunis, quibus in locis etiā faucium poſitio eſſe perſpicitur. At ſi paßio perſeuerarit, & æger ad perferendam curationem fuerit, mollis, ut ferri cuſpide metu ſe contingi prohibeat, ſanguiſugas, quas Græci βδέλλας appellant apponemus iiſdem locis, quæ ſupra memorauimus. *Tunc poſt earum caſum, ſi* minime factam ſanguinis detractionem uiderimus, cucurbitas apponemus, ut præfecta ſanguiſugarū uulneratione, raptu cucurbitæ detractio compleatur, & olei fomento utemur atq; cataplaſmatibus* conſequentib. & uaporationibus: dehinc epithematib. oleo calido infuſis: *tūc ſuperpoſitis ſpōgiis ex eadē materia expreßis uaporamus. Etenim ſaccellorū ſiccā uaporationē tanquā denſabilē reprobamus. At ſi maior fuerit tumor, ipſam quoq; linguā ſcarificamus, atq; fauces & palatū tenui ac lōgiore phlebotomo. Etenim locali ſanguinis detractione tumentia relaxantur. Tunc poſt ſcarificationē mitibus gargariſmatibus utemur. Si declinare paßio cœperit, etiam ſubunctionibus faucium, uel interiorum utemur, ut melle decocto: uel medicamine confecto decoctione agreſtis maluæ, & fœnugræci ſeminis, & lini, cum amylo, & melle, &

*excrementorum aliena & ſuperuacua fex.
* prouocantur
* ſtricturam diſſoluentibus.
* ſingulæ
* tum
* parcius
* conuenientibus: idoneis.
* tum

oleo: uel uuæ passæ medio, proiecto ac secreto semine, *contritis cum pane, uel decoctione lini seminis: uel melle, & passo cretico, quibus incocta sit radix agrestis maluæ, uel alicæ, atq; lini seminis polline. At si passio perseuerauerit, secundo uel tertio scarificationem adhibemus, non solum gutturi, uel tonsillarum uicinitati, quam Græci *antheona uocant, & neruis maioribus ceruicis quos tenontas appellant, sed etiam occipitio & *palis, & interscapulæ, quod Græci metaphrenon uocant, & pectori. Etenim quanquam uehementer loca transuorationis patiantur, cæteræ quoq; partes corporis necessario consentiunt. Multi deniq; non aduertentes rationem *reuincendæ paßionis sola auersione materiæ pugnantes, atq; [a] in liquidis *causis ponentes, principaliter aiunt inguinibus cucurbitas infigendas, tum præcordiis, tum supra mammas, cum scarificatione, dehinc gutturi, atque collo, eiúsque partibus. At si declinatio fuerit confirmata, dabimus cibo pultem, atque oua sorbilia, uel porcinum cerebrum, longè *seruantes omne quod fuerit acre, siue immodicè *appetibile, uel inurens, uel uinosum, uel asperum, aut aridum, uel quod ualeat transuorationis loca lacessere. Facilè etenim paßio ex occasione parua recurrit. Apponenda etiam cerotaria ex oleo dulci, aut cyprino, uel *glaucino, aut irino confecta, uel malabathrino, cum radice hibisci. Tunc lauacro utendum, ac deinde uino.

* contrito
* Antherewna
* wmoplatis
* euincendæ
[a] a morbi causam liquidis siue humoribus tribuentes.
* causam
* reiicientes fugientes.
* apperibile & stomaticũ. infra pag. 271. apertibile.
* Gleucino

Quomodo Synanchicos aliarum sectarum principes curauerunt. Cap. IIII.

ANtiquorum Hippocrates libro quem ad sententias Cnidias conscripsit, ex utroq; oportere inquit brachio synanchicos phlebotomari. Sed hoc erit

euitandũ. Siquidem coaceruata ſanguinis effuſio, animi facit defectionem, & propterea prohibet tantum detrahi, quantum ſufficiat ad relaxandam ſtricturam. Diuidit etiam uenas ſub lingua conſtitutas, quod eſt non ſolum inutile, uerum etiam noxium. Siquidem incongrua eſt ex locis patientibus ſanguinis per uenas detractio. Plurima etenim in exitum prouocata materies confluens, neceſſario completis locis abſtenta, modum ſuperat detractionis, ut grauatæ partes potius aduentu, quàm releuatæ receſſu materiæ uideantur. Dehinc ſubleuandarum uenarũ cauſa erit laqueus collo circundandus, & tunc maxime, quando ſine ullo manifeſto tumore ſynanchica fuerit paßio. Laqueus autem, quòd præfocationem augeat, nulli dubium eſt. Quinetiam ſanguinis fluorem ex ſupra dictis uenis difficile poſſe abſtineri perſpicitur. Neq; enim aliqua cõſtrictiua adhibere ſine ullo periculo poterimus, neque diuiſa colligare erit cuiquam poßibile. Eſt etiam naturale tumentia loca poſt diuiſuram in fluorem ſanguinis facile deuenire. Vtitur quoq; gargariſmatibus calidis, atq; uaporationib. quorũ materiã non enarrauit. Dehinc caput corradi, & iugiter uaporari iubet ſpongiis, tunc contegi cerotario, atq; lana. Potum dat aquam calidam, & mulſum. Paßione declinante ſucco cibandos dicit, cuius ſpeciem non enarrauit: neſcius etiam, quòd in pleriſque declinatio poſt quinque dies, uel ſex adueniat, & ſit immodica uſque ad eius initium cibi abſtinentia. Vaporare uerò oportet, ſed non caput magis, quam colla atque gutturis exordium, quod Græci anthereona uocant. Tunc poſt uaporationem fouere, atque cerotarium declinante paßione apponere. Item neque potum, quantum dandum,

uel quomodo, uel quando, manifestauit. Præterea secundo libro de morbis, clysterizandos inquit, atq; purgatiuis medicaminibus releuandos, quæ Græci cathartica uocant, quorũ ex acrimonia magis tumentia prouocantur. Phlebotomari quoque ex locis sub mamilla constitutis, noxium atque *putidum iudicamus. Noxium, siquidem plurima oportet corpora diuidi, cum neq; facilè sub uisum uenæ deuenire *possunt. Putidũ, siquidem sine ulla difficultate ex brachio poterit sanguinis approbari detractio. Dehinc iugis atq; coaceruata materiarum detractio, clysterum & purgatiuorum medicaminum, & phlebotomiæ, uexabilis esse perspicitur. Item si plurima (inquit) præfocatio occurrerit, clysteris aulifcum quem nos tibiam dicere poterimus, faucibus inquit immittẽdum, incẽdens hyssopum, sulphur, bitumen, quorum rapere odorem præcipit ægrotantem per eandem fistulam: *quorum sine dubio promptus est error. Nititur enim immittere fistulam faucibus, quæ neq; aërem tenuißimum percipere possunt, ui paßionis oppressæ. Dehinc austero fumo ægros implendos existimat, quo sæpe etiam sani præfocatione afficiuntur. Vltimo etiam ex duobus brachiis atque uenis sub lingua constitutis sanguinem detrahendum probat, quod supra damnantes *frustrauimus. Non enim sine multa corporis uexatione fit. Diocles uerò libro, quo de paßionibus & causis & curationibus scripsit, sanguinosos inquit homines ex utroque brachio phlebotomandos. Eos autem qui minus sanguinis habuerint, solum scarificandos. Tum felle taurino cum herba pediculari, quam staphida agrian uocant, & nitro, & cocco cnidio, iugiter inquit ungendos, utens etiam gargarismatibus

iisdem

* uanum: stolidum: inutile.

* poßint

* qua in re

* frustra fieri diximus.

iiſdem. Dat quoque ſub lingua piper continendum, uaporans ſpongiis collum, & cerotariis contegens, præcipiens ægrum tenuandum, ultra quam fas eſt. Neque nunc ſolos phlebotomandos ſanguinoſos probamus, ſed omnes paßione affectos, permittentibus uiribus: neq; ex utroque brachio, ut ſupra docuimus, neq; acerrimis utendum unguentis, & gargariſmatibus, ſicut neque in tumoribus oculorum ſimilibus inunctionibus. Etenim ſtaphiſagria etiam ſanos plerunque ſynanchicos fecit, quum repente *inflationem faucium fieri cogit. Dehinc omnino neq; tenuari, deducendo corpus, ſiue eius habitudinem, conuenit medicinæ, ſed relaxare tumentia rebus congruis ac remißiuis. Item Praxagoras quarto libro curationum, ſynanchicos clyſterizat, & ſudoribus prouocatis *deducit, aliquãdo etiam phlebotomat, dans quoq; medicamen uomificum, quod emeticon appellant. Tunc uuã præcidit, uel aliquando *diuidit, & pice lẽta uulnera curat, ſed horum iudicium ex aliis accipiendum probamus. Nam uomitus ingens diſtentione & præfocatione ſæpe peremit. Dehinc tumens uua laxatione indiget, non amputatione, ſicut neq; aliæ quoq; corporis partes, quæ neceſſario erunt mitigabiliter relaxandæ. Eraſiſtratus ſecundo libro anatomicorum de ſingulis paßionibus ſcripto, in quibuſdam inquit ſynanchicis uaporatione utendum ſpongiarum, atque cataplaſmatibus, & ex uino, medicamen tranſuorandum quod catapotium appellauit, ex caſtoreo confectum: ſed omnia peccanter. Etenim uinum conſtringit: caſtoreum uero acerrimæ eſſe uirtutis nemo negat, quæ indubitanter ſunt tumori contraria. Herophilus de ſynanchicis nihil dixit, Aſclepiades uerò ſecundo libro celerum uel

* inflammationem.

* extenuat, emaciat: vt pagina præcedẽte.

* ſcarificat

acutarum paßionum inquit: synanchicis conuenit sanguinis detractio atque uentris depurgatio, & cataplasmata, & oris collutio, & gargarismata, & superunctiones tenuabiles, atque * apertibiles, ut sunt ex hyssopo, origano, & thymo, meliloto, absinthio, fici coctione, nitro, staphide agria, centaurea, elaterio, felle taurino, cedria, adiiciens etiam cucurbitæ usum cum scarificatione. Negans quidem * quicquam posse sanguinis elicere, siue, inquit, quòd cum febribus sit paßio, siue quòd maior causa sit tumentium partium, quæ contrario raptu superet cucurbitæ feruorem, * & non poßit efficere detractionem. Tum phlebotomiam probat ex fronte faciendã, uel angulis oculorũ, uel uenis quæ sub lingua sunt, uel è brachio. At si maior (inquit) paßio fuerit, * diuidendæ sunt fauces, hoc est tonsillæ, & partes supra uuam constitutæ: etenim * summa est in his æqualis siue par incisura, quam appellauit * homotomiam. Dehinc à ueteribus probatam approbat arteriæ diuisuram, ob respirationem faciendam, quam laryngotomiam uocant, uariæ ac multipliciter peccans. Omne etenim quod acre fuerit, atq; tenuans, incendit humorem. Ipse denique in phreneticam uenturos paßionem multa inquit affici materiæ, ad hæc eiusdem acrimonia. Est etiã noxia & patientibus locis phlebotomia, sicut suprà docuimus. Item clysteribus utendum ob auertẽdam materiam, uel auocandam à locis patientibus, inconsequenter iubet. Est enim contrarium detractioni per uenas ex patientibus locis faciendæ, quam ipse probauit. Item inordinaliter scarificandum primo, dehinc phlebotomandum iudicauit. Etenim locales detractiones * insidente atque infirmata, * & stante paßione, adhibendas probamus.

[Margin notes: * aperibiles — * quidquam posse cucurbita sanguinis elici. — * vt ea non — * scarificandæ — * summi auxilij — * homoiotomiam — * desidente: alij decidente. — * & non]

bamus. Est etiam inexerciti Medici ob febrium causam suspicari materiam raptu cucurbitæ non elici. In usu enim uidemus sine ullo impedimento in febricitantibus effectum cucurbitæ prouenire, atque eductam detrahi materiam. Adducitur nanque caro, & spiritus, & sanguis. Dehinc neque crescente accessione cucurbitas infigimus, tempore quo ad * altiora materia cõducitur. Est præterea tumentium partium molestissima atque periculosa diuisura. Vehementes nanq; sanguinis effusiones efficit, & quæ prohiberi minimè possint. Si enim easdem constringere uoluerimus, celerrima præfocatio consequetur: at si abstinere neglexerimus, celerior mortis effectus sanguinis effusione perspicitur: uel si fortè sanguinis fluorem effugerit quis, cancrum * atque gangrænam non effugiet, ob augmenta tumoris. * Non enim naturali habitu constituta * condiuidũtur, quanquã constrictiuè tractata sæpissimè tumescere uidentes, in tumore constituta cùm diuisa fuerint, si constringendi caruerint facultate, uehementius in tumorem uenire, sperare poterimus. Nam omnino in tanto tumore, in quo digitorum immissio * improba esse perspicitur, atque cataplasmatum, & gargarismatum usus * æger atque difficilis ægrotanti uidetur, quomodo non altiorum diuisura inimica saluti probatur? Est etiam fabulosa arteriæ ob respirationem diuisura, quam laryngotomiam uocant, & quæ à nullo sit antiquorum tradita, sed caduca, atque temeraria Asclepiadis inuentione affirmata; cui, ne nunc occurrentes, latius respondere uideamur, aut tantum scelus angusta oratione damnemus, libris quos de adiutoriis sumus scripturi, respondebimus. Themison uerò sine febribus acutas passiones rectè curare

* externas partes

* siue

* Nos

* cùm diuidũtur

* laboriosa, molesta

* grauis

Asclepia

Asclepiadem probans, huic accusationi subiicietur. Serapion primo libro curationum, clysteribus synanchicos euacuat, atque phlebotomia, & cataplasmatibus, & unguentis acrioribus utitur, & prouocatiuis, & * apertiuis, quæ * anastomatica appellant. Præcauet autem in omni abstinentia cibum uel potum dare. Sed est etiam hic facilè accusabilis. Etenim acria atque tenuātia excitare tumorem nemo dubitat: phlebotomia uerò adiecta clysteribus uexabilis esse perspicitur. Debinc dicens * materiarum nomina, ea ex quibus adiutoria conficiuntur scribere neglexit. * Cùm nullo alio quolibet adiutorio minus utilis cibatio, atq; potus * probentur, arte adhibita, atque formata. Heraclides Tarentinus 3. lib. curationū, de internis scribēs, eos, inquit, qui sanguinis multitudine uexātur clystere præpurgatos phlebotomamus, nunc ex brachio, nūc ex uenis, quæ sub lingua sunt: uaporationibus spōgiarum admotis collo atq; gutturi, ex aqua calida, in qua fuerit præcocta ruta, uel pulegium. * Tunc cataplasmata * apponendo probat quod omen lysin appellamus, ex mulso confectum, cui erit admiscenda chamæpitys, uel iris illirica, aut ficus. Nocte uerò, inquit, cerotarium apponendum ex irino oleo, atque resina iusta parte in comparationem pōderis ceræ. In his uerò quibus * locorum craßitudinem suspicatur, ungendas inquit fauces melle atque omphacio, & gargarismate utitur mulso, in quo præcoquit ficum, uel origanum, & admiscet piper. Dat etiam elaterium in pondere denariorum septem. Multis uerò obolum dimidium cum melle & aqua, aut mulso. Debinc medicamen quod appellauit emeticon uomificæ uirtutis, * & conficitur hoc modo: Origani, atque heracleotici panacis

* aperitiuis
* ἀναστομωτικὰ ea sunt
* medicinarū
* Præterea
* Probatur
* Tum
* apponēdum
* succorum
* quod

nacis, manipulum accipiens, demerge, inquit, in uasculum rubri æris, tum * rhus quod appellamus rubrum, heminas quatuor, atque cepulas * germanas uiginti, quibus circumtollemus exteriorem corticem, & has quassantes * immittimus. Tunc * infundimus uinum Chium, uel Rhodium, aut Cnidium quatuor heminis, & sub sole ante ortum caniculæ uiginti diebus, atque post hortum uiginti diebus, ponemus. Tunc cum fuerit liquor insumptus, infundemus alias quatuor heminas, atque * alia sub sole linquimus. Tunc iisdem diebus mittimus medicamentum in pilam, & conterentes formamus trochiscos, quorum maiores erunt drachmarum singularum, & dimidiæ: Alij uerò drachmarum singularum: item alij dimidiarum drachmarum: singulos dabimus, uirium comparationi congruos, cum mulso, uel pro eclectario cum melle. Etenim uomitum humoris uiscosi hoc efficit, & uentrem deducit. Aliqui, inquit, etiam melanteriam admiscent, & tapsiæ * succum obolos tres. At si difficilis fuerit uomitus, penna oleo ueteri intincta, atque faucibus immissa prouocandum probat. Vtitur etiam aliquando medicamine ex omphacij succo, & elaterio confecto, atq; diagridio, cum nigro belleboro, & sale, si fuerint in uomitum difficiles ægrotantes: uel elaterio cum aceto, & ruta: & rursum elaterio cum sinapi, & salibus. Eos inquit qui perfrictione synanchici fuerint effecti, phlebotomari prohibemus, atque clysteribus depurgari, cæteris uerò omnibus ex qualibet causa synanchicis effectis, erunt hæc adhibenda: fulciendos etiam omnes iudicat uel nutriendos sola aqua, uel mulso, cætera quoque ciborum prohibet. Sed hoc omne experimentum siue tentatio promptißimè ex * occultis suspicionibus uidetur

* rhois
* Germanas: sic fortaßis bulbos vomitorios appellat
* immittemus
* infundemus
* alio
* succi
* dubiis, & incertis, non manifestis & apertis.

detur esse prouisa. Etenim empiricus solam seruationem intuens, quam teresin uocant, sanguinosos nunc phlebotomandos existimat, non aduertens quia omnes synanchicos ob stricturæ uehementiam oportet phlebotomari, promittentibus uiribus. Denique ridendum est etiam, quòd eos, qui ex perfrictione synāchici fuerint effecti, phlebotomandos negat, non aduertens præsentia, & inquirens factorum causas. Noxia etiam sunt cataplasmata, quæ adhibenda probat, atque uaporationis genus, acrimoniæ causa earum specierum quas admiscendas iubet: siquidem sunt * incendiosa. Item uomifica, quæ emetica appellat, etiam nō tumentia in tumorem faciunt deuenire. Etenim ferulago, quam thapsiam appellant, sufficiens est etiam * putredinem partium quas attigerit facere, atque * inflare naturali habitu constitutas. Non aliter etiam illa quæ conficiuntur ex cepe, & omphacij succo, & rhu rubro, uel horū similibus. Item oleum uetus acre est. Illa uerò, quæ cathartica appellat, per clysterem adhibenda, quæ nos purgatiua uocamus, turborem magnum faciunt, atque stomachum uexant, & cætera quæque neruorum. Est præterea iners, tempus dandi cibi non definire. Nostræ etiam sectæ quidam adhuc ueterum errore detenti, insuetas graues materias adhibendas probauerunt. Nunc urinam siue * fimum humanum cum melle, & *myrtha, atque ruta: nunc centauream, & absinthium, & abrotanum, & thymum, & aristolochiam, & tymbrā, quam nos satureiam dixerimus, & sinapi: nunc Pythagoricum atque Isyperium trochiscum, nomine inuentoris appellatum: nunc polyidæ sphragida quam appellant, atque * constrictiua, tum unctiones & cerotaria ex unguentis sampsuchi, atque

roris

* incendiosæ

* vredinem

* inflammare

* pueri, & canis stercus Galenus probauit

* Myrrha

* districtiua: vt suprà pag. 267.

roris marini, quorum singula tumoris sunt prouocatiua ob feruoris nimietatem, atq; desiccandi uirtutem, & *recorporandi, cum sit celeritas paßionis simplicibus curanda uirtutibus.

* τοῦ μετασυγκρίνειν.

De Apoplexia. Cap. v.

APoplexia dicta est, quòd tanquam ex letali percussu repentinum faciat casum. Est autem oppreßio sæpe sine febribus, repẽtina, & *quæ sine febribus priuet corpora, & semper celerrima, & nunquã tarda esse probatur. Sed eius antecedentes causæ communes cum cæteris esse accipiuntur, magis tamen iugis adustio, & perfrictio uehemens, & indigestio frequens, lauacris *excita, usus etiam ueneris, & magis in senibus. Item uulneratio * membranæ, in pueris uero etiam uehemens * saltus mẽbranæ cerebri. Quibusdam igitur ante casum nullum præuidetur signum: quibusdam uero præcedunt quædam significantia passionem, ut grauedo, uel dolor capitis, aut uertigo: aut aurium timnitus, & in solitos usus difficilis motus: uultus mœstitudo: saltus *membrorum, & magis præ cæteris partibus labrorum: tremula loquutio, & ueluti minus expressa: aut interruptio proferẽdi sermonis, sine ulla ratione: uel obliuio mox dictorum: uultus etiam plenitudo: egestionum difficultas. Sed hæc communiter antecedunt, uel præeunt etiam his qui in epilepsiam, uel furorem uenturi uidentur. Irruente passione uocis amputatio sequitur, & mẽtis oppreßio ex repentino casu, immobilitas perfecta totius corporis, atq; conductio uultus: quibusdam etiam suspensio palpebrarum, atq; oris hiscẽs distantia: pulsus densus, & quadam persecutione fugatus: articulorum gelidus torpor: parua respiratio: color plumbeus, atq; inuo-

*vt paulopost, & quæ sensibus priuet.

* excita

* meningis quæ cerebrum tegit

* illisus membranæ, quæ dũ mouetur, vicinis oßibus se impingit.

* palpitatio παλμός

m

luntaria lachrymatio. Peiorante paßione atq; in exitium ægrotantis crescente, uultus adductio, ita ut longior nota uideatur imago: præcordiorum prominentia, atq; totius corporis frigidus torpor: pectoris stridor, & superiorum partium sudores frigidi: immobilis etiam & super suspensa palpebrarum ac superciliorum positio. At si paßio fuerit leuigata, & in salutaria deuenerit signa, corporis fugabitur torpor, atq; frigus redeunte feruore: partes etiam quædam saltu errante mouebuntur, in his qui omnino caruerant: distillatus humor faucibus transuoratur, quamquam difficile, nec tamen* prisca intercesione impeditur. Punctus etiam uel inclamatus ægrotans palpebrã mouet, atque labia conducit, significans sese audire uocantem posse: & uniuersali dicto, quod Græci* catholicon uocant, quidam prima die moriũtur, quidam duobus, uel tribus diebus superuiuunt: Alij uero saluãtur, quorum alij statim sese resumunt, alij paralysi partis, uel partium corporis uexantur. Item quidam parua cõuersione mentis afficiuntur, ut aut alienentur, aut tristes, & somniosi uideantur, ut si eos quisquam è somno excitauerit, aliquid alienum loquantur. Est autem paßio stricturæ, atque celer & acuta, & uehemens, & in senibus abundans, & hyemis tempore & autumni fine. Vocatur etiam à quibusdã paraplexia. Vehementius autem in ista paßione patitur caput, sicuti coniiciendum ex his quæ antecedunt, atq; corporis oppresione. Et sunt difficiles curationes fortium hominum. Debiles etenim oppreßionibus magis superantur, atque ferre maiora adiutoria minime poßunt. Hinc etiam fœminas specialiter difficilius uiris curari perspicimus, atque senes, & pueros, à perfectis ætatibus, & tab

* æquè molesta ac prius.

* καθολικὸν dictum, quod ad omnes in vniuersum patet, & spectat.

& tabidos magis, quã qui habitudine uigent. Item eos
qui prætacti fuerint ægritudine magis quã qui nulla
fuerint morbi cõtagione sauciati. Adiuuat etiã diffi-
cultatem hyems, non solum ꝙ corpora denset, uerum
etiam ꝙ quibusdam adiutoriis* oppugnet, ut gestatio- * repugnet
nibus* liberi, ac nudis. Similis autem ac uicina est apo * non opertis, vt in lectica.
plexiæ lethargia, epilepsia, matricis præfocatio, secũ-
dum aliquos, & paralysis, & grauatio, quam Græci
caron appellant & dissolutio. Discernitur ergo à le-
thargo, siquidẽ omnis lethargus in febrẽ, atq; cum fe-
bre fit, rarun habet pulsum & neq; semper sensibus
*priuet: Apoplexia uero & sine febribus fit, & par- * priuat
uum atq; densum facit pulsum, & repentinũ tanquam
ex letali percussu facit casum. Item* ꝙ ex membranæ * hoc falsum
uulneratione apoplexia fiat, lethargia uero nunquã.
discernitur etiã ab epilepsia. Siquidẽ epileptici qui to
tius corporis conductione* agitẽtur, & spumas* agãt, * agitantur * agunt
apoplecti uero nunquam: Item post accessionem epile-
ptici in egro habitu* consurgant frequentius, apople- * consurgunt
cti uero paralysin partium sustinent: Item apoplexia
acuta atq; celeris semper accipitur, Epilepsia uero e-
tiam tarda sæpissime inuenitur. Item matricis præfo-
catione liscernitur. Siquidem non præcedit capitis
querela natricis præfocationem. Item in accessione
conducta atq; sese sustollens matrix inuenitur, in apo-
plecticis uero hoc nunquã contingit. Dehinc cessante
accessione apoplectæ fœminæ nesciunt gesta, illæ uero
quæ matrice fuerint præfocatæ, * resipiant atq; nar- *resipiunt atq; narrant
rent quemadmodum fuerint oppressæ. Item matricis
præfocatio tarda esse perspicitur, hoc est chronia,
Apoplexia uero nunquam. Discernitur etiam para-
lysi apoplexia, quanquam idem multis uideatur ue-

* is putauit ἀποπληξίαν esse corporis vniuersi παράλυσιν.

teribus, ut * Hippocrati, & Diocli, & Praxagoræ, & Asclepiadi Titiensi, & Demetrio, & si qui alij præterea. Inquiunt enim apoplectos toto corpore uitiatos paralysi, Paraplectos uero particulis. Themison uero capitis uel in capite paralysin cum mẽtis impedimento, proprie apoplexiam uocat. In aliis uero partibus corporis, sine impedimento mẽtis, hanc ipsam paralysin. Sed non oportet certare de his ex quibus curationis ratio non sumitur. Solum tamen cõmemorandum est, quòd apoplexia celeris atq; acuta natura intelligatur, paralysis uero propria quæ dicitur, tarda semper intelligatur. Item* grauatio & * dissolutio inter* resumptionẽ ueniunt, & nunquam præcordia suspendunt, & neq; difficultatem resurgendi ut * alij, faciunt. Curationem uero principaliter apoplexiæ nullus nobilium priscorũ tradidit. Siquidem paralysi generaliter hanc * adscribendam. Solus Hippocrates ait, apoplexiam uehementem soluere impoßibile, imbecillem uero non facile. Item aliarũ sectarum successores aceto atq; oleo caput fouent, cæteras autem partes corporis uino, & oleo, lanis contegentes rudibus, atq; intrectatis. Secundo studiose caput fouent, admiscentes hederam, uel serpyllum, aut peucedanum, quorum fugienda est acrimonia atque constrictio. Adhibenda est igitur paßioni congrua curatio. Nam locandi sunt ægrotantes loco lucido mediocriter, atque calido. Vtendum etiam articulorum blandi tactus * continentia, atque limpidæ lanæ tectione mediis partibus capitis, & collo. Adhibenda etiam olei fomenta dulcis, atque calidi, & expressa ex aqua calida spongia uultus circumtegendus. Potus dandus aqua calida, uel mulsum distillandum sensim faucibus.

*iis quiex morbo conualescũt
* κάρος
* κατάληψις
* Apoplexia
* adscribunt
*contrectatione

Adhib

Adhibenda etiam phlebotomia, non necessario expectata diatrito, dimißionis tamen tẽpore, uel circa primæ lucis exortum, cum ex aliqua parte corporis frigidus torpor uisus fuerit *egelari. Etenim qui prius * regelari.
quã hæc prouisa sunt, in materiæ detractionẽ festinauere, latenter acceßionis tempore decepti, phlebotomiã adhibẽt, uel certe iam expirãtes ægrotos phlebotomãdo, nihil prodesse potuerũt. Siquidẽ neq; materiæ fieri potuerit exitus, cum corpus *desertũ exitũ san- * viribus desti
guinis negat, quanquam diuisa uena uideatur. Adhibẽ- tutum
da etiã abstinẽtia, usq; ad primã diatriton: tum unctio calida, atq; spongiarũ calida expressarum uaporatio, & sorbilis cibus, uel panis aqua calida infusus, uel mulso. At si uentris officium nõ cessauerit, clyster simplex adhibendus, cum cucurbitæ appositione cum scarificatione, tempore quo sæpißime docuimus, occipitio atq; omni spinæ: spongiarum uaporatione utendum, & cataplasmatibus laxatiuis, tum radendum caput totum, & multis partibus eius cucurbitæ similiter apponendæ, & usq; ad declinationem paßionis, alternis diebus cibus dandus: uel si uiribus fuerint ægrotantes fatigati, erunt quotidie nutriendi. At si paßio declinauerit, cerotaria apponenda, & in oleum, uel in calidam & oleum deponendum, atq; fouẽdum corpus. Tum uarius cibus dandus, adiectis oleribus, * tunc piscibus; & * tum
uolantum carnibus: dehinc etiam lauacrum adhibendum, atq; pomorum quicquam dandum: dehinc uinum.
* Seruandus etenim magis est supra dictorum conna- * vitandus
tus atque coaceruatus usus, ob paßionis difficultatem. At si quisquam ex apoplexia liberatus aliquas corporis partes paralysi *uitiauerit, harum curatio- * vitiatas ha-
nem ex libris quos de tardis paßionibus scribentes do- buerit.

cebimus, sumendam iubemus. Eos uerò qui membranæ uulneratione in hanc paßionem cadunt, ita curandos monemus, ut inferius demonstrabimus.

De condictione, quam Græci spasmon vocant, & distentione, quam Tetanon appellant, & earum speciebus. Cap. VI.

Consequens est de conductione atq; distentione, & earum speciebus dicere. Vtraq; igitur paßio ab accidente nomen sumpsit, conductio, à conducendo atque contrahendo: extentio, ab extentione patientium partium. Sed eius species sunt, emprosthotonia, & opisthotonia, quas nos pronum raptum, atque supinum appellare poterimus, alterum habeo, quod in anteriora conductionem facit, alterum quod ad posteriora. Sed antecedentes causæ supra dictarum paßionum, sunt hæ, percussus maiorum neruorum, quos tenontas appellant: uel supra ipsos* iacendi iugis positio, duris incumbens suppositis: uel graue quicquam ceruicibus impositum: uel meracum potum, aut profunda * perfrictio: aut, ut sæpe contingit, uulneratio neruorum, uel musculorum, atque uinum iisdem uulneribus manentibus potum, uel* frigidum, & magis eo tempore, quo sordibus carentia purgari uulnera uidentur, uel in cicatricem uenientia, sæpißime raptus occurrit. Aliquando etiam celerius, hoc est, adhuc uulneribus in tumore constitutis. Est autem iuxta definitionis formam conductio, quam spasmon Græci appellant, inuoluntaria tensio, atque conductio partium, cum uehementia, & acuto dolore, ob stricturæ nimietatem. Distentionem autem, quam tetanon uocant Asclepiadis sectatores dicunt extensionem corporum, ut alij uerò partium, nescij quomodo etiam*

uolun

* adeo

* iacentis

* ψύξις frigoris sensus

* frigidæ aquæ vsus

uoluntate tendimus quasdam partes: & in his qui satyriasi uexantur, uel podagra, extensio est genitalium partium, uel pedum, nec tamen distentio, quam græci tetanon uocant. Alij aiũt distentionem esse tensionem musculorum secundum colla, atque *buccarum, quos siagonitas uocant, cum tensione, ac dolore effecta. Alij nostræ sectæ scriptores pro tensione conclusionem uocauerunt, sub alio nomine ad ipsum significantes. Hanc enim causam paßionis esse uoluerũt. Sed his omnibus communiter respondendum est, quomodo causa à paßione plurimum differt. Dicendum est igitur non quæ causa sit distentionis, sed quæ sit distẽtio. Etenim causa, siquidem sit occulta, *discrepat, atque pro captu mentis, *signorum, uaria esse inuenitur. Ea uero quæ concurrũt paßioni, *hæc esse conductioni, prompta, atque manifesta, & omnibus intelligibilia esse probantur. Et est amandum, ut uires patiuntur, ex his quæ non discrepant, disciplinam si tradamus. Secundũ nos igitur, distentio, siue extentio, quam, ut supra diximus, tetanon græci uocauerunt est inuoluntaria tensio, recto atque inflexibili porrecta *cremento collorum, ob uehementem stricturam, siue tumorem. Raptus uero posterganeus, quem opisthotonon græci uocant, est inuolũtaria colli refractio ob nimiam stricturam, siue tumorem. Pronus item raptus, quem Græci emprosthotonon uocauerunt, inclinatio colli in anteriores partes inuoluntaria, ob uehementem tumorem siue stricturam. Sed inuoluntaria hæc dicta sunt, ad discretionem eorum, qui uoluntate sua colla hoc schemate componunt: ob tumorem autem, siue stricturam, ad discretionem eorum qui ligationibus tormentuosi organi, eas partes sic positas habent.

* buccas

* uaria atque uaria est: differentias multas habet.

* ac signis

* siue

* libramento

Tentantibus igitur in has paßiones deuenire hæc obueniunt: difficilis ceruicis motus: iugis oscitatio, & magis locis uolentibus: sequitur etiam non sine dolore iacendi positio, atque neruorum maiorum quos tenontas appellant, leuis tensio, & durities: punctio interpellans ex spina usq; ad occipitium, atque bibendi difficilis transuoratio, contemptibilis tamen: temporum dolor & magis eo tempore crescens, quo hiscere atq; os aperire uoluerint patientes: auditus grauis: linguæ impedimentum, & imprompta loquutio: saliuarum fluor continuus: surum atq; uestigiorum dolidus sensus, & sine ratione ueluti ridens uultus, cum quadam* mobilitate suarum partium. Ascendente passione, atq; erumpente, distentio dura, & durities partium fit, cum dolore uehementi colli, atq; musculorum qui buccas colligāt: rubor uultus, & colligatio supradictorum musculorum: dentium quoq; concubitus, hoc est, incumbens confixio: sudor plurimus: articulorum frigidus torpor: pulsus obscurus: extensio colli: spiratio difficilis: contractio crurum atq; manuum, & infusi & destillati liquoris in os recursio per nares fit: quibusdam etiam mentis alienatio, cum celerrima spiratione sequitur: gutturis & pectoris stridor. Sed tetanicis recto ductu distenta magis uidentur colla, atque ita, ut inflexibilia fiant. Opisthotonicis uero contractus ad posteriores partes fit, cum nimia tensione, atque dolore dorsi, & clunium. His etiam crura conducuntur, & *neque manus distenduntur: digitos conductos atq; implicitos habent ut Hippocrates ait, & maiorem digitum, hoc est, pollicem cum cæteris tenent, ut frequentius contingit: se quoq; continere non possunt, sed quadam mobilitate resiliunt, cum

*paratis

*locis in affectum uenientibus.

*palpitatione

*æque

cum dolor irruerit. Hi sunt peiores tetanicis, & omnes * ab alteris, quoties non sine uulnere, sed in uulneribus * propriorum ac salutarium locorum his ægri fuerint affecti paßionibus. Emprosthotonicis autem colla conducuntur in anteriorem partem, atque mentum pectori configitur: tenduntur ilia, & præcordia cum frequenti delectatione urinæ egerendæ, & difficili flexu digitorum. Liberari uerò ex his omnibus difficile ægrotantes, si in uulneribus spasmus emerserit, uel si spinæ fuerit innata durities. At si sine febribus spasmus irruerit, facilius liberantur. * Febrem uerò secundum Hippocratem in spasmum uenientem, salutarem accipimus, Spasmum autem in febrem, pernitiosum: quanquam eius excludant sententiam, dicentes quia secundum ipsum febres corpora grauant, multo magis geminant incommodum, cum uehementibus doloribus. Laxat enim, inquiunt, tumorem naturalis ac mediocris feruor: febrium uerò acer, & contra naturam immodicus, uexat. Quapropter ex minutione eorum, quæ * paßionis sunt, spem futuræ sanitatis melius accipimus.

* alij
* principum partium.
* aph. 26. li. 2.
* quæ paßioni adiuncta sunt.

Quomodo discernimus raptum quem græci spasmon vocant, à tremore atque saltu.

CAPVT VII.

DIscernens raptum à tremore, atq; * saltu Demetrius Herophili sectator, in corporibus, inquit, raptu uexatis, motum fieri per extentionem, atq; conductionem: in iis uerò qui tremore afficiuntur, agitatione crebra. Item in his qui saltu afficiuntur, leuabilem & * poßibilem motum fieri indicauit, & magis in partibus sensibilibus, ac neruis qui uoluntario * motu subiecti sunt: spasmum uerò etiam in * colligationibus

* Palpitatione
* pulsabilem
* motui
* in ligamentis.

membrorum fieri sensit, & non solùm in quibusdam sensibilibus partibus, uerum etiam in his quæ sensu carent, atq; ita inquit, gaudio quædam membra saltum sustinere, quædam uerò nunquam: item senectute tremorem fieri, non raptum, asserit. Addendum tamen,
* quod *quomodo sine ulla distentione saltus mouetur, atque tremor efficitur: cum tensione autē uehementi, raptus membrorum fit. Item secundum Asclepiadem extensio atq; conductio partium tarda, & perseuerans esse perspicitur: spasmus uerò breuissimi tēporis & celer-
* motus rimi*tremor. Sed saltum ab his discernentes quidam Asclepiadis sectatores aiunt, non extensione uel cōductione fieri, sed leuatione ac depositione, quod quidam
* æquè non cōsenserunt. Etenim ex tanta leuatione, inquiūt,
* ac atq; depositione quā sustinent, *atq; leuata* ut deposita, extensionem, atq; incuruationem uel flexum fieri
* probant in hoc motu mēbrorum, quem ita fieri perspicimus. Denique medium temporis. Nā iugem *probāt. Hos deniq; motus manuū, quos ita fieri perspicimus, medium aiunt esse saltum raptus, atq; tremoris, magnitudine, hac distātia* temporis iugem extentionem atq; conductionē in tremore fieri magis quàm in saltu, rarā uerò in raptu: Item paruam extētionem ac conductionem in tremore, maiorem uero in saltu,
* latius ingentem in raptu. Dehinc nomen quoq; dicunt communius esse atq;* latè diffusum, quoniā, saltum solemus etiam cordis uocare & arteriarum motum. Hippocr. denique inquit frontis uenas saltum sustinere, cum
* fiat neque tremor in his partibus* fiet. Est enim paßio neruorum. Sed his respondendum est, oportere etiam uenas atque arterias & raptu uexari, atque tremore affici, quantum in ipsis est. Siquidem etiam motus earundem partium, alios atque alios fieri magnitu-
* differentes dine atque temporis distantia *differenter uidemus.

De Curatione. Cap. VIII.

AEgrotantes iacere oportet loco ſufficientis magnitudinis, lucido mediocriter, atque calido, nullo etiam odore infecto, mollibus atque calidis ſtramētis. Prima enim celeritatis morborũ mitigatio eſt ſtraminum mollities. Dehinc ſine cibo facimus ægrotos durare uſque ad primam diatriton, ſi uires permiſerint, ſummo cum ſilentio iacentes. Tum lanis mollibus, ac mundis, oleo dulci & calido infuſis, colla circuntegemus, & buccarum muſculos quos ſiagonitas uocant, & maiores neruos ceruicis, tenontas appellant: tum clunes, atque omne quod doluerit. Sed* ob permanentem feruorem, erunt extrinſecus apponendi ſacculi, uel cuiuſquam materiæ uaporationes, aut ueſicæ oleo calido repletæ, aut panni calidi, aut, ut ſupradictum eſt, ſacculi lini ſemine torrido pleni, uel cantabro feruente aqua, & oleo decocto. Articulos quoque manibus tenentes calefacimus, & ſudorem ob preſſuram ac turborē uenientem pannis calidis excipimus. Frigeſcit enim permanens, & conſenſu partium paßionem geminat. At ſi uehementes fuerint dolores, erit adhibenda phlebotomia, dimißionis tempore, atque ante tertium diem, ſi paßio coegerit: ſi minus, in ipſa diatrito, aut poſt ipſam, uiribus permittentibus. Tunc colluere aqua calida permittimus, & potum accipere. In ipſa uerò diatrito oleo dulci atque calido, & mulſo corpus omne perungemus. Ora etiam aqua calida fouentes, tunc cibo nutrimus ſorbili, atque tenui, ex alica, uel amylo, aut pane ex mulſo, uel pane inſuccato ex eodem mulſo. Oportet enim etiam cibum ebibi potius quàm maſticari, ob denſium concluſionem: quam leuiter digitis aperire tentabimus, prohibentes ligneos, ut

* vt permaneat feruor, lanæ quæ admota eſt:

plerique

plerique adhibent, cuneos. Etenim quassationem partium atque indignationem faciunt, toto tempore cibi sumendi permanentes. Tum cæteris diebus ea quæ fouimus, cataplasmatibus curamus: dehinc etiam spinam totam cum lini * semine, polline, & fœnugræci * semine, singularibus, uel commixtis ex aqua mulsa, cataplasmamus, superponentes extrinsecus quicquam de suprà memoratis calefactionibus, quò poßint cataplasmata multo tempore calida permanere. Item per clysterem oleum calidum iniicimus: uel calidam & oleu: aut aquam in qua fuerit decoctum semen fœnugræci, uel radix agrestis maluæ. Simul enim & stercora detrahimus * præminentia, & tumentes partes fouendo relaxamus. Vtimur præterea cucurbitis, & magis cùm paßio sumpserit statum: sed in acceßione, leuibus: in dimißione uerò, etiam scarificatione adiecta. Erunt autē infigendæ occipitio, & collo. Sed aliquando ante impositas cucurbitas, expressas spõgias ex aqua calida oleo, aut decoctione fœnugræci, aut lini seminis, aut hibisci apponemus. Apta etenim uehemẽter ex his uaporatio * lentescenti liquori ac neruis laxandis accipitur, & quæ musculos buccarum, quos siagonitas uocant, sit sufficiens relaxare. Tunc post uaporationem cataplasmatibus utendum. Aliqui denique non sine ratione commoti, etiam * teneris & exercitis pellibus agnorum, uel hœdorum, oleo calido tinctis, atque madefactis, loca patientia uaporauerunt. Damus etiam oleum calidum ore continendum, & quanquam omni tempore conueniat, magis tamen cùm cataplasmata apponimus, hoc probamus faciendum, quo ex interioribus quoque buccarum colligatio laxatur, cibum dantes alternis diebus, donec paßio declinet: si uires ægrotantis

* seminis
* seminis
* prementia
* viscido, lento, glutinoso
* tenerorum excoriatis

tantis permiserint, in iisdem perseuerabimus, solam aquam calidam, uel mulsum calidum, dimißionis tempore, offerentes. Tunc cùm ex parte paßionem mitigatam senserimus, *embasim olei uel aquæ & olei adhibemus: cuius rationem atque ordinem libris specialium adiutoriorū docebimus. Dehinc quotidianis diebus humaniore cibo nutrimus, præcauentes etiam nunc dura quæque ac difficilis transuorationis dare mandenda, sed magis pultes offerentes, uel olera, uel cerebra, uel pisces teneros, & omne quod facilè accipi ac digeri potest: ne ob uehementem masticationem naturales colligationes buccarum, quas Græci * chalinos uocant, moueantur. Erunt præterea loca ipsa quæ patiuntur cerotario curanda ex oleo dulci, uel cyprino confecto. Item diachylon medicamento, & quod appellant Mnasei. Tunc etiam acopis utemur quæ fiunt ex amylo, atque adipe, & ex infusionibus ac decoctionibus fœnugræci, & lini seminis, & his similibus. Tunc lauacrum adhibemus, præcauentes aquam frigidam: dehinc dabimus etiam uinum, ut sæpe docuimus, qualitate, atque natura, & quantitate congruum. Veterum medicorum Erasistratus tetanicam paßionem non memorauit. Herophylus uerò nihil plus inquit, nisi quòd uehemens opisthotonia rectiora facit ea quæ nodorum spinæ * euulsione arcuata uidentur, & quòd febricula irruens paßionem soluat. Item Serapion primo libro curationum sic inquit curandos tetanicos, quemadmodum phreneticos, quapropter sumēdæ sunt contra ipsum responsiones, quas de phreneticis dicentes docuimus: * item ex his curationem huiusmodi paßionis tradiderūt. Hippocrates libro quem ad sententias * Cnidias scripsit, cerotario inquit ungendos opistho

* ἐμβάσεις, solium.

* tanquam earum fræna, & compages.

* curuatione: alij cōnexione

* quoniam

* libro 4. De rat. vict. in morb. acut.

opisthotonicos, & aqua calida eorum crura fouenda. Iacere iubet in lineis stramentis, utens ad uentrem mouendum collyriis quæ appellauit * balanos, & potionibus ex radice bryoniæ, & dauco, atque uino confectis. Offert præterea farinam coctam tepentem in partem cibi, ut sæpißimè facit, permittens etiam uinum superbibendum, quando uoluerint ægrotantes. Tetanicos uerò phlebotomat, non aduertens adhibendam uere phlebotomiam, sed non solam. Non enim dignum atque sufficiens tantæ paßionis unum adiutorium esse probatur. Item collyria, siue balani, & potiones supra memoratæ, & uinum intemporaliter datum patientibus, contrarium atque saluti noxium monstratur. * Alia enim tempore * importuna neruis officiunt. Item secundo libro quem de morbis scripsit, * ait esse aliquando conducibile tetanico sine uulnere effecto, atque * primæuo corpore, & habitudine uiginti, æstatis tempore plurimæ frigidæ ablutionem, siquidem feruorem * reclamet ac reuocet. Dat etiam nigrum helleborum cum pipere, & lacte * asinino carne concocto potat, atque sternutamentum commouet. Mirandum igitur quòd in his qui tali paßione afficiuntur frigida utendum existimat Hippocrates, qui iamdudum * ait frigida quæque esse inimica oßibus, neruis, dentibus, & cerebro. Sternutamenta etiam commouere tumores nulli dubium est. Item asininum lac nulla ratione laxare tumentia probatur. Dehinc stomachū euertet: siquidem * sit tetri odoris & saporis. Item helleborum nigrum neruos obsidet, atque purgando, uel * deducendo corpus, exagitat. Diocles libro quo paßiones atque causas, atque curationes scripsit, tetanicis inquit adhibēda mictoria medicamina, quæ appellauit diureti-

* βάλανοι, seu collyria, glādes medicorum.
* Talia
* importuno
* Hoc idē scribit lib. de Humoribus, & Aphor. 21. lib. 5.
* iuuenili
* reclamat ac reuocat
* asinino cum Caro cocto
* Aphor. 18. lib. 5.
* est
* extenuando ac emaciando

diuretica: tum uentrem deducendum, atq; uacuandum: dat etiam bibendum passum aquatũ pueris, uel his qui ex uulnere in paßionem ceciderunt. Prohibet etiam cibum dari, & iubet ea quæ paßione tenduntur, uaporari, & emolliri. Item tertio libro de curationibus similiter clystere utitur, & uinum dulce dat bibendum, adhibens uaporationes nunc siccas, nunc humectas: & ungit cerotario, atque lanis patientia contegit loca. Sed ex his primo mictoria uesicam mouentia omnes prouocãt neruos, qui tunc summo atque attento sensu *habitantur. Dehinc clysteres acerrimi, adurendo, tumores asperiores efficiunt, quos adhibendos existimat. Est etiam uinum repugnans, priusquam paßio declinauerit. Et quanquam omne, magis tamen dulce, quod opportunè datum inflat: denique etiam sanos, & indigestos, atque * inutiles & * implicitos facit. Est etiam profectò peccantibus prohibito cibo uinum dare. Item uaporationes humidæ siccis atque aridis repugnant: & usus cerotariorum soli paßionis declinationi cõueniens inuenitur. Praxagoras tertio libro curationum uaporationibus utitur, & clystere, & uomitu. Quanta autem uexatio sit uomitus, arbitror superfluum dicere. Est enim etiam impoßibilis usus eius in his, qui neque ad transuorandum potum os aperire possunt. Heraclides Tarentinus secundo libro interiorum paßionũ tetanicos & opisthotonicos clystere curat, & præpotat iure gallinaceo & lasere, cùm primo sint hæc uentris inflabilia. Item laseris uirtus acerrima, clysterũ uerò incendiosa. Dehinc Asclepiades secundo libro celerum uel acutarum paßionum incipiente, inquit, dolore tetanicos aqua calida fomẽtamus, nocte atque die scilicet, ut præter incongruæ qualitatis

* afficiuntur

* segnes, tardos.

* anxios, mœstos

qualitatis percussum, etiam temporis peccato, atque immodicæ quantitatis, dolentia prouocentur, quum sit tunc mitigationis atque blandimenti opportunitas. Interea inquit saccellis ex milio confectis fouemus, uel cachry, uel salibus, quæ quidem sine dubio ob acrimoniam acutis paßionibus sunt contraria, tanquam acre collyrium his qui acutis doloribus oculorum afficiuntur. Hic præterea etiam inquit aridas uaporationes operantius mederi, quàm cataplasmata, non aduertẽs, quia tunc nerui ob colligationem tumoris indigent laxamento atque indulgentia. Ex siccis autem uaporationibus, ut etiam ipse * confitetur, siccantur, & tenuantur, & arescunt corpora. Conuenit etiam (inquit) cataplasma simplex, quod omen lysin appellant, pueris atque mulieribus, & uiris quorum corpora fuerint dimissa, atque mollia, uel tenera, cùm potuerit id omnibus conueniens dicere. Quid * enim tam uanum atque (ut ita dixerim) ridiculum, quàm ob usum cataplasmatum naturam, uel ætates, ac uitæ consuetudinem * præseruare? Dehinc possunt pueriles ætates, uel muliebria corpora non libere educata, neq; mollia inueniri: quo fit ut cõmuniter in omnibus utilißimum cataplasmatis adiutorium prohiberi uideatur. Ob * istius errorem qui non manifestis intentionibus res aduertendo, falsis curationibus implicatur, adhibet etiam clysteres acerrimos, atq; uehementius operantes, salutarem putans ex his febrem generari, quo raptus, siue adductio materiæ è partibus patientibus ad intestina fiat. Quæ igitur maior accusatio esse potest acerrimi clysteris, quàm quòd febrem facere promittatur? Quid enim utile ex eo sperare possumus, ex quo id perficitur quod etiam sine tetanica paßione graue corporibus

Nota comparationẽ haud illepidam.

* *lib. 1. de rat. vict. in morb. acut. idẽ Hippocr. scribit.*

* *hoc falsum, & si credatur, perniciosum?*

* *obseruare.*

* *istum*

bus existimatur? Probat etiam uehementes* feruores* similis acrimoniæ, iubens saccello sale pleno aqua calida tincto partes quæ patiũtur uaporari:* Tunc duobus cauteribus alternis sales incendi, ut ex ipsis inuadens quædam spiratio penetret altiora. Sed horum acrimoniam iampridem reprobauimus. Idem * ignem plurimum accendens, & * superponens ægrotantem, omnes spondylos spinæ oleo per diem atq; noctem iugiter fricat,* at est uehementer culpabile. Omnis etenim impreßio, & tumentia prouocat & dolorem geminat. Item iugiter diem atq; noctem* id facere iubet, usu etiam sanos potest quadam uexatione* in consensum mittere: quippe cum sæpe in uno latere iacentes, atque eodem tardantes schemate, uexemur. Item plurimus frictionis usus densat: deniq; etiam in feruẽtibus lauacris corporis superficies perstipatur. Et quid ultra dicam? cum sit euaporatiuæ uirtutis paroptesis, tetanos autem mitigatione indigeat, ob celeritatem sui. * Item ait cucurbitã utilem magis quã phlebotomiam huic probari paßioni, nisi (inquit) febres prohibuerint materiæ* detractionem: uel in uenis plurima fuerit plenitudo. Tunc enim erit phlebotomia adhibenda in ipsa uehemẽtiæ summitate. Difficile enim inquit detractionem fieri corpusculorum posse, tempore dimißionis. Sed dicimus contra neq; raptum cucurbitæ posse febribus cohiberi, sicut in ipso sæpe opere probauimus: neq; melior phlebotomia, uel * prælatior usus cucurbitæ esse potest. Etenim in augmento phlebotomia locum habet, quo tẽpore cucurbitã adhibere non * licet: neq; cucurbitæ tẽpore phlebotomiã, quo noxia probatur. Tẽpus etiã phlebotomiæ illud est, quod etiã aliorũ* amputãtium* adiutoriorũ, ut est dimißio

* vapore sale
* tum
* παρόπτησις Asclepiadis, mirũ auxiliũ.
* prope apponens
* quod est
* quod facere
* dolorem in iis per consensum excitare.
* Idem
* per cucurbitulas, vide pagina 272. & 273.
* prælatior eius vsus quam cucurbitæ
* licet, vt neq;
* amputantia remedia, quæ nunc Eradicatiua vocant.
* adiutoriorũ, nempe dimißio, non totius augmentũ passionis. In augmento enim,

nis, in totius augmẽto paßionis in acceßione enim simpliciter mitigantibus utimur adiutoriis. Asclepiades autem ob extinctam falsis intentionibus* causam, neq; aptum scire potuit phlebotomiæ tempus. Declinante igitur paßione ægrotantes nutrit, atq; succis, & sorbilibus cibis. Sera igitur si declinatio fuerit, quam expectandam ob nutriendum putat, aut ut sæpe contigit, post decẽ dies effecta, immodica atq; interfectrix tãta abstinentia iudicatur. Dehinc quæ ægro adhibenda sint, docere neglexit, utrúmne piscium, an uolantium, uel quadrupedum, sed omne genus *corruptibile atq; inflabile complexus est. Præterea linquẽs uerè resumptoria adiutoria, quæ magis fuerant demonstranda, aliena ordinauit. Hæc sunt quæ Asclepiadi respondenda probamus. Cõmuniter autem repudianda est omnis alia *quæq; fuerit acrior materia. Etenim quidam, sicut Clodius Asclepiadis sectator memorauit, laser, quem Græci opon cyrenaicon uocãt, cera inuolutum bibendum tradiderunt. Dant etiam castoreum præbibendum, & ferulagine, cũ euphorbio colla perungũt, atq; spinam. Item pleriq; superficiem uulnerant ignis ustura, & ex sinapi atque fico adhibent cataplasma. Alij frigida fouent, cum nimiam uiderint tensionem, & post perfusionem frigidæ, fricant calidis rebus. Alij utuntur etiam lauri baccis, & thymo, & origano, & nepeta, & hysopo, & herba saluia, & butyro & cedria, & herba *pulicaria, * & semper uiua: ausi etiã quidam uiscellum ranarum dare, quæ omnia prompta atq; manifesta peccata probantur. Alia enim ob acrimoniam tumorem *prouocant, ut euphorbium, & ferulago, & laser, & sinapi, uel his similia: alia cõstringendo perfectam stricturam *cõtendunt, ut herba pulicaris

* rationem

* nempe succos & sorbilia

* quæcunque fuerit

* Psyllio

* vt illarũ humore duritiẽ, tensionem, siccitatem neruorum molliret, laxarent, emẽdarent.

* irritant

* intendunt. i. augent.

licaris, quam psyllium uocant, & semperuiua, quam aizoon uocant, & aqua frigida. * Viscellum autem ranarum* experimentum esse dicitur, & est odiosum, in semet nihil habens commodi, quod ratio probet.

* iecur
* nulla artificiosa ratione inuentum.

De Hydrophobia. Cap. IX.

DEinde hydrophobia quæ nomen sumpsit ab accidenti. Est enim uehemens timor aquæ. Nam Græci timorem phobon uocant, aquam hydor appellant. Ii deniq; detracta litera δ adiicientes γ, hygrophobiam uocauerũt, ꝗ omnem* liquorem metuat: sed consuetudo magis primum obtinuit nomen, *siquidem plus aquã timeant ægrotantes, uel ꝗ inter cæteros liquores plurimum aqua præstet. Alij quoq; phobodipson appellant, ꝗ cũ timore sitiat: polybus pheugydrõ: siquidẽ* aquã fugit. Nos deniq; aquã fugã dicere poterimus. Andreas Cynolysson uocauit, ueluti ex rabie canina morbũ conceptũ. Accendens autẽ causam passionis, est canis rabidi morsus, uelut quidã memorant, cæterorum quoq; animalium, quæ* sint simili rabie noxia, ut luporum, ursorũ, leopardorũ, equorũ, & asinorum. Hominum* hydrophobarũ quidam in hydrophobicam paßionẽ deuenerũt solius aspirationis odore ex rabido cane abducto, cum* deflectione quadam naturalis spiratio uexata uenenosum aerẽ adducit, & *talibus inserit partibus. Alij rabidi animalis unguibus læsi in rabiem deuenerunt. Memoratur deniq; sic mulierẽ in hydrophobicã paßionem uenisse, cui facies fuerit leuiter à paruulo * catulo laceßita. Quidam à gallo gallinaceo pugnante leuiter læsus in rabiem uenisse dicitur. Sartrix etiam quædam quum chlamidem scissam rabidis morsibus, sarciendam sumeret, atq; ore stamina componeret, & lingua pannorũ suturas lam-

* liquorẽ ægri metuant:
* quoniam
* aquam ægri fugiunt.
* sunt
* hydrophoborum
* defatigatione
* principalibus
* fortaßis Melitæo, quem in delitiis habebat.

beret assuendo, quò transitum acus faceret faciliorem, tertia die in rabiem uenisse memoratur. Est præterea poßibile, sine manifesta causa hanc paßionem corporibus innasci, cum talis fuerit strictio spōte generata, *qualia uenena. Interea post morsum quidā celerius in paßionem ueniunt, quidam tardius. Ideo etiam post annum aut eo amplius afficiuntur, sed magis plures post quadraginta dies.

* qualis è veneno.

Quæ est diffinitio siue agnitio hydrophobiæ.

CAPVT X.

Est agnitio hydrophobiæ, appetentia uehemens, atq; timor potus, sine ulla ratione, ob quandam in corpore paßionem. Adiectum est autem, sine ulla ratione, atq; ob quandam in corpore paßionem, quod alij timeant potum, ut ueneni admixti suspicione, uel arte prouidentes: quia si intemporaliter sumpserint, periclitabuntur. Neq; illico hi ratione timentes, hydrophobi esse uel dici possunt.

Quæ sequũtur eos qui in hydrophobicam passionem proni ac decliues esse uidentur.

CAPVT XI.

Sequitur eos qui in istam paßionem proni ac decliues esse noscũtur, cum iam prætangi cœperint, anxietas quædam sine ulla ratione, atq; iracundia, & corporis difficultas, insolitus motus: somnus etiam suspensus, atq; turbatus, uel uigilia, & simul cibi corruptio, stomachi grauedo, crurum̃ atq; brachiorum extensio, oscitatio iugis, & impigra* leuandi uoluntas: insueta etiam querela aeris, tanquam austrini, quamuis serena fuerit quies: Item difficilis toleratio, atque tædium, & recusatio imbrium, parua bibendi uolũtas contra consuetudinem. Obtinente paßione appeten-

* leuandi stomachum. i. vomendi. nisi manis legere, lauãdi, quod magis probo.

tia

tia bibendi,atq; timor, primum ad ipſius aquæ uiſum: ſecundo etiam ſi eius audierint ſonitum, uel nomen. Dehinc timor fumentationis olei, pulſus denſus, paruus, inordinatus: quibuſdã febricula, ſaltus ſtomachi, torpor, atque ſtupor articulorum, ſubreptio atq; extentio præcordiorum ad ſuperiores partes, & officij uentris abſtentio. Vrinæ reddendæ paulatim frequentatio, tremor atque conductio neruorum, uox obtuſa * & corporis
& uelut latrabilis* corporis* ſpui ſimilis, ſiue canina decubitus ca-
inuolutio: ſpiratio difficilis, iactatio corporis* omnis num dormientium cõtractio
ad ingreſſum hominum, tanquam ſecum aquam afferen ni ſimilis.
tium. Rubor uultus, atque oculorum, & corporis te- * ſui ſimilis
nuitas, atteſtante pallore, cum ſudore partium ſuperio ſiue cani
rum, ueretri frequens tenſio cum ſeminis inuolunta- * pauor ad omnium homi-
rio iactu: lingua prominẽs. In ultimo etiam ſingultus, nũ ingreſſum
& uomitus fellis, ac frequentius nigri: quibuſdam tãquam, &c.
etiam* timor: manus* oculis tenus admotæ, *uel cir- * tremor
cum tractæ: quidam ſe agnoſcere fatentur eſſe natura- * poculis
lem uel conſuetum aquæ liquorem, *cum ſibi monſtra * ſed retractæ
tur, ſed commoueri cum uiderint, ut ſeipſe quoq; So- * qui
ranus uidiſſe teſtatur, in hac paßione conſtitutũ* hor- * ſeſe hortantẽ
tatum liquorem ut ſumeret, nec tamen potuiſſe. Aiunt & militem quendam, ut Artorius memorat, in paßione conſtitutum, ſibi indignatum, q; in bello nulla timuerit uice, ſed* nunc aquam cum uidiſſet, quæ eſſe * tunc
conſuetudini* iocunda* ſolet, metu inenarrabili ter- * iucunda
reretur. Eudemus Themiſonis ſectator memorat fuiſſe ſolebat
hydrophobum medicum, qui cum prænoſceret periculum, ſuppliciter* ingredientes exoraret, & cum la- * ingredientes
chrimarum fluore guttis deſtillantibus tangeretur, ne propius accederent, ora-
exiliens ueſtem* conſciderit. Dehinc Soranus memo- ret,
rat ſe infantem hydrophobum uidiſſe ubera matris * conſcinderet

expauescentem. Item ait quendam Atheniensem sibi retulisse, quòd uiderit hydrophobum ex domo fugatum ad locum uenisse, ubi inclusus, corpore *implicato, uitam finiuerit: sed in ipso loco fuisse canem iacentem, quem rabie accensus repente accurrens momorderit. Communiter autem est paßio stricturæ, atq; uehemens, & acuta, uel celeris. Etenim ob nimium tumorem, & humoris defectum ægrotātes celeriter interficiuntur. Nec Demetrio danda fides est dicenti quòd etiam tarda hæc paßio poßit esse, hoc est diuturna, quam Græci chroniam uocāt: siquidem dicit in ista paßione leui *tumore affectos biennium transegisse. Neq; Asclepiadis sectatores intelligibile quiddam asserunt, qui propterea paßionem tardam putant, quia post plurimum tempus morsus inflicti, ægri morte afficiuntur, cum non oporteat illud tempus ægrotanti imputari quo nōdum rabie uexatur, quippe cum paßio necdum corpus afficiat, & cum *emicuerit, non habeat *superpositiones, seu dilationes, *specialiter tardis afficiuntur paßionibus, & ob hoc celerrime ægrotantes interficiat, non solum ut acuta, sed etiam ut continua paßio.

* longius ire prohibito.

* timore nempe aquæ pauore

* ægrum corripuerit

* exacerbationes, per interualla sese remittens, ac ingrauescens.

* vt in his qui specialiter

Quæ sunt similia hydrophobiæ: & quomodo internoscuntur. Cap. XII.

SImiles sunt hydrophobicæ paßioni phrenitis, mania, quam nos furorem, siue insaniam dixerimus: sed hæ discernuntur, siquidem plus in *ipsis caput patiatur: in phreniticis uerò etiam febres *sequantur: in hydrophobicis uero plus stomachus: & sine febribus esse perspicitur, & acuta atque celeris paßio. Mania uero etiam tarda frequentius inuenitur. Eudemus Themisonis sectator inquit * melancholiam esse hydro

* Maniacis

* sequuntur.

* melancholicam

hydrophobicam paßionem, sed ab hac quoque discernitur. Siquidem tarda* sit melancholia, acuta uel celeris hydrophobia. Alij quoque aërophobas aiunt esse similes supra dictis, sed internosci. Siquidem aëris * sit timor, quod generaliter phreniticis ascribitur. Etenim phrenitici quidam aërem lucidum extimescunt, quidam obscurum. Andreæ sectatores memorant esse * pantaphobas, quos nos omnipauos dicere poterimus, siquidem omnia timere * dicantur. Si uere tamen hæc esse poterit paßio, discernitur quidem quòd non solius potus, sed omnium rerum timorem faciat.

* est

* est

* Pātaphobos. παντοφόβοι

* dicuntur

Vtrum ne animæ an corporis pasſio sit hydrophobia. Cap. XIII.

QVæsitum etiam utrū animæ an corporis paßio sit hydrophobia. Etenim quidem esse aiunt animū paßionem. Siquidē appetere uel desiderare est animæ speciale, non corporis. Denique purpuram cupientes, uel statuam, uel militiā, aut regnū, aut pecuniam, neq; uenis, neq; neruis ægrotare dicuntur, uel arteriis, sed animæ affici paßione: quo fit ut etiam hydrophobia animæ sit paßio. Est enim appetentia potus: quippe cum timor & mœstitudo & iracundia paßiones sint animæ. Timent igitur aquam * hydrophobæ, quo necessario animo ægrotare noscuntur. Nam omnis phantasia, cuius diuersitates Latini uisa uocauerunt, ut Tullius, siue illa naturalia siue contra naturam fuerint, animi non corporis esse noscuntur. * Hydrophobæ igitur phantasia iactantur, scilicet ea quæ contra naturam esse uideatur: quo assumitur, eos animi affici paßione. Sed his qui hæc asserunt consentiendum non est. Etenim appetere uel delectari

* hydrophobi

* Hydrophobi

potu, sicut etiam mandere, ex corporis quadam nascitur paßione. Timor* enim per consensum animæ corpori compatientis nasci perspicitur: quo fit ut corporalem esse paßionem hydrophobicam manifeste perluceat. Etenim antecedens morsus, ex quo causa descendit, utique corporis fuit, & non animæ. Antecedentia autem atq; consequentia, ut est singultus & difficilis corporis motus, & grauedo, & his similia corporis esse noscuntur. Nam animæ paßiones, ut Philosophi uolunt, nostri sunt iudicij: hydrophobica autē paßio ex corporis neceßitate descendit: quo fit ut sit corporis paßio, sed etiam animæ occupet qualitatem, tanquam in furiosis uel melancholicis.

* etiam

Quis locus in hydrophobicis patitur.

CAPVT. XIIII.

VIcina etiam quæstio est supra dictæ, quis nam in hydrophobicis locus corporis patiatur. Equidem Democritus cum de Emprosthotonicis diceret, neruos inquit: coniiciēs hoc ex corporis *conductione, atque *ueteri tentigine. Asclepiadis sectatores alij membranam aiunt cerebri. Siquidem secundum Asclepiadem omnis paßio quæ mentem turbauerit in ipsa consistit, ut phrenitis, lethargia, epilepsia. Quo assumitur, ut etiam hydrophobica paßio eidem membranulæ ascribatur, quæ animum conturbat. Alij aiunt diaphragma pati, siquidem in ipso est dolor constitutus. Arthemidorus Erasistrati sectator, & Artorius Asclepiadis sectator, de hydrophobia scribentes, atq; plurimi nostræ sectæ scriptores, aiunt * stomachum pati: siquidem singultus sequitur & uomitus fellis, & appetentia insatiabilis bibendi, quorum singula stomachi paßionis esse noscūtur, consentire tamen etiam

* spasmo: & conuulsione.
* veretri vt supra
* ventriculi os.

memb

membranas cerebri. Sed nonnulli Asclepiadis sectato-
res stomachum atq; *uentrem pati dixerunt. Etenim * τὴν ἀνωγα-
bibendi appetentiam non solum stomachi *paruißimis στέρα: ventriculum
uiis, sed etiam uentris fieri probant: uomitum quoque * prauißimis
utriusque partis effici paßione. Gaius Herophili se-
ctator libro quo de timore aquæ scripsit, ait cerebrũ
& eius membranam pati. Etenim uoluntario *motu * motui
seruientes nerui, atq; stomachum colligantes, initium
uel originem inde sumpsisse noscuntur. Magnus uero
Ephesius secundo libro epistolarum, ait sigillatim esse
dicendum, omnia quæ difficultate motus in hac paßio-
ne afficiuntur, pati, hoc est cor, stomachum, diapra-
gma, caput, ilia. Non enim pulsum malignum fie-
ri posse suspicatur, nisi præpatiente ea parte cor-
poris, unde initium sumit, quæ necessario *sine ulla fue * cum vlla
rit uexabili paßione. Pulsus mutari in peius nunquam
etiam potest, neq; difficultas spirationis fieri, si dia-
phragma atq; pulmo naturali positione maneant, ac
nullo modo tentata: neq; tentigo frequens, atq; ultra
naturam, nisi uirilia, siue *radius uirilis fuerit in tu- * radius viri-
more constitutus: neque uisa mentem fallentia, quæ lis
Græci phantasmata uocauerunt, nisi capite patienti
fieri possunt. Siquidem in *ipsa uel in *ipso sensus om- * mente * capite
nes sunt constituti, ac sensuales uiæ ex ipso ad cor *re * referuntur,
ferãtur, quorum nihil est ad medicum necessario per-
tinens. Sufficit enim agnouisse caput pati tempore
quo mens fuerit alienata: quippe cum etiam ex an-
tecedentibus signis pati noscatur. Præcedit enim qui-
busdam dolor capitis atq; aurium tinnitus: uisus quo-
que falsitas, prouolantium ueluti animalium minuto-
rum tanquam culicum aspectu, quapropter palpebra-
tionem frequentant: nec non etiam uultus feruor cum

rubore per ora se insinuans, attestante lachrymarum fluore, cum angulis oculorum sanguinolentis, extantibus uenis ex utraque parte temporum, apparet. Sed horum singuli ratione commoti, uera quidem, sed deficiente, hæc posuerunt. Præpatitur enim ea pars, quæ morsu fuerit uexata, unde initium denique paßionem sumere nemo negat. Patitur enim totum corpus, quod probamus ex his quæ singuli dixerunt. Cum enim alij alias aßerunt pati partes, omnes pati confitentur. Fit autem probabilius ex his quæ manifeste hydrophobicos sequuntur. Ea sunt saltus membrorum, raptus siue contractio neruorum, sitis, aquæ timor, tentigo, abstinentia uel retentio egerendorum. Plus tamen stomachum pati, atque uentrem recte dicimus. In ipsis enim plurima sunt accidentia signa, & manifestiora, ut singultus: saltus: egerendorum retentio: conductio uel contractio: sitis intolerabilis. Sed nihil horum ad curam necessario refertur. Vbi enim paßionem inuenerimus, eidem parti iuxta magnitudinis comparationem adiutoria adhibemus.

Vtrum noua paſsio ſit hydrophobia.

CAPVT XV.

* ioco

QVidam logicorum quæsiuerunt pro *loco utrũ noua paßio sit hydrophobia, ut si nouam inuenirent, nouam etiam causam atq; curationem inquirerent: quod à nobis quidem alienum est. Fieri enim potest ut particulares uel speciales paßiones nouæ fieri poßint, generales autẽ uel principales, quarũ dominio cæteræ quæq; subiiciũtur, fieri nunquã poßint. Hæ deniq; consuetis atq; congruis curationibus similiter curãtur: sed ut plenius omnia perspiciãtur, singulorũ placita, siue uisa, uel existimationes *ordinamus. Etenim

* ordinabimus

quidam

quidam aiunt nouam esse hydrophobicam paßionem, quidam negauerunt. Et alij * omnino, ut Artemidorus Sidensis. Alij * specialiter, ut Caridemus sectator Erasistrati. Item nouam esse paßionem plurimi dixerunt, * sed ob astrictionem probandæ nouæ paßionis, aiunt, neminem ueterum hanc memorasse paßionem, ac soli, inquiunt, nouelli inuentores eandem aduerterunt. Certè * si sunt apud ueteres, nec tamen hæc memorata cognoscitur. Secundò confundit atque turbat hæc paßio non solùm inertes, sed etiam artifices: quo probatur ob tantam ostentationem magnitudinis noua inueniri. Dehinc aliarum paßionum causæ apprehensibiles sunt, scilicet actiuæ atque operantes, quas synecticas uocant: istius autem paßionis incomprehensibilis est, quod est signum probabile nouæ paßionis. Additur etiam quòd sit incurabilis. Sed his contraria sentientes falsum esse inquiunt, quòd hanc paßionem nullus ueterum memorauerit. Etenim Democritus * qui Hippocrati conuixit, non solùm hanc memorauit passionem, sed etiam eius causam tradidit, cùm de opisthotonicis scriberet: ipse quoq; Hippocrat. etsi non principaliter de ipsa paßione * tractans, sensu tamen dictorum hanc memorasse monstratur, in Prædictiuo libro dicens phreneticos * paruibibulos, sono quolibet pulsatos, tremore affici. Alienatione autem mentis hydrophobos uexari uidemus: quapropter hos Hippocr. phreneticos dixit paruibibulos, quos brachypotas uocant, hoc est, * quòd modicum biberent, ob timorem liquoris. Item polybus hanc paßionem memorauit, dicens aquifugas citò interire, quos pheugydros appellauit. Homerus quoq; hãc agnouisse paßionem probatur. Coniicit enim per figuram cùm de Tantalo dicit.

* nullam esse nouam.
* hanc nõ esse nouam.
* &
* multæ descripta sunt
* vide initium capitis præcedentis
* tractat
* βραχυπότας
* qui

Item

*Item ubi inducit Teucrum occisis octo, Hectorem non potuisse percutere, atque ita loquutum ut diceret se hunc interficere nō posse rabidum canem. Cum igitur memorauit Homerus id ex quo fieri hydrophobæ possunt, erit consequens, ut & quòd fieri poßint, scierit. Item Comicus Menander inducens senem irascentem, istius paßionis imaginem uinolentis adscripsit, dicens non posse bibere eos qui uinum usque ad uexationem potant. Ratio quoque hoc ostendere uidetur. Etenim superioribus temporibus aut erant canes, aut non erant: sed non fuisse nemo dicere audeat. Paßionis etenim causam prompte Homerus memorauit. Si igitur fuerunt, etiam rabie affecti sunt: quo fit ut cum fuisse causa ex qua hydrophobi fierent, atque homines qui fierent, uel pati * potuissent demonstretur, erit rationabile, ut apud antiquos hæc paßio fuisse credatur. Expauescere autem siue confundi, ut aiunt, non solum inertes, sed etiam artifices hac paßione, non necessario signum est eandem incurabilem pronuntiandi. Etenim plurimæ aliæ paßiones non aliter uidentium mentem confundunt, ut satyriasis, apoplexia. Item causa præcedens eius paßionis, incomprehensibilis ut putant, non est, quam plurimi medicorum atque philosophorum tradiderunt. At si esset incomprehensibilis, quod ex ea sequitur, manifesto esse apprehensibile, nulli negant, uel si esset incomprehensibile, id quod sequitur, hoc est paßio, non tamen incurabile. Ac si incurabile, non necessario nouum, ut neque carcinoma. Sed aiunt principaliter ex his quæ sequuntur, uel designant hydrophobicam paßionem nihil esse eiusdem proprium, ut singultus, qui quanquam eos sequatur, sit tamen communis eorū qui hydro*

*possent.

*hydrophobi non sunt. Sitis etiam sequitur, atque uomitus fellis, sed febricitantibus hæc sæpe contingunt. Item turbatio mentis atque timor, sed etiam phreneticos sæpe comitantur. Si igitur nihil proprium sequitur hydrophobos, sed sunt omnia communia aliis passionibus, non poterit noua paßio nuncupari. Nos quoque his consentimus. Videtur etenim hæc paßio etiam frequentare quibusdam temporibus, uel locis, ut apud Cariam atque Cretam. Hæc enim insula aliorum uenenosorum animalium * difficilis, atque pene libera, sola canum rabie uexatur frequentißimè. Poetarum quoque testimonium longè * uetustißimum, * atq; non rectis necessariò uerbis destinatum, accipiendum ducimus. Item Hippocrates magis phreneticos memorauit, non hydrophobas, paruibibulos. Nam inquit eos, quod in quibusdam phreneticis frequentare uidemus, aut fastidio possessos, non solùm cibum, uerumetiam potum refugere: uel certè traductos uisis, quæ Græci phantasiam appellant, (ut ait Eudemus) ut accipiendum non existiment potũ: uel suspicione * delirationis affecti, admixta putent uenena liquori: * tremũt quoq; nonnunquam debilitate neruorum, & ad omnem sonitum * commouentur, scilicet alienationis proprietate, & non * necessariò hydrophobicæ paßionis. Quapropter aliis utendum est rationibus ad demonstrandum esse nouam hydrophobicam paßionem.*

* raro altrix & procreatrix.
* nempe Homeri quem suprà citauit.
* sed non
* ob delirationem affectos, vt admixta
* tremere
* commoueri
* necessitate

Quomodo curandi sunt hydrophobæ.
Cap. XVI.

*CVrandos hydrophobas conuenit iacere loco mediocriter calido, atque lucido, adhibita articulorum defricatione, * seruatos etiam insomnes usque ad laxamentum temporale. His quoque partibus quæ rapiuntur*

* seruari

rapiuntur, uel conductione uexantur, calidis atque
** aut* mundis lanis, * ut pannis prætectis, adhibendæ etiam
molles uaporationes. In statu accessionis, dulci atque
calido oleo clam lanis tinctis, uel foris à cubiculo in-
fusis, tum immissis fouendæ, ne uisu liquoris ægrotantes
in commemorationem timoris reducatur. At si aliqua
** iudicanda, & cognoscēda.* fuerit indulgentia passionis, quæ erit * apprehenden-
da, si etiam febres fuerint, ex minutione feruoris, si
etiam non fuerint, minutione timoris, erunt phleboto-
** Præterea* mandi ex brachio, quo uena facilior occurrerit. * Ita
** auertenda* in fluenti sanguine * aduertenda sunt ægrotantium
ora, atque manu excipiendus fluor, ne sonitu perculsi
commoueantur. In diatrito uerò erunt primò pungen-
di, sed pannis oleo tinctis (eorum enim tractu latenter
** diatrito* corpora perungentur) extergendi quoque: at * alia
** inunctis* fouentur aliis calidis atque * immundis consequenter
pannis, uel linteolis: tunc post perunctionem cibus dan-
dus tenuis, & sorbilis, quo latenter cum cibo etiam po-
tus inducatur: & panis aqua infusus, uel alica ex a-
qua: facilè enim accipiunt. Sed oportet magis tempora
dandi seruare cibum & potum: quod fiet hoc genere,
ut ex obliquo fabulantes de consueta uita loquantur,
lauacra memorando, atque bibendi copiam. Tunc si
ægri his dictis placidi permanserint, fidenter offeri-
mus potum, dimissionis tempore inuento. At si com-
moti, uel irati fuerint, audito lauacro, uel potu, erit
differenda oblatio: dandus interea potus in fictili ua-
sculo, subtili cauerna perforato, tanquam sunt papillæ
** proiecto oculis obstaculo.* uberum, & dandus ægrotantibus, * præfecto obstacu-
lo oculorum, uel temporaliter clausis fenestris. Est
enim omnifariam mitigatione passionis prouidendum,
ut nulla occasio detur excitandi furoris. Oportet de-
nique

nique etiam ministros aptißimos esse, & primò ut sint taciti, neque fabulas iniicientes, sed eius respondentes dictis, & ipsa respondentes, ut * cedenter, ac sine ulla *constantia eum consentiendo coerceant, atque eius uisa, quæ mentis falsitate efficiuntur, eidem sensim displicere, atque incredibilia faciant. Dehinc conuenit laxatiuis cataplasmatibus thoracem curare, * & à tergo inter utrasque palas, quod Græci metaphrenum uocant. Cùm autem statum sumpserit paßio, etiam cucurbita apponenda iisdem locis, cum scarificatione: tum spongiarum uaporatione utendum: quæ quidem latenter erunt ex oleo atque calida exprimendæ, & apponendæ, obuolutæ pannis, uel linteolis, ne humoris sensus aut sonitus exagitent ægrotantem. Tunc etiam caput detondendum, & iisdem adiutoriis concurandum: gestatio adhibenda, in lectulo suspenso ægro, siue portatoria sella. At si paßio perseuerauerit, iisdem perseuerabimus adiutoriis. Illud etiam erit affectandum, ut si omnino potum recusauerint, qualibet tamen parte quiddam liquoris assumant, & nulla indignatione ægrotantes afficiantur uisu perterriti. Quod ita facere poterimus, si calidam atque oleum clystere per podicē iniiciamus, & hoc si fieri potuerit, alternis alij diebus: paruum quidem: tunc enim poterit contineri. Nam si fuerit plurimus humor, sua redundantia ac pōdere prouocat excludi. Erit enim eius continentia utilis ad minuendam sitim. Nam neque solùm dysentericis iniectum medicamen superiora inuadens sæpe stomachum atque caput uexare accipimus, siquidem eò necessariò peruenit, sed etiam calidam & oleum peruenire posse concipimus, quo partibus iisdem irrigationis præbeat laxamentum. Post iniectionem deniq; manibus

* cedentes

* resistentia ei

* & à tergo inter scapulas, quod Græci, &c. vt suprà pag. 168.

nibus admotis, impreßione moderata, ex inferioribus ad superiora ducentes, liquorem ascendere prouocamus. Declinante paßione erunt ægrotantes resumendi, sed multo tempore à lauacro abstinẽdi, atque uino, ne in periculum redeant. At si ex ista paßione, ut sæpe contingit * satyriasis fuerit effecta, erunt adhibenda ea quæ paulo pòst dixerimus. Antiquorum autem medicorum nullus istius paßionis tradidit curationem. * Aiunt denique Themisonem quanquam uolentem, nõ potuisse: siquidem ex rabido cane quondam fuerat uulneratus, etsi eius curationem assumeret mente, quippe scripturus, continuò admonitus in eandem * laberetur. Democritus uerò iubet origani decoctionem dari, atque ipsum poculum quo bibunt in sphæræ rotunditatem formari. Est autem hoc genus decoctionis acerrimum, atque stomachum uexans, & incendens: in quo etiam idem sibi repugnare perspicitur. Ait enim hydrophobiam esse incendium neruorum. Quidam Medici, ut Artorius memorat, alios in * uasculum plenum frigida miserunt, alios in puteum posuerunt, saccis immissos, uel inclusos, ut neceßitate bibere cogerentur, * alij in aquam calidam, nescij quòd paßionis curatio * illa sit, non ut bibant ægrotantes, sed ut bibere uelint: quod fiet cùm paßio fuerit adiutoriis destructa. Multi denique etiam bibentes raptu affecti sunt grauiore. Quapropter etiam toto corpore infundendos, ut putant, in aquam frigidam, magis uexabile comprobamus. Omne etenim frigus extendit tumentia. Nam propterea, ut Artorius dixit, raptu interficiuntur. Aristoxenus ad * corruptionem atque abundantiam liquoris intentus, * prædandum dicit potum, atque clysteribus utendum, cõmuniter omnibus, * depurgatiue uel

* veretri, vt antea dixit, tẽtigo.
* Diosco. cap. 36. lib. 6. Themisonem quorũdam sermonibus ait à cane demorsum fuisse: aliorum verò fama, in hunc furorem incidisse, quod amico aquam expauescenti inseruisset, ac officium exhibuisset.
* relaberetur.
* vas
* alios
* illius
* potionem
* semper dandum
* errypticis, vel epicerasticis.

uel* temperatiuæ uirtutis: sed hæc tumorem paßionis intendendo geminant* comitantia. Tullius Baßus etiã sternutamentis utitur, & clysteribus, cum generaliter hæc paßio mitigatione indigeat ob acutißimam celeritatem, & non, ut hic putat* corporatiuis adiutoriis sit * aspergẽda, quæ Græci metasyncritica uocãt. Niger eius amicus etiam album helleborum dedit. Eudemus autem phlebotomans, helleborum dat secunda uel tertia die, atq; cucurbitas affigit usq; ad partium pustulationem. Agatinus libro de helleboro conscripto iubet etiam dari helleborum in initio paßionis. Alij podicem cataplasmandum iubent helleboro. Alij collyria ex ipso facientes quæ appellauerunt balanos, podici supponunt. Sed erunt communiter omnes culpandi, cum sit paßio acuta atque celeris, & uehemens, ac sæpißimè continua. Quippe cum nunquam puram atq; synceram habeat dimißionem, & est helleborum recorporatiuæ uirtutis, ac propterea tardis paßionibus conueniens, quas Græci chronias appellant, & in earum principaliter lenimẽto, atq; regulis ciborũ ægrotante præparato, * quod Græci diætam uocant, quod utiq; non sine tempore prolixo fieri potest. Sine his igitur nihil ueneno differet helleborũ datum. Est etiã graue usq; ad pustulationem corporis cucurbitas apponere. * Et simile quidã, tumentes oculos ligneo baculo inungere. Quidam castoreo potãdos iubent hydrophobas: alij rosaceo oleo: alij diagridio, aut elaterio; aut lacte, uel pinguibus iusculis incongruè agitantes atq; grauãtes ægros, & nõ eo tẽpore quo permitti potuit usus supra dictorũ, præcautionis causa ac effugiẽdæ paßionis. * Nunc etiã si præsens indigeat congrua curatione, Clystere quidam depurgant uel temperant

*errypticis vel epicerasticis
* symptωmata
* recorporatiuis
* exasperãda
* quas
* apposita cõparatio
* nõ autem cũ præsens indige

uim ueneni, quæ ſemper poſt effectam paßionem contemnenda eſt, urgentiore cogente* cœnoteta. * Item nihil aliud quam potum dare quoquo modo nituntur, nunc gelu, uel niuem offerentes ægrotis, nunc uiridem ficum, uel pyrum, aut cucumerem, & his ſimilia. Alij calami perforati initium ori ægrotantis immittunt, dehinc ex alia parte per* aliam cauernam aquam infundunt. Alij poculo* lineo panno ſubter impoſito, uel *beluæ pelle, potandum putant, *ſcilicet ſuperſtitione traducti, quòd naturalis authoritas beluarum quæ canibus eſt contraria, timorem ægrotantium ſoluat. Sed hæc quæ uulgus per experimenta probata putat, longè aliena ab arte monſtrantur. Alia quoq; quæ facienda ordinauerunt, ratione reiicienda ſunt, ut ea quæ ſunt uinoſa ante declinationem offerenda. Item frigida ſunt ob tumorem incongrua. Conſtringunt enim atque extendunt ſtricturæ difficultatem, ex qua ſine dubio hydrophobica paßio confecta probatur.

* communitate, i. indicatione
* Quidam nihil aliud
* illius
* ligneo
* lupi. Ad id laudat Aetius pellē Vrſi, & Phocæ, ſed præcipuæ Hyænæ vt legendum putem, (vel Hyænæ beluæ pelle.) Plin. cap. 30. lib. 8. ait, vmbræ Hyænæ cōtactu obmuteſcere canes, eámque vomitum hominis imitari, ad canes ſolicitandos, quos inuadat.
* obſerua ſuperſtitioſum remedium qualia multa nos re inuimus.

De acuto tormento, quod Græci ileon appellant. Cap. XVII.

TOrmentum dictum eſt, quòd exiſtiment ægrotantes conuolui, atq; torqueri ſuorum inteſtinorum* uerticula: uel quòd ſpiritus ob* abſtinentiam clauſus ſeſe inuoluens,* uinctiones atq; tormenta efficiat, uel quod uehementia dolorum ſupra eas partes quæ patiuntur, ægrotantes arcuati conuolutiq; plicentur. Salimachus autem ait quoſdam Pythagoricos apud Siciliam medicantes Græco nomine* phragmon uocare, ſiquidem obtruſis naturalibus uentris officiis fieri uidetur. Item hanc paßionem tertio libro acutarum

* ſinuoſos anfractus
* compreßionem exitúmq; negatum.
* obtruſiones: alij fluctuationes, obtruſiones magis conuenit cum iis quæ proximè ſequuntur.
* ſepimentum: occluſionem

rum uel celerum paßionum Asclepiades definiuit hoc modo. Tormentum est contortio extenta, atq; longi temporis intestinorum: sed* hoc improprie dixit, q. sit longi temporis tormẽtum. Est enim acuta atq; celeris paßio. Deniq; intestinorum tormentum dicimus esse, contortionem* extentam, atq; perniciosam: sunt autẽ eius antecedentes causæ cõmunes, quæ etiam alias facere ualent paßiones: sed magis perfrictio, indigestio: atq; cibi grauabiles & inflabiles, uel noui: aut uenenum potum, aut cibo datum, aut fungi comesti. Sequitur autem in paßione constitutos uentris uehemẽs inflatio & intestinorum, & dolor nimius iliorum, atq; oßium, quæ à pube usq; ad ilia perueniunt, quæ Græci ephæbia appellauerũt, totius quoq; uentris atq; superpositæ cutis inflatio, & membranæ maioris, quam peritonæum uocant, scilicet quæ omnia interius tegit atq; continet uiscera. Consensu etiam uesicæ, & officij uentris perfecta abstinentia: stomachi euersio per nauseam, saliuarũ fluor, sitis uehemens: spiratio* hirta, atq; anhelatio: articulorum frigidus torpor: pulsus densus: singultus: exitus per podicem uenti nihil releuantis: ac si quicquam per clysterem fuerit iniectum, aut non admititur ob nimietatem stricturæ, aut admissum retinetur exitu negato: aut si fuerit redditum erit connexum pinguibus ac * uesiculosis. Mulieribus etiã matricis adductio ad superiora fit, uomitus quoq; humorum* pinguium, qui in uentriculo & ipsius orificio adhærescebant contumaciter. His uero qui perniciosius atque* specialius iactantur, etiam stercorum uomitus fit. Tunc quoque pulsus concidit: nigrescit corpus cum nimia linguæ asperitate: aliquando etiam ut Heraclides Tarentinus memorat, quarto libro de

* hic

* acutam

* officij vẽtris, & cõsensu etiã vesicæ, perfecta

* τὴν δασεῖαν quæ vox significat & densam, & hirtã, non satis apte hic vertit hirtam.

* spumosis.

* crassorum, viscidorum.

* exitialius

internis paßionibus, intestinorum uerticula distentis cutibus apparent, cum* peritonæo disiecto sola fuerit ac superposita cutis. Alij uero memorant uentum per podicem redditum sine odore tetro perniciosum fore, *ac si fuerit odoris tetri *salutē promittere. In illis enim ob nimiam stricturam, tanquam liquatus spiritus purior excluditur, in his autem ob quandam laxamenti facultatem infectus exhalationibus stercorũ, *excludetur. *Torminosa igitur ab ista paßione, quam specialiter tormentum diximus, magnitudine differre monstramus. Hi enim leui dolore afficiuntur, & ob hoc uentriculosi siue torminosi uocantur. Item discernuntur dolore uentris.* Ventriculatio enim *superius magis uentre est, atque sub præcordiis, & sæpe sine intestinorum tormento. Discernitur etiam à coli uexatione. Est enim principaliter coli uexatio, unius intestini paßio, atque tarda, quam Græci chroniam uocant, & diutißime perseuerans. Tormentum autem* solius acutæ paßionis, est omnium intestinorũ uexatio. Alij hanc paßionem Chordapson uocauerũt, quòd non aliter quã chordæ intestina tēdantur. Nam ueteres Græci intestina chordas uocauerunt: sed hoc quoq; nomen alij commune uocabulum tormento posuerũt, ut Hippocrates, Praxagoras, Euriphon Gnidius. Alij differre*dixerunt, ut Diocles libro de paßionibus atq; causis & curationibus scripsit. Etenim tormentum non sine ructationibus fieri dixit, atque emisso per podicem uento, sine stercorum egestione, uentrem quoque non necessario durum fieri, & clysteris iniectionem accipere: doloris etiam initium è superioribus magis accedere. In chordapso reiicere ægrotantes, si mediocris fuerit paßio, humorem: si uehe

* peritonæi distenta tela
* at
* obserua
* eiicitur.
* cæliacum affectum
* ἢ τῶν κοιλιακῶν διάθεσις obserua discerni ventriculosos à colicis, ventriculosos. Græci vocant κοιλιακοὺς
* superiore
* species acutæ paßionis
* tormentum à cordapso.

ſi uehemens, ſtercora: & neque iniectionem clyſteris admitere, uentrem durum, atque extentum iugiter, in orbem tumoris ſubleuatum, *interiores inteſtinorum partes doloribus affici, *ſtomachum * quoque immobilem ac fixum, uel * inflexum permanere. Sed de his huic diſſentire neceſſarium non eſt: oportet enim intentionem adhibere, atque intelligere, quòd ſit paßio ſtricturæ, atque acuta uel celeris, & uehemens. Quapropter habendi ſunt ægrotantes loco mediocriter calido, atque lucido: adhibita requie cum ſilentio, & abſtinentia cibi uſque ad primam diatriton: prohibito quoque ſomno, donec acceßio declinet. Incipiente autem eadem, articulorum adhibenda eſt blanda ex manibus calefactio, & partes quæ doluerint, contegendæ mundis, & mollibus lanis. Apponenda etiam mediocris uaporatio, qua mitigari dolor poßit, ut ſunt panni calidi, atque linteola, uel ueſica * calida ex oleo ſemiplena, uel ſaccelli ex cantabro calido completi, uel polline, uel lini ſemine ex aqua mulſa. Cum autem ſtatum ſumpſerit acceßio, iubemus eos, ſi pati potuerint, iugiter foueri oleo dulci atque calido, ſcilicet uſu dextero, quo prærepto nuper infuſo mox nouũ ſuperfundatur oleum. At ſi dolor coegerit phlebotomandi erunt, ſcilicet ex brachio, dimißionis tempore. Et ſi ante diatriton id factum non fuerit, * fouentes primo os, deinde colluere permittimus ex aqua calida, deinde * dabimus potum paruum, ob mitigandum. Si enim plurimum ſumpſerint grauatis tumentibus, prouocabitur paßionis aſperitas, ſicut fit cum graue quiſquam cataplaſma apponendum putarit, ex plurima, atque * corporoſa inductura. At ſi in ipſa diatrito fuerit adhibita phlebotomia, parum dif-

* inferiores
* ſupra dixit ſtomachi euerſionẽ per nauſeam fieri
* quidã legũt, ſtomachũ quoque non immobilem
* non flexum. i. non ſubuerſum
* ſub aqua & oleo
* fouere primũ os ac colluere
* damus
* magnæ molis

ferentes ob resumptionem, unctione corpus curamus, & sorbile damus quiddam, tenue, atq; panem ex aqua calida non quidem plurimum. Ea enim quæ ob appositionem cataplasmatis exterius admoti asperantur, magis plurimum distendũtur cibis uberioribus grauata. Alternis denique diebus cibum dabimus, donec passio declinet: dehinc cataplasmata adhibemus ex pollinibus, & lini atque fœnugræci seminibus, ex mulso confecta, uel* calida, oleo, illud curantes, ut calida perseuerent plurimo tempore, & neque* ualida atq; robusta inductione grauabilia fiant pondere. Faciunt enim ægrotis dolores augeri. Tunc etiam cucurbitas apponimus, sed eas quæ sint osculo latiore, atque labiis flexis. Lenius enim, atque blando tractu arripiunt membra. Tunc etiam scarificatione utemur, uel in cucurbitarum uicem, ne earum põdere graue quicquam ægrotantes sentiant, uitrea apponimus uascula, uel testea, quæ Græci amphoras uocauerunt. Tunc spongiis uaporamus expreßis ex calida, & oleo, uel decoctione fœnugræci, aut lini seminis, aut agrestis maluæ, & rursum cataplasmamus. Iniicimus etiam per clysterem oleum calidum, uel calidam & oleum, & ex supra dictis decoctionibus quicquam. Est etiam consuetum nobis aquam oleo dulci, æquali modo commixtam, cum hibisco coquere, donec aqua insumatur. Tunc oleum remanens concepta lenitate, atque * pinguedine ex radice supra dicta, iniicere per clysterem. Nam si solum oleum fuerit cum radice hibisci non admixta aqua decoctum, necessario nidorosum fiet. Adhibemus etiam encathismata ex calida, & oleo, uel quaruncunque laxatiuarum materiarum decoctione. Cum autẽ declinare paßio cœperit,

* aqua
* magna copiosaq; infartura
* quod hodie mucillaginem dicimus

rit, etiam embasim adhibemus ex oleo, uel calida & oleo, aut decoctione laxatiuarum materiarum, non sine cautione. Declinanda est enim perfrictio: quapropter erit facienda in calido loco, uel balnei fornice,[a] quem *appellant achicholum, siue cameram. At si sensus aliquis permanẽs erit duritiæ, cataplasmabimus ex ordei farina, & adipe porcino recente, & pice liquida. Tunc cerotaria apponemus, & malagmatum leniora, ordinantes etiam lauacrum, & uarium cibum, & uinum ultimo, præcauentes multo tempore frigida quæque, atq; indigestionem, & inflabiles, uel acres, & minus digestibiles cibos. Veterum autem medicorum, Hippocrates[b] secundo libro de morbis, communiter inquit refrigeranda superiora, particulariter autem adhibenda uomifica medicamina, & phlebotomia ex brachio, & capite. Tunc sacculum aqua calida plenum *deponendo iubet ægrotantes: facere etiam collyrium decem digitorum, quem appellauit balanum, atq; hunc summo tactu felle taurino ungendum: Tunc si nihil *perfecerit clysterem adhibendum. Vel si *hoc quoq; minus ualuerit, folliculo artis ærariæ immittendum inquit uentum per podicem, quo *distantia uentris intestinorum replicatis folliculis fiat, tunc statim adhibendum clysterem probat, detracto supradicto folliculo, & podicem cum spongia obstruendum, atque in aquam calidam ægrotantem deponendum. Vtendum inquit primo tempore passionis melle decocto, atque uino. Secundo libro epidemion multum uini meraci, atque frigidi dari iubet, donec somnus, uel dolor fiat crurum, suspicione causarum sollicitatus: existimat enim uel cõstituit fieri passionem incẽdio superiorũ, & frigore inferiorũ.

¶ a Tholus testudo, siue camera. In thermis duplex is fuit: alter ξὴρος, quod Senecæ sudatoriũ vocat, Assa Cicero. alter quẽ τὸν ἔξω οἶκον, et μαλακτικόν, Trallianus vocat, vbi vngebantur.

* appellant alii qui Tholum

¶ b In nostris exemplaribus quod citat ex Hippocrate legitur libro tertio de morbis, non secundo.

* apponere

* profecerit

* hic

* distentio

Contrarias igitur uirtute materias adhibendas iudicauit, non intuens paßionem ex tumore fuisse confectam. Denique principio uomitus, quem adhibendum probat, asperat eius celeritatem: siquidem disiiciendo corpora commouet. Phlebotomare autem conuenit non post uomitum, sed laxamenti causa, non ut Hippocrates affectandum putat, ob frigidandum corpus. Dehinc ex brachio, non ex capite, neque simul ex multis partibus phlebotomare oportet. Etenim repentina sanguinis effusio uirium defectum faciens, non sinit congruam fieri detractionem, uel quantum magnitudini paßionis est conueniens. Collyrium autem felle taurino perunctum, omnifariam nocens accipimus. Etenim ob acrimoniam fellis atque mordicationem tumentia prouocat in feruorem, & ob longitudinem digitorum decem immissum premit eas partes quæ neque tenuem liquorem sine grauatione accipere, uel ferre ualent. Nam ex ærario folliculo quid dicere oportet, si ubi inflationis metus est, immittendum extrinsecus existimat uentum, atque, quod est maximi peccati, frigidum his partibus, quæ etiam naturali tactu prægrauantur, non aliter, quam si quemquam in tetanica paßione constitutum cum sit potestatis laxatiuis curare uirtutibus, eundem organis distendere contendamus. Aduertendum igitur, quod magis roborat uexationem, uel duplicat corporis inflationem, adiiciens grauiora, * quo etiam per clysterem liquoribus magis * prægrauet corpus, ut tumentia importune uento uexata, etiam liquoris percussu intemporali feriantur. Item spongia apponenda quam probat, extenta magis premit. Vtitur autem uino, malis quidem, sed sui similibus consiliis.

* quoniam
* prægrauat

Neque

Neq; enim temporaliter declinationem paßionis obseruauit. Præterea usu immodico, siquidem plurimum dari iubet, & intemperato, quod sæpe in sanitate *constitutos alienari mente perficit, *Tunc etiam incongrue, siquidem frigido. Omne etenim frigidum tumentia auget. Repugnanti ergo iudicio uinum dare perspicitur, effectum somno atque dolori crurum ascribens, somnus etenim leuigata atque soluta paßione efficitur: dolore autem peiorante, & asperato tollitur. Quod ita manifestum est ut demonstratione non indigeat. Diocles autem libro quo de paßionibus atque causis & curationibus scribit, phlebotomat in paßione constitutos, atque cataplasmaticus curat ex polline, quod græci omen lysin uocant, & adipe & uino, & fæce. Tunc præpotat atque clysterizat, ex abrotani semine cum mulsa, ex aceto & aristolochia & cumino, & nitro, & fœniculi radice decocta ex uino, admixta aqua marina, uel passo, uel acriore uino, siue lacte cum decoctione lini seminis, & mellis, uel similibus. Quarto autem libro de curationibus iuuenes, inquit, atque habitudine robustos, & magis quibus dolor ad latera fertur, phlebotomandos probo ex *manu dextera interiorem uenam, & submittendos in aquam *calidam, fotis uentri iniicere admixto sale clysterem, & rursum in aquam calidam deponere, & fouere. Præpotandos autem iubet etiam medicamentis, hoc est, panacis dimidia drachma, in mulso *ex aceto tepido resoluta, & myrrhæ obolos duos cum peristereonis herbæ foliis in uino albo, uel cumino æthiopico. Adiuuat etiam plurimos plumbi catapotium transuoratum. Impellit enim pondere, & excludit obtrudētia. Diurnis, inquit, præterea diebus

* constitutis
* tum
* manus dextræ interiore vena
* calidā, qua vbi foti sunt.
* &

*sitientibus potandum uinum dulce, uel aquam temperatam, aut marinam cum uino albo, aut centauream herbam, aut nitrum uel eius spumam, ut ea quæ poterit soluat. Danda etiam sorbilia: uel cantabri lotura cum melle: uel bromi succus: uel ptisanæ: aut cum farina olera cocta, alia ex adipe, alia ex halica atque sale: sorbendum etiam & iuscellum scari piscis, & carabi, & buccinarum, & cancrorum. Tunc resumptio, inquit, adhibenda. Cuius quidem materies percurrit, quas superfluum est recensere. Etenim ex supra dictis uaria atque iners commixtio materiarum demonstratur. Non enim solos oportet iuuenes phlebotomari, sed etiam alios in aliis ætatibus constitutos, neque semper è dextera manu uel interiore uena, sed etiam ex sinistra atque exteriore. *Facta detractio enim tumentia relaxat. *Vsus atque acrimoniæ caussa erigit in feruorem tumentia. Est præterea uexabilis præbibendi medicaminis potio. Etenim sunt acria atque mordentia, & quæ non sint mitigatiua celeritatis, neque tumoris relaxantia. * Plumbum uero transuoratum premit quidem, atque impellit pondere, sed tactu necessario frigidat, atque intestina densitate coacta uexatione distendit. Iuscella autem in corruptione facilia, & inflantia esse noscuntur. Item ptisanæ succus eadem * perficere. Vinum quoque in augmento inimicum. Praxagoras tertio libro curationum, clysterem iubet adhiberi, dans medicamina purgatiuæ uirtutis, atque per uomitum corpora desiccare: contendit etiam potandum* mulsum ex aceto, cum pipere atque nitro, & recenti lacte: uel hæc cum mulso, & aqua. Dat etiam*radices circa uesperā comedendas, prædato aut superdato oleo. Vtitur præterea*

** Facta enim detractio*

** Vsus autem clysterum acrimoniæ*

** mirum quod plumbi venenatā fere qualitatem esse nō scribat, vt quæ dysenteriam efficiat.*

** perficit.*

** oxymeli*

** radiculam vomitoriam.*

terea ad podicē collyrio, & clysterē iniicit, atq; præpotat absinthio ægrotantes cum aceto, & uino syncero, cum oleo irino: *sed uomitu utitur, donec stercora faciat euomi. Aliquos etiam post uomitum phlebotomat & uento per podicem replet, ut Hippocrates. Item libris de causis atq; paßionibus, & curationib. uinum dulce dari iubet, & rursum Hippocratis ordinem sequitur, cōgerens omnia peccata & nihil aliud quàm facere diruptionem intestinorum affectans, per acrimoniam medicamentorum id tentat, & inflabilium potionum, & iniectione uirtute similiū, quæ infesta tensione, ac tumore intestinorum aut retenta *ruptione perficiunt, uel putredinem, aut aceruatim *excluso, alio genere interfectionem faciant. Item omne stercus per uomitum emissum * tumoris intestinorum est argumentū. Non enim sine tumore nimio hoc perfici potest. Nam ex intestinis expressum per uentrem transiens, stomachóque incidens stercus per eam partem excutitur, quo probatur magnificā mortem Praxagoras magis quam curationem uoluisse scribere. *Quibusdam etiam manibus premēs intestina, magna quassatione uexauit[a], quibus intestinum, quod græci τύφλον ἔντερον appellant, in *folliculum *fuerit lapsum, plurimis stercoribus * confectum. Item confectis quibusdam supradictis adiutoriis diuidendū uentrem probat pubetenus: diuidendum etiam intestinum rectum, atq; detracto stercore consuēdum dicit, in proteruam ueniens chirurgiā. Oportebat enim si ad hoc accedendū neceßitas imperabat, enterocelicorum approbare curationē. Temere Erasistratus secundo libro de uentre scribēs, culpans copiā atq; acrimoniam clysterum ab antiquis ordinatam, ipse quoq; utitur clystere, ex nitro

* ac
* ruptionem
* exclusa
* phlegmones
* Quosdam
¶ a Nam ea voluuli sæpe caussa est, quēadmodum in multis accidisse vidi.
* scrotum
* fuerat
* confertum

nitro atque ſale. Iniiciendum etiam probat acre collyrium, & ſimilibus utitur cataplaſmatibus, hoc eſt, omelyſi cum myrto, uino, fico, & chamelæa, & abſtinet à cibo uſque ad paßionis declinationem. Tunc dat mulſum tepidum, dehinc ſorbilem ptiſanæ ſuccum. Sed hic aliorum accuſationi iungendus eſt, etenim culpãs tanquam nociuam acrimoniam iniectionum, * non cuſtodit earum uexationẽ: quin etiam ex cataplaſmatibus conſtringens atque denſans tumentia, grauius ægrotantes affecit. Eſt etiam quibuſdam uſque ad paßionis declinationem abſtinentia uexabilis. Hic autem iam declinante paßione mulſum dandum probat, quod ante declinationem fuerat ordinandum. Herophilus de his nihil loquutus eſt. Aſclepiades tertio libro celerum, uel acutarum paßionum, aliqua gratißimè, aliqua ualenter ordinauit, in quibus eſt etiam inhibitio uaporationum ex aqua calida, tanquam facilè frigentium: ſed fricandas inquit partes, quæ patiuntur, oleo, plurimo tempore, atque operoſè quantum loca ipſa pati potuerint, fugienda inquit etiam declinationis tempore lauacra, non * coniiciens quoniam uſum uaporationum, non genus damnauit. Poteſt enim quiſque etiam in alia uaporationum ſpecie perfrigeſcere, niſi dextro uſu fuerint adhibitæ. Defricatio autem, adiutorium eſt chronicæ paßionis non acutæ, uel celeris, ſed magis, ſi, ut iubet, operantius fuerit adhibita, atque multo tempore. Si igitur uera intentione loquamur, neque ſibi hæc quæ ordinauit conueniunt. Ait enim debere fricationem adhiberi multo tempore, uel quantũ ipſæ partes patiuntur, cùm neque tumentia ex initio fricationem fieri admittant, quippe cùm neque cataplaſmata grauia ualeant ſuſtinere. Lauacra in declinatione adiuuant

* non uitat

* animaduertens

iuuant paßionis solutionem. Vtitur etiam embasi ex oleo adhibita, & tempus non finit adiutoriis. Serapion uerò, qui tertio libro curationum alia similia Erasistrato ordinauit, denique eius accusationi iungendus est. Vtitur etiam catapotio ex plumbi ramento, & cocco cnidio, & sale, & elaterio, & resina, & castoreo, & diagridio, quorum singula acerrimæ esse uirtutis probantur: atque percutientia, & neque celeritati paßionum, neque tumori congrua. Heraclides autem Tarentinus libro quarto internarum curationum, existimabiles constituens suspiciones, aliter inquit curandos tumore affectos, aliter eos qui * craßioribus intestinis laborant, & stercoribus opprimuntur. Vtitur autem per diem, & noctem cerotariis ex cera, & resina, & irino oleo, uel cyprino oleo, aut anethino: miscet etiam omæ lysi panacem tritum, & chamæpityn cum absinthio & cyprino oleo. Scribit præterea potiones, quibus inquit præpotandos ægrotantes, ex aniso, castorea, nitro, hyssopo, calaminthe, mulso * ex aceto. Clysterem etiam adhibet admixto absinthio, uel centaureo, aut cucumeris agrestis radice. Dat etiam * mulsum ex aceto, & purgatiuum potandum medicamen, ex diagridio.* Alia quoque uirtutum millia conscribit purgatiuorum medicaminum, quæ præbenda iubet, non aliter quàm cætera acriora medicamina, & nullam curam adhibet mitigationis laxatiuæ, respiciens quâ poßit tumor mitigari. Sed ait communiter omnibus aliarum sectarum principibus, quomodo intestina tumore densata, atque contenta plurima materia, & acerrima, & uulnerabili, ut illi probant, onerata, interfectionem faciunt ægrotantis. Denique si forté quisquam iliacam euaserit paßionem,

* per quorum intestina craßiora stercus descendere non potest.

* &

* oxymeli

* Alia quoque mille conscribit virtutũ purgatiuarum medicamina

nem, necessariò ex supradictis dysentericus fiet. Item Thessalus primo libro de regulis, quas Græci diætas uocant: alia quidem ut methodicus scripsit, alia culpabiliter, adiiciens quòd exiguum potum dare debeamus, siquidem ad loca patientia descendit: quod contra sectæ disciplinam uidetur sensisse, & contra seipsum inconsequenter fuisse commotus, siquidem pro patientibus locis * nolit esse mutabilem curationem. Secundo libro quem comparationem appellauit, contradicens Erasistrato, hæc eadem ait, apertissimè discordantia ueris sermonibus. Non enim pro differentia partium mutatur liquidorum quantitas, sed obstricturam, uel solutionem. Inconsequenter igitur is in iliacis, patientis loci causa, potius quantitatem minuendam existimat. Erat enim promptè dicendum, atque demonstrandum, quomodo consideratione acutæ atque celeris passionis minuenda fuit potus quantitas. Quidam nostri scriptores Themisonis sectatores cuminum oleo decoxerunt ob adhibendum fotum, aut tritum lanis asperserunt. Alij oleo rutam decoquentes, iniiciũt per clysterem, & iubent uaporari ex cineribus: * mixtos etenim oleo, uel quodã laxatiuo liquori, ex decoctione congruarũ materiarum * præfecto, in * uasculo duobus digitis alto, atq; ambitu * simili loci patientis mittendos, suppositis carbonibus, non flammosis, donec liquor insumatur. Tũc circũtento linteolis uasculo, atq; parum * refricto, conuertendos in linteola, ac * refundendos cineres, colligatoq; uasculo fundo tenus, & constricto linteo fortiori, patientia * uaporare loca. Equidẽ uerè obtunditur admixtione olei & aquæ, cumini uel cinerũ asperitas, sed est melius ex initio usq; ad finẽ recta intentione cõgrua passionibus adhibere.

De

* velit
* cineres, sub.
* ante præparato
* vasculum altum
* simili loco patienti
* vbi parum refrigeratum uerit
* effundendos
* vaporari

De satyriasi. Cap. XVIII.

Satyriasis, est uehemens ueneris appetentia, cum tensione *ob ægram corporis paßionem. Vocatur autem, ut quidam uolunt, translatiuè à similitudine satyrorum, quos, ut uulgus loquitur, siue fabula fingit, uinolentos, atque in usum ueneris pronos dæmones accipimus: uel, ut alij dicunt, ab herbæ uirtute, quam satyrion uocant. Hanc enim accipientes in uenerem prouocantur, cum tentigine genitalium partium. Sed antecedentes istius paßionis causæ sunt epota medicamina, ob usum uenereum excitandum, *quæ satyrica, uel entatica uocant: quæ sunt acria, atque incentiua, & neruis improba. Item immodicus atque intemporalis usus ueneris. Est autem communis paßio uiris atque fœminis, quæ solet accidere ætatibus mediis, atque iuuentuti. Hortatur etenim in usum uenereum prouocans ætatis uigor. Sequitur autem ægrotantes uehemens genitalium tentigo, cum dolore, atque incendio, cum quodam pruritu immodico in uenereaam libidinem cogente: mentis alienatio: pulsus densitas: anhelatio crebra atque creberrima: * desponsio: uigiliæ: hallucinatio: sitis: cibi fastidium, & difficilis urinæ egestio, ita ut plerunque stercorum abstentio fiat: quibusdam etiam febres. Omnibus tamen in ultimo cōductio neruorum fit, quam Græci spasmon uocauerunt, & inuoluntarius seminis iactus. Initio autem se leuiter putant releuatos ex usu uenereo, atque seminis iactu, sed paulo pōst uehementer extendūtur. Nocentur enim atque uexantur hoc usu, quanquam parui temporis releuationem falsam sentire uideantur, non aliter quàm si scabiosi pruritu affecti, uel lippientes, manuum contactum affectare frequentent, quod Græci chirapsian uocaue

* rigida ueretri. Vocatur autem hæc passio, vt

* vt sumptis cantharidibus sæpius accidit

* desperatio

uocauerunt. Declinante paßione omnia supradicta *minuentur, quæ Græci symptomata uocauerunt, nos accidentia paßionis. Hæc omnia etiam mulieribus passione affectis, sed plus in ipsis prævalet prurigo ob naturam. Indecenter enim * ipsa in loca manus mittunt, prurientibus uerendis, atque omnes ingredientes appetunt, & suæ libidini seruire supplices cogunt. Differt autem à satyriasi gonorrhœa, quam nos seminis lapsum uocamus, siquidem sine tensione ueretri fit seminis inuoluntaria atque iugis elapsio. Dehinc quòd satyriasis tarda non sit, quam Græci chroniam uocãt, ac simile quiddam habeat paßioni, quæ à Græcis est appellata priapismos. Eius memor est in libro signorum Demetrius Attaleus, dicens quòd hoc in quodam uiderit sene, atque in seipsum * manu operante, nec quicquam tamen potuisse peragere: tensionem autem fuisse ueretri nimiam, cum paruo dolore, ut cornu putaretur, & ita perseuerasse multis mensibus, nulli quoque adiutorio medicinali ceßisse, sed tardo atque longo tempore requieuisse. Quo fit, ut sit priapismus discernendus à satyriasi. Siquidem illa celer est, nec tardat in corpore: * ac fit sanè contractu neruorum, & stimuloso desiderio in uenercam uoluptatem. Est autem paßio stricturæ & celeris atque uehemens. Patitur enim tota neruositas, quod est coniiciendum ex mentis alienatione, & contractu membroruum: sed plus atque præstantius pati seminales uias accipimus, quas Græci spermaticos poros appellant: pati etiam eas partes grauius, quarum congreßione usus uenereus celebratur. Curantes igitur, iacere facimus ægrotantes loco calido, atque uigilanter silere iubemus, lanis limpidis eorum clunes, atque pubetenus, quod

* minuuntur

* pudenda

* mastuprante

* id est cõuulsione, vt paulo pòst.

quod Græci ἦτρον appellant, cum inguinibus & ipso uerctro contegentes, prohibentes etiam hominum ingressum, & magis iuuenum fœminarum, atque puerorum. Pulchritudo enim ingredientium admonitione quadam prouocat ægrotantes: quippe cum etiam sani sæpe talibus* usi statim in uenceream* ueniant uoluptatem, prouocati partium effecta tentigine. Initio itaque accessionum conuenit nos eorum articulos manibus apprehensos continere, & ipsorum manus à locis patientibus arcere. Cum statum sumpserit accessio, ex dulci atque calido oleo lanas expressas, uel decoctione fœnugræci, aut lini seminis, uel hibisci apponere. In dimissione uero ob uehementiam etiam phlebotomiam adhibere, cogentibus rebus, intra diatritō: permittentibus autem, in ipsa diatrito. Intelligimus sane dimissionem, si etiam febres affuerint, ex earum *indulgentia. Necesse est enim quando passio asperatur, tunc etiam febres extendi: & cum rursum fuerit remissa febres quoque leuigari. At si febres non fuerint, ex cæteris accidentibus, quæ Græci symptomata uocant, cum ea indulgentiora uiderimus, ut ruborem, feruorem, pruritum, uel in usum uenereum cupiditatem, aut genitalium tentiginem, uel his similia. Post phlebotomiam corpus perungemus, atq; ora lauantes, cibum damus halicam ex melle, uel panem lotum ex aqua, & oua sorbilia. Aliis autem diebus eas partes quas lana texeramus cataplasmate curamus, ex fœnugræci atque lini seminibus, aut pollinibus aqua resolutis, quod Græci omen lysin uocant, aut aqua & melle. Tunc etiam cucurbitas apponemus: sed in accessionis statu leues: in dimissione autem cum scarificatione, clunibus, atq; pube tenus, perrasis capillis. Appo

* visis
* veniant cupiditatē vt paulo post.
*remissione ac imminutione

nimus etiam sanguisugas, & spongiarum uaporatione utimur, præcoctis in aqua quibusdam laxatiuis. *Adhibentes etiam clysterem ex oleo calido, * aut calida ex oleo, tunc rursum cataplasmantes ante cibum. Præterea etiam encathismatibus utimur, nũc ex oleo confectis, uel ex calida, & oleo, nũc ex decoctionibus mitigantibus & laxatiuis. In mulieribus autem etiam pessulum oleo calido infundentes, sensim cum *sexualibus manibus in muliebre uerendum mitti iubemus. Externas uero partes per latitudinem lanis contegimus uel cataplasmamus, & utriq; * fibræ cucurbitas infigimus. Declinante paßione gestationem adhibemus, & in oleum uel calidam ægros infundimus, scilicet embasim facientes. Tunc etiam lauacrum adhibemus, atq; melioribus succis, & uariis cibis nutrimus, fugientes acriora, pulmentum atque uinum, multo tempore. Cerotaria etiam patientibus partibus apponimus. Mulieribus uero liquidiora facientes * acriũ uice utimur. Adhibentes etiam æquè ex adipibus, atq; * medulla, & meliloto, uel his similibus pessaria, de quibus latius in libris quos sumus de mulieribus scripturi, docebimus. Aliorum autem medicorũ excepto Themisone nullus hanc paßionem conscribit, cum non solum raro uerum etiam coaceruatim sæpißime * inuasiße uideatur. Memorat deniq; Themison apud Cretam multos satyriasi interfectos, quod quidem, quantũ creditur, factum est ignorantia ciborum, q; frequenter ac plurimam mãderent satyrion herbam. Ait præterea apud Mediolanum iuuenem fœminam atque * aliàs decentem, nuptam cuidam nobili, se uidisse satyriasi interfectam. Ponit etiam eius paßionis curationem secundo lib. epistolarum, ad Asilium scribens, imperans phlebo

* Adhibemus
* aut ex calida & oleo
* fœminæ altenus
* pudendialis
* clysteris vice iniicimus, Adhibemus
* medullis
* inuadere
* eleganti forma

phlebotomiã, atq; fomẽtationes, & cataplasmata frigidæ uirtutis adhibenda, quibus poßit extingui ueneris appetentia: dans etiam potum frigidum: quæ omnia sunt inconsequentia, atq; incongrua. Siquidem pugnant phlebotomiæ laxamento, ex quo indulgentia corporis fit, & est cataplasmatibus, & fomentis * ex frigido potu effecta constrictio, atq; condensatio, ut supra diximus contraria: quippe cum appetentia ac delectatio concubitus accidens sit uerendorum partibus ob tumorem, sicut etiam mẽtis alienatio membranis cerebri tumentibus, quo fit ut ex frigidis atque constrictiuis rebus augeatur etiam uel geminetur ueneris cupiditas

* &

De Cholericis. Cap. XIX.

CHolericam paßionem aiunt aliqui nominatam à fluore fellis, per os atq; uentrem effecto, ueluti fellifluam paßionem. Nam cholen fel appellãt, rhœam fluorem: alij à multitudine fluentium humorum qui sunt similes felli. Non enim inquiunt esse fella, sed esse liquida in eundem colorem transeũtia: sed hoc differt nihil. Non est enim necessariũ de etymologia certare paßionis. Asclepiades libro de finibus hanc definitionẽ paßionis dedit: Cholera, inquit, est humoris fluor, celer, ac parui temporis, uentris atq; intestinorum, ex concursu siue obtrusione corpusculorum, atq; ut sæpe contigit ex indigestione initium sumens. Hanc quoq; *diffinitionem quidam disserẽtes aiunt, humoris fluorem dictum, siquidẽ hæc est generaliter cholera: parui etiam temporis, adiectum, ad discretionem cœliacorum: siquidem etiam ipsis fluor est humoris, sed longo frequentius tempore: (concursu autem corpusculorũ) siquidem etiam nauigantium * quidam humoris fluxu

* definitionem

* cum primũ nauigare incipiunt, maris iactatione ac fluctuatione

afficiuntur, nec tamen ex corpuscolorum concursu. Adiectum etiam frequenter ex indigestione hoc fieri, siquidē ex aliis quoq; causis fit cholerica paßio. Aliqui nostrorum tradiderunt eandem definitionem, solum concursum corpusculorum detrahentes, atq; uiarum raritatem adiicientes. Nos autē superfluum fuisse causas paßionis dicere iudicamus, cum sit necessarium id quod ex causis conficitur edocere. Multò autem ac magis superfluum dicimus, etiam causas antecedentes definitionibus adiungi, quippe cum nec sola cholerica paßio ex indigestione fiat, neque sola indigestio hanc faciat paßionem, sed etiam aliæ causæ speciales, atque contrariæ uirtutis, quarum nihil ex ista diffinitione monstratur. Dehinc rheumatismus siue humoris fluor, non solum uentris atque intestinorum est, sed etiam stomachi. Quapropter, ut Soranus ait, Cholerica paßio est solutio stomachi, ac uentris, & intestinorum cum celerrimo periculo. Sed antecedentes causas eius paßionis dicimus, uinolentiam, uel malum medicamen potum, aut aquarum * calidarum potationem, uel iactationem maritimam primæ nauigationis, quæ commoueat insuetos: sed uehementius hoc facere dicimus ubi continuamus indigestionem ob plurimam sumptionem cibi, aut insueti, aut curiosè conditi: quorum sane intellectus aptus rationi est ob causarum scientiam, inutilis uero ac necessarius curationi, uel naturæ. Huic paßioni similis ac uicina est diarrhœa, atq; stomachi resolutio. Sed diarrhœam Asclepiadis sectatores discernunt. In choliricis aiunt uentris & stomachi rheumatismum, hoc est humoris fluorem, in diarrhœa uero ultimarū partium profluuium. Nos uero dicimus in stomachi solutione solum

*vt sulphurosæ, nitrosæ &c.

*uomitum frequentare, & neq; simul uentris fluorem: qui si * fuerit rursum uomitu non attestante, solius uentris significat solutionem, & appellabitur diarrhœa: in cholerica uero paßione utrunque concurrit, hoc est uomitus atque uentris fluor, cum aliis quibusdam accidentibus signis, quæ post memorabimus. Item indigestionem aiunt * genere differe: sed Asclepiadis sectatores magnitudine inquiunt, siquidem paruus in Diarrhoeæ fit ex indigestione corpusculorum concursus, siue obtrusio, maior autem in cholericis: tempore etiam differre inquiunt: siquidem præcedit indigestio choleram: sed horum prompta atque facilis est discretio. Etenim indigestio conficitur ex corruptione ciborum, etiam si quis neque uomat, neque humoris fluorem sustineat, quem Græci rheumatismum appellant, per uentrem effectum. Cholera autem ex uomitu atque uentris fluore turbatio est, etiam si cibus non fuerit corruptus: Nam & ex aliis antecedentibus causis aduenire, intelligi potest.*

* adfuerit.

* et pro ea differentia nunc Diarrhoeam, nunc choleram excitare.

Quæ sequuntur eos qui cholerica paßione afficiuntur. Cap. xx.

*PRæcedit frequenter cholericos stomachi grauedo atque tensio: anxietas: iactatio: uigiliæ: tormentum intestinorum cum sonitu, quem Græci borborismon uocant. Ventris dolor: atq; per podicem * uenti fluor nihil releuans: ructationes fumosæ: nausea: saliuarum fluor: grauedo thoracis cum membrorum defectu: surgente paßione iugis uomitus, & primo corrupti cibi, sicut frequenter occurrit, & humoris atque fellis flauidi: dehinc uitellis ouorum similis: tunc * prasij, atque eruginosi: ultimò etiam nigri: uentris quoque turbatio cum dolore: & egestio uomitorum*

* quidam uentris

* Praßini. i. Porracei

similis, hoc est spumosa, & acerrima, cum frequenti *delectatione uomendi. Crescēte paßione aquati atq; tenuis liquoris fit egestio, & aliquando similis loturæ carnis. Feruntur etiam cum his humoribus plerunque subalbida *desputa: sequitur etiam densitas pulsus, & articulorū frigus, atq; uultus nigrore fuscatus: ardor, atq; sitis insatiabilis: spiratio celerrima: & cōtractio uel conductio membrorum, cum neruorum tensione, ac surarum, & brachiorum. Præcordiorum etiam ad superiora raptus, cum dolore iliaco simili: aliquando etiam egestio uentris sanguinolenta, uultus in maciem atque tenuitatem *deducti: oculi rubri: & in ultimo singultus. Ista denique acuta atque celerrima paßio esse à ueteribus memoratur, ut nunquam in secundum ueniat diem. At si in meliorem partem uergere cœperit, ut leuior fiat, articulorum atque corporis frigus infractum mitescit: & pulsus assurgens manifestior fit, ex altioribus ad supeficiem ueniens: paruæ etiam, atque interuallis longioribus egestiones fiunt: & paulatim releuatior æger efficitur. Acceßiones autem apprehendimus ex his, quæ sunt paßioni consequentia. Cum enim anxietas atque iactatio, confluentibus ad stomachum liquidis, & contractio articulorum occurrerit, acceßionem præsentem dicimus. At si post uomitum minus sibi æger *cœperit displicere, stomachi occurrerit releuatio, & mitigata uentris mordicatione, cuncta minui aduersa cœperint, dimißionem pronuntiamus. Generaliter autem paßio est uehemens, atque acuta, uel celeris, & aliquando solius solutionis, aliquando adiuncta ex aliqua parte strictura, ut dolores ostendunt stomachi, atque uentris, & intestinorum, & arti

* irritatione
* pituitosa
* deductus
* minus anxius sit

& articulorum contractio. Magis autem patiuntur in ista paßione stomachus, & uenter & intestina: cætera uero membra omnia corporis consentiunt.

Quomodo curandi sunt cholerici.

CAPVT XXI.

CHolericos oportet primo similiter ut cardiacos locari, atq; ut* indigestos, uel qui cibos* excludunt: potum dari decet tepidæ, ut quod immutatum corruptione uidetur, tanquam ueneni materia per uomitum depurgetur. At si hæc corrupta excludi desierint, erūt ægrotantes seruandi in eodem schemate. Prouocabiles sunt enim liquidorum fluxionibus motus. Conuenit etiam articulorum leuis, atque impressa defricatio cum quadam perseuerabili tenacitate: tum etiam eorum ligatio, *qua cum fuerint densa, phthisicum consentire stomachum* cogant. Sed ne ex his ligamentis* superiora torpescant, erunt sæpius commutandæ ligationes. Tunc stomacho atque ori uentris spongiæ admouendæ iugiter ex aqua frigida expressæ, dehinc etiam ex posca, atque iisdem facies detergenda, quò defectione submota in resumptionem ueniant ægrotantes. Vtemur etiam odoramentis, sicut in cardiacis ordinauimus, atque flabris, & cataplasmatibus frigidæ uirtutis, secundum thoracem, ac uentrem. Sed ut non sæpius hæc mutare cogamur, neque contrario, permanendo calida efficiantur, spongiis frigida expreßis atque superpositis ea frigidamus, ut non *sæpius uirtute constrictiua, uerum etiam frigido tactu fluorem constringant. At si dolor, uel intestinorum tormēta, plurimum coegerint, pro frigidis spongiis, aliqua* temperātia admouemus: tum tectione

* qui cruditate vētriculi laborant.
* vomitu reiiciunt
* quæ cum fuerit
* cogit
* superiniectis
* tantum
* dolorem mitigantia

mundarum lanarum, uel olei dulcis, atque calidæ infu-
* spasmos conuulsiones — sionibus utemur. Similiter etiam propter * cõtractiones, articulos lana circuntegimus, & pannis calidis
* cooperimus — * colligamus. Infigimus præterea cucurbitas leues, quas Græci κούφας uocant, scilicet sine scarificatione. Has frequenter detrahimus, atque differentibus locis infigimus, quô latenter ac sensim etiam strictura, quæ irruerat resoluatur. At si dolores coegerint & plus urgere uomitum uiderimus, solutione obtinente, ita cucurbitas infigemus, ut in cardiacis memorauimus, hoc est, constrictiuas ori uentris, atque subsequentibus partibus. Aliquando etiam à tergo per interualla dimißionis adhibemus. Præterea aquam frigidam sorbendam, damus per interualla quidem. At si uehementius uires amputari, ac solutionem crescere uiderimus, præcuratis ægris, ut in cardiacis docuimus, cibum damus dimißionis tempore, non expectata prima diatrito, defectionis coacti periculis. Dabimus igitur panem ex aqua frigida, diligenter prælotum: halicam, uel oryzam ex aqua, uel posca: aut oua hapala, aceto prius infusa, & pulticulam sicciorem. At si accepta reiecerint, paululum requiescentes, post interuallum rursum cibo nutrimus. Tunc, si res coegerit, etiam tertio id facimus, uel quarto: & ob retinendum cibum cucurbitam latioris osculi unam uel secundam plurima cum flamma infigimus ori uentris; infra costarum finem eodem tempore quo cibum damus. Tunc post eius sumptionem idem facimus, quo constrictione, atque raptu, corporis ad inferiora uenire, & illic permanere cogantur accepta. Oportet præterea adiutoriorum mediocritatem intueri. Nam
* iugis cibi — plurimi atque * iugi cibo oppreßione præfocati sæpe sunt

*ſunt ægrotantes. At ſi diſtantia temporis longiore fuerit uomitus intercapedinatus, & uentris effuſio iiſdem dilationibus *dirarata, tunc, ut in declinatione totius paßionis, ob appetentiæ deſtructionem dabimus quicquam pomorum, ut pyra, uel mala cydonia, aut ſorba, aut mali punici grana, aut damaſcena, uel recentium uuarum * palealium, intybi thyrſum, atque uolantium pectora, ſed non pinguium, ut perdicis, uel phaſſæ, uel ſimilium, in poſca decoctorum uel aſſorum cum aſpergine corticis mali punici, in puluerem comminuti. Dehinc è cellario * quẽ Græci apotomiam uocant, colymbadas oliuas fractas. At ſi ſufficienter ægrotantium ſurrexerint uires, dabimus etiam panem ex uino mediocriter auſtero, aqua frigida temperato. Dehinc etiam bibendum dabimus ex ipſo mixtum potum, ſed eo tempore quo cibum dabimus: multum enim bibere prohibemus: ſiquidem ſitis ſiccare ualet humecta. At ſi febres fuerint conſequutæ, & uires ægrotantis permiſerint, abſtinentia cibi abſtinemus una die: ſi autem hoc ferre non potuerint, dabimus cibum dimißionis tempore: ſin uero febres non coëgerint, & paßionem ceſſaſſe uiderimus, non ſine cautione ac diligenti cura reſumimus ægrotantem paulatim, atque modicis adiectionibus *motus, uel ciborum, præcauentes ſuperfluos cibos, ne in commemorationem paßio reducatur. Reſumptis igitur uiribus etiam lauacrum adhibemus. Hæc eſt ſecundum nos cholericorum cura. Veterum autem medicorum ſententiæ uariant. Hippocrates fel quoddam appellans *choleurecam nominauit, atq; iliacæ paßionis eſſe particulam ſiue concurſum conſtituit. Ille denique eius curationem, neque memorare*

* rarius incitata.

* in palea reconditarũ, & aſſeruatarum.

* quod

* potus

* choleritam ægritudinem.

dignũ arbitratus est, sed quinto libro epidemion cholericorum signa tradens *helleboro dicit utẽdum cum lenticula, * uel singularem succum lenticulæ bibendum: Tunc inquit uomitum prouocandum esse, quod est non aliter contrarium, quàm si quis fluore sanguinis pereuntem, uel diaphoresi dissolutum phlebotomare, uel aut cardiacum sudore defluentem calido lauacro, *uel sudoriferis uaporibus uelit adiuuare. Nam id ipsum quod paßio uocatur, adiutorium quoque fieri uehementius cogit. Etenim * in helleboris uomitus factus etiam his qui nulla solutione afficiuntur cholericæ paßionis periculum solet afferre, & magis, cum non præparatis corporibus adhibetur. [a] At si quisquam Hippocratem defendens dixerit ab eo non datum, sed memoratum, quod quidam cholericus acceperit, uel sibi ipse dederit, frigida utitur defensione. Ait enim Hippocrates profuisse datum: quod si displiceret, culpare debuerat. Item Diocles libro quo de paßionibus atque earum causis, & curationibus scripsit, frigerandos inquit cholericos, & donec depurgentur, nihil eis accipiendum: sed tunc cum tempus uisum fuerit, dandam frigidam & in uomitum prouocandos: balanos etiam per podicem indendos. At si hyems fuerit, calida aqua utendum: tum nigrum dandum uinum cum polenta, atque prouocato somno quiescendum: singultui uero absinthium dicit conuenire, & ad * solutionem bubulum uel caprinum lac, dimidiæ heminæ quantitate, cum papaueris albi succi cyatho dimidio, & mali punici succo. Scribit etiam aliud curationis genus, quo memorat cumino quoq; atq; sale & origano, & his similibus potis utendum. Culpandus igitur primum est, quòd calidum potum

De Atheniensi quodam cholera correpto id scripsit Hippocr.

** ac*

** sudorificis*

** ex Helleboro*

¶ a Verba hæc sunt Hippocratis. Hic Veratrum in lentiũ succo bibit: & alterum lentiũ succũ insuper bibit, quãtum potuit: & postea vomuit: coactáque sunt et adstricta ipsi ambo (nempe vomitus, & alui profusio) &c.

** cohibendam*

potum dari iubeat cholericis cùm tempus hyemis intuetur, & non paßionis considerat uires, neque coniicit quòd calidum quicquid est, laxando prouocat uomitum. Addidit etiam nihil dandum, donec ægrotantes depurgentur, & non docuit tempus cibi offerendi, neque demõstrauit quãdo post depurgationem corruptorum dimißionis tempore erunt ægrotantes nutriendi: denique tempus uini dandi non memorauit. Item absinthium est acerrimæ uirtutis, & propterea incongruè, atque imperitè singultientibus ordinatum. Est enim ex tumore stomachi ueniens singultus. Lac etiam in eiusmodi paßionibus facilius acescit, & effusionem uentris prouocatam extendit. Cuminum quoque & origanum acerrimæ uirtutis esse nemo est qui nesciat. Quo fit, ut aperiantur magis quàm claudantur fluentia, & prouocentur mordicationibus quæ fortè sunt in tumore constituta. Praxagoras primo libro de curationibus contrà docens, iubet dari plurimum mulsum ex * aceto confectum ebibendum: & calido passo, atque absinthio potandos probat. Vomentibus uerò prius inquit * calidum potum dandum. Tunc si plurimus inquit uomitus fuerit, lauandos ægrotos calida, & post lauachrum somno dimittendos. At si dormire non potuerint, danda polenta, atque bibenda ex mulso, uel passo, uel frigida. Et cùm uomitus quieuerit, lenticula nutriendos, & uino potandos. At si uomitus perseuerauerit, post * dationem, rursum lauandos, atque iisdem utendum: at si perseuerauerint ea quæ per uentrem feruntur, manente etiam uomitu, alia die rursum lauandos, atque similia adhibenda. Apparet etiam in hoc morbo erroribus implicari. Etenim mulsum ex aceto doloribus est incongruum, ut quod inflet tumentia

* Sic vocat oxymeli

* calidæ

* calidæ: vt suprà.

tia

tia ex aceti qualitate: absinthium uerò est nocens, ut superius memorauimus. Item calidis potus, uomitibus est inconueniens: lauacrum quoque fluenti corpori uehementer inimicum, quod iste non semel sed sæpius adhiberi confirmat: * & neque cibo nutrit, quo facilius uires ægrotantis diuersis intereant detrimentis. Neq; saltem semel, sub hac * lauacri frequentia dormire permittens, ut ipse uoluit. Item mulsum uentrem dissoluit, quippe non decoctum. Non aliter etiam dulce uinum. Ridiculum quoque est, atque cachinnos commouens, pausante uomitu lenticulam dare: perseuerante uerò, lauacrum adhibere, cùm sint hæc in utroque contraria. Etenim lenticula constringit præsentem fluorem, lauacrum uerò corpus * coæquat post uomitus cessationem. Item Erasistratus secundo libro salutarium, utitur tepido potu, uomitum prouocans, uel acrimoniam temperans fellis. Contra dolores autem tepidis utitur uaporationibus, & cataplasmatibus ex farina & uino: at si sitis & defectio coegerit, uino potat Lesbio, cum aqua frigida, sed in aquæ cyathum uini guttas duas admiscendas iubens, uel tres, ut solum, inquit odorem uini habere aqua uideatur, atque hoc bibendum post singulos imperat uomitus, & post singulas uentris effusiones. Plus, inquit, aquæ admiscendum si febres irruerint, & similiter lenticulam dandam & uinum, aut malorum infusionem, uel decoctionem pomorum, aut pyrorum: & etiam lauacrum probat & resumptionem adhibendam. Sed hic quoq; excludendus in quibusdam est. Etenim contra dolores quomodo calidis, sic sine uino cataplasmatibus utendum: siquidem rigore quodam naturali, siue mordicatione, quam Græci rhigos uocant, uino * constringant.

* ac

* Nam tam freques balnei vsus somni, quem semel ab ægro capi vult, occasionem & opportunitatē ægro præripit.

* colliquat

* vina cōstringunt.

Est

Est præterea eorum datio ante declinationem paßionis contraria; & magis cum sine cibo danda ordinantur, & immodicè: siquidem post singulos uomitus, id fieri * præceperit, cùm propter uirium solutionem oportuerit etiam cibi quiddam offerre, & non solum uinum potandum dare. Febribus quoque irruentibus, & quantum credendum est humore * interposito, inconueniens est lenticula, & infusiones siue decoctiones constringentium materiarum. Harum enim ad uomitum cogendum tantum fuerat usus necessarius. At Herophilus cholericorum curationem secundum se alijs nullam tradidit. Asclepiades uerò tertio libro celerum uel acutarum paßionum, * affectans uomitum ex rapaci haustu transuoratis potionibus eodem die * leuat ægrotantes, & uino potat cum polenta: & quid ultra? cum plurima approbet ueterum curationum, solùm prohibens ea die * leuandos, nisi uires fuerint * reparatæ. Oportebat etiam uini tempus diffinire, atq; post cibum dandum ordinare. Empiricorum Serapion primo libro curationum, istius paßionis medelam tradidit. Itē Heraclides Tarētinus libro quarto, sed communiter uterque rationalis logicorum * cōsentiunt curationi: adiiciunt etiā medicamina, quæ catapotia uocauerunt, multis ex speciebus confecta, quæ pharmocode dicuntur, necnon potiones etiam ad retinendos exitus fluentium materiarum, ex quibus sunt, Hyoscyami seminis, quem nos altercū dicimus, drachmæ duæ: anisi drachma una, opij drachma semis, contrita & superflua aqua dulci. Tunc collecta, & in triginta partes diuisa: * singula faciunt catapotia, quæ dantur in * aqua frigida, cyathis duobus. * Abstinet, inquit, etenim uentrem. His uerò qui fuerint uiribus illesis,

* præcipit

* intercepto, i. inculcato, nec libera ventilatione difflato.

* moliens ac procurans

* lauat

* lauandos

* vino & polenta

* consentit

* Hac ratione singula catapotia pendunt grana septem.

* aquæ frigidæ

* Abstinent

ſis, conuenire dicit medicamen ex myrrha atq; papauere, & croco confectum, in quantitatem erui datum, cum uini cyatho: ſed hæc * uehementius oſtendit Heraclides Tarentinus, dans etiam halicam cum uino ultimæ expreſſionis, hydatode Græci uocāt, nos abuſiuè tortiuum, uel cum abſinthio & oryza: uel lenticula, aut ptiſana, cùm contrariam uirtutem halicæ lenticula atq; ptiſana obtineat. Item primo libro regulari, ſiue ut Græci dicunt, diætetico, nutriens cholericos prima die, cæteris utens congruè. Poſtera inquit die eos ante uomitum uſque ad tertium diem neq; cibo nutriendos, neq; os colluere permittendos, ſi quicquam fuerit ſuſpicione * ſolicitum. Poſt tertium uerò diem continenter atque cum cautione reſumptionem faciendam. Sed huic erit reſpondendum: Vtrum in declinatione paſſionis dari dixerit uinum, atq; uarium cibum, an ante ipſam, quod eſt intemporale atque importunum. Sed ſi in declinatione, cur declinante paſſione, & quantum creditur, forſitan excluſa, uſque ad primam diatriton abſtinendos exiſtimat ægrotantes? His enim qui forſitan ob eius defenſionem dixerint, eum præcauere rurſum ne febres irruant, reſpondemus, hoc eſſe occultum, & non oportere methodicum eſſe ſuſpicionibus incertis occupatum, & uerè. At ſi ob irruentem febriculam, quæ iam præſens eſſe uidetur, abſtinentia putat utendum, erat melius dicere, ceſſante uomitu, emergēteq; febricula abſtinentiam eſſe adhibendam, quod quidem facere uel memorare neglexit.

* prolixius extendit

* metuendam de morbi aut recurſu, aut perſeueratione

De defluxione, quam Græci diarrhœam vocant. Cap. XXII.

DEfluxio, eſt ſecundum Aſclepiadem rheumatiſmus, ſiue fluor parui temporis, ultimarum partium

tium coli atq; seßionis, siue* lõganonis, ut nos appellamus, quæ fit, inquit, ex cõuentu siue cõcursu atq; congressu corpusculorum. Sed huic quidam responderunt, quòd non solùm ultimarum partium coli defluxio esse uidetur, sed etiam superiorũ: item ex corpusculorum concursu, siue conuentu, quem entasim appellauit, negant fieri posse defluxionem, sed magis abstinentiam, uel retentionem. Alij rursum defluxionem dicunt fluorem, siue ut Græci rheumatismum parui temporis, intestinorum, atque seßionis uel longanonis secundum uiarum raritatem. Sed superfluum est causas adiicere, cùm paßionem definimus, quibus fuerit confecta defluxio. Item alij defluxionem esse dixerunt uẽtris turbationem celerem, uel acutam, quæ fit ex corruptione ciborum. Sed etiam nunc habet quædam superflua, diffinitio. Dehinc etiam sine corruptione ciborum, aut simili causa posse defluxionem fieri probè uidemus. Sequitur autem defluxione laborantem sine ullo dolore effusio liquidorũ per podicem, hoc est, per anum, quæ corporis facit corruptionem: aliquando etiam perseuerando intestinorum uulnerationem, ex qua dysenteria sæpe sequitur. Vtendum ægrotante commodè locato, silentio, atque abstinentia cibi, & uini. Tunc etiam cataplasmatibus constrictiuis, secundum clunes, atque uentrem, uel pubetenus admotis. Alia die si defluxio cessauerit, cibus adhibendus constrictiuus. Tunc etiam uinum atque lauacrum adhibendum, & cætera quæ resumptionibus conuenire uidentur.

* recti intestini

CAELII AVRELIANI
Methodici Siccensis Oxeon Libri tertij finis.

Aue maristela magnum gaudium
Dei mater alma virgo virginum

CAELII AVRELIANI SICCENSIS IN V. LIBROS CHRONION PRAEFATIO.

* *
*



RAESCRIPTIS celerũ paſsionum libris tardarũ placet curationes ordinare, quæ ſolo* ſuprapoſitionis tempore ſuperioribus ſunt ſimiles, in lenimento vero varia recorporatione formantur, & peritis medicinæ claram æternámque gloriam*quærunt. Celeres enim, vel acutæ paſsiones etiã ſponte ſoluuntur,& nunc fortuna, nunc natura fauẽte. Quo fit ut ignari homines elati ſæpe medicos fugiant, cum hos *prouentus incãtationibus nouis ac*ligamentis adſcribãt,aut fortunæ,cum*quoties repentino nuntio læti aut territi ægrotãtes, mutatione quadam corporis morbos excludunt,vel ea per intemperãtiam gerunt,quæ ratione occulta ſibi profutura neſcientes, duce deſperatione committunt.In*vtrunque enim faciles celeres paſsiones accipimus.Pelluntur enim aut fluo-

*exacerbationis per interualla redeuntis τῦ ἐπιτάσεως.

*parant

* euentus

* τοῖς περιάπτοις: amuletis

* aliquoties

* lætum aut triſtem exitũ.

re ſudoris, aut ſanguinis per nares, aut ventris. Chroniæ autem uel tardæ * paſsionis morbi, qui iam præiudicio quodam corpora poſſederint, ſolius medici peritiam poſcũt, cum neque natura, neque fortuna ſoluantur. Podagram denique, vel Phthiſin, aut Elephãtiaſin, vel ſimiles tarditate paſsiones reſolui nulli ſectarum principes meminerunt, ſicut ſępe febres acutæ ſoluũtur. Hinc denique Græci Aſclepium *nomen ſumpſiſſe dixerunt, quod dura curando primus ſuperauerit vitia. Scribentium igitur medicinam nullus ante Themiſonem tardarum paſsionum curationes principaliter ordinauit. Alij uero has omnino tacuerunt, tanquã impoſsibiles iudicantes, vel *incurabilium paſſionum. Alij *Alyptarum officio *tranſmittendas crediderunt: Alij diſperſe * atque de aliis paſsionibus *ſcribentes, ut podagra, ſanguinis fluore, hydropiſmo, paralyſi, alopecia, vel quartanis typis, vt Eraſiſtratus, & Aſclepiades. Themiſon autem tardarum paſsionum tres libros ſcripſit: item Theſſalus ſecũdo libro Regulari earum curationem ordinauit. Dehinc Soranus pleniſsime cunctarũ diligentiam tradidit, atque ſpeciale corpus ſcripturæ formauit, de paſsione capitis initia ſumens, quod nos quoque faciendum aſſumimus.

** paſsiones & morbi*

** & Dei, & glorioſi medici*

Aſclepius vnde nomen inuenerit.

Themiſon.

** incurabiles paſsiones*

Alyptæ

** committẽdas*

** de talibus*

** ſcripſerunt*

Eraſiſtratus.

Aſclepiades.

Theſſalus.

Soranus.

CAELII

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBER I.



De capitis paſsione, quam Græci cephalæan nominant. Cap. I.



PARTE corporis quæ patitur, paßio nomen accepit. Nã cephalen Græci caput uocauerunt. Generatur autem ſæpius perfrictione aut frigiditate, aut è cõtrario ſolis exuſtione, aut continuatione uigiliarum: ſed uehementius fœminas tenet ob diligentiam capillorum. Sequitur in paßione conſtitutos dolor uehemens capitis totius, aut dimidij, quem conſueto nomine hemicraniam uocant, uel certe temporum, *quem dolorem chrotaphon appellant. Occupat etiam oculorum radices, & occipitium, atque colla, tendens uſque ad ſpinæ partes, ut cum ſedere ægrotantes uoluerint, uertigine adficiantur, atque oculorum caligine, cum nauſea, & fellis uomitu. Ac ſi paßio*uehementer cœperit, rubri atque prominentes oculi fiunt, deiectis & concluſis palpebris euitantes lumen, cum lachrimarum fluore, cibi etiam iugi faſtidio, & obtuſione uiſus, auriũ tinnitu, & difficili auditu.* Sequentur etiam uigiliæ iuges, aut frequentes, dentium dolor, & acceßionis initio ſanguinis è naribus paruißi-*

Κεφαλή

Fœminæ obnoxiæ cephalææ.

** quos cum pectunt, comunt, tingunt, ſummittunt, caput ſæpius lauant*

Ημικράνια,

** quæ κροτάφους*

Κρόταφος.

** vehementeſcere, vt multis locis huius operis.*

** Sequuntur*

mus guttarum fluor, nihil releuans. Erit igitur locandus ægrotans, si totum caput doluerit, supinus. Si autem ex parte, ea parte quæ patitur. Mitigatur enim quodam blandimento straminum, pars in dolore constituta. Peiorante paßione sequitur uultus deprauatio, pulsus obscuritas, & omnes sensus obtusione afficiuntur. Hac paßione alij celeriter atque cum febribus laborant quem dolorem proprio nomine sectarum principes *capitis uocauerunt: Alij tarde, atque sine febribus, per interualla temporum admoniti & solo dolore capitis oppreßi, quam paßionem ueteres cephalæan uocauerunt. Pauci autem aliqui membranam cerebri dixerunt, alij eam quæ testam circuntegit, alij omnem cutem capitis, alij temporum atq; buccarum musculos, quos *siagonas appellant. Nos uero aliquando istorum aliqua, secundum quod se sensus doloris extendit: aliquando omnia, secundum quod fomenta uel acceßiones paßionum ordinate se ingerunt: similiter etiam sicut dimißiones atque delinimenta conuariant, & nunc *longioras & puras, nunc angustas & sordidas accidentium malorum reliquias in acceßionem reliquerint. Item secundum *superpositionem tempore acceßionis. Item secundum quod nunc *diurnas, nūc intercapedinatas exacerbationes interpositis diebus, uno, uel duobus, sicut quos typicos, aut periodicos circuitus appellamus, aut hemitritaicos, pro responsione temporum habuerint uariantes. Igitur de dolore capitis in acutis febribus accidenti prius libro de febribus memorauimus: De illo uero qui sine febribus, atque tardus, & suæ paßionis est, nunc dicemus. Cum itaque adhuc paruus fuerit sensus, oportet ægrotantem iacere loco mediocriter frigido,

*cephalalgiam

Κεφαλεῖα.

Σιαγών.

* Siagonitas vt multis locis operis περὶ τῶν ὀξέων: quamuis in hoc libro passim Siagonas legamus.

* longiores

* τὴν ἐπίτασιν

* quotidianas

Diurnas dixit pro continuas.

Τυπικοί.

Περιοδικοί.

Ἡμιτριταϊκοί,

frigido, atque obſcuro, paulo leuatius capite collocato, adhibito ſilentio, atque corporis & animi requie, cum abſtinentia cibi uſque ad primam diatritum. Adhibenda etiam articulorum leuis fricatio, cum capitis fomento ex oleo frigido, * atque uiridi, uel ſucco quolibet admixto, qui * ſine repercuſſu ualeat aſtringere, ut polygoni, arnogloſſæ herbarum, aut intybi, aut portulacæ, aut rubi, quem Græci batum appellant, aut * anulorum uitis, quos helicas uocant, uel uuæ * lupinæ, aut anagallidis, uel ſideritis herbæ, aut * murtæ. Hinc etiam cataplaſmata adhibenda ex horum ſingulis, aut admixta pulenta, uel compoſitum ex multis eius uirtutis medicamen frõti apponendum, ut eſt * diatheon: ſi uerò uehementior fuerit dolor, erit locandus ægrotans loco amplo, atque calido mediocriter, & neque plurimum lucido, ne nimius ſplendor officiat. Apponendæ etiam lanæ lenes, ac tenues, & limpidæ iiſdem partibus, cum iugi fomento ex oleo dulci, atque calido. Ac ſi coegerit dolor * ptygmata erunt uiciſsim & lanæ, æque mollia apponenda, ex oleo calido expreſsa, * temporibus ſub buccarum muſculis immota. Tunc etiam ueſicæ ſemiplenæ ex oleo calido, uel ſaccelli ex pollinibus calidis confecti, manu etiam calida, atque digitis, molli tactu loca dolentia contingenda, cum omni ſilentio ac requie ægrotantis. Si autem dolor ad dentes tetenderit, mulſum calidum uel oleum damus, quod in ore ſine ullo motu contineat: niſi quis hoc horreſcens in nauſeam fuerit prouocatus. At ſi uehementius dolor conualuerit, & maiora * exegerit, diu etiam permittentibus uiribus, in ipſa diatrito,

Διάτριτος.
* omphacino. ὠμοτριϐεῖ.
* ſuo
Πολύγονον.
Βατός.
* capreolorum. clauicularum. ἕλιξ.
* Solani vide lib. 2. cap. 7.
* in hoc exemplari ſic perpetuo ſcribitur pro Myrti.
Diatheon. Diatheiʉ.
* deſcribitur à Gal. κ. τοπʉς. pag. 701. ab Aetio pag. 727.
* complicati panniculi. Πτύγματα.
* & ſub temporibus buccarum muſculis admouenda: tum
* exegerit remedia, etiam

uel ante ipsam, sanguis erit detrahendus, phlebotomia scilicet: sed totum caput dolentibus, ex eo brachio quod facilius fuerit, detractio facienda. At si altera pars capitis doluerit, ex eius contraria detractionem faciemus, quo longius adiutorij commotio à parte patienti * remota uideatur. Tunc os colluere permittimus, & aquæ calidæ potum damus. In ipsa uero diatrito unctionem adhibemus ex oleo dulci, atque calido. Tunc facimus foueri faciem ex aqua scilicet calida. Dehinc potum atque cibum damus, ut est panis aquæ calidæ elutione purgatus, quo difficultate deposita * politus fiat. Vel certe* aliqua similiter *fiant, aut cum mulsa mediocriter cocta * aut ex panis pulticula confecta, quam torineton Græci uocant, cum paruißimo anetho, aqua, sale, & melle: item oua sorbilia. Quæ quidem cibatio erit alternis diebus adhibenda, donec dolores declinēt. At si paßio durauerit, erit tondendus æger usque ad cutem. Hinc etiā patientes partes leuantur, cum ex alto reflatio quædam uiarum nuditate permittitur, & localibus interea adiutorijs præparantur. Tunc nouacula radendum caput, atque cataplasmatibus, & leui cucurbita in acceßione, sine scarificatione * autem & dimißione releuandum, ex illis scilicet partibus quæ plus patiuntur, uel fortiore dolore uexantur. Atq; ita sanguisugæ apponēdæ, quas hirudines appellamus, & magis si locorum inæqualitas cucurbitæ non fuerit capax, quo inhærere minime poßit. Tum uaporationes spongiarum ex aqua calida expressarum adhibendæ, uel calida & oleo, aut decoctione hybisci, quam* altean uocant. Ac si uenter non

*remouere

*remoto furfure suauior & iucundior sit.
*alica
*fiat
vide huius lib. I. cap. 4.
*aut pulticula ex pane confecta: quam Torynitō Græci. τορύνη, rudicula, δοίδυξ, coclear. τορύνειν in olla coquere & elixare. τορυνιτὸς pulticula in olla elixa, & inter coquendum rudicula uel cochleari aßiduè & curiose agitata, ne uratur, aut nidorē oleat. Hanc pulticulā è pane confectam vulgus appellat Du pain gratté

* cum scarificatione autem, in dimißione * Althea

fecerit

fecerit officium plurimis diebus,*tunc calidæ,& oleo rutæ, admixto melle, erit iniijciendus clyster:sic enim & intestinorum fotus fit, & stercorum detractione caput releuatur,quorum motu,ac expirationis ascensu amplius grauabatur .Quapropter etiam pridem,si officium uenter non agnouerat, oportuit adhibere clysterem, priusquam cucurbitæ usus*accesserit: debinc cataplasmatum genus nunc laxatiuum conuenit,ut est ex lini & fœnugræci seminibus: * atq; polline,ex aqua,& oleo,admixto melle concocto:uel ex panico diligenter emollito. Declinante paßione, cerotarijs atque malagmatis simplicibus utendũ,ut est diachylon. Tunc cibus uarius dandus,prædictæ simplicitati uicinus, ut est cerebrum porcinum, uel hœdinum, * piscis teneri,turdi,columbarum pulli, uel domesticarum gallinarum:olera quoque cucurbitæ, maluæ, betæ, nunc ex aqua cum oleo atque garo curata, nunc concisa atque trita,& * interius condita:magis enim ex his facilis uenter efficitur, quod sæpe etiam sanitatis tempore * omnibus profuit,quibus unius diei uentris dilatio caput impleuit. Ante cibum præterea erit adhibenda gestatio,* portatoria scilicet sella,sine uehementi motu,quo partes uehementer patientes releuentur. Tunc etiam deambulatione utendum, & post perunctionem capiti adhibendus fotus,cum * toto corpore supradicto motu laxatum & spiramentis facilibus agitatum sit. Etenim motu densa laxantur,& retenta tenuantur. Dehinc* cum declinatio firmior esse cœperit,lauacrũ adhibẽdũ. Tunc in alia diatrito quiddam uini aquati offerẽdum. Ita cum capitis pausauerit dolor,longo tempore horæ solitarũ acceßionum erũt

* tum ex calida.
* accederet.
* aut
Μάλαγμα διὰ χυλῶν.
* pisces:
* curiosius. ut paulo post
* hominibus
* fertoriũ paulo post uocat.
* totũ corpus
* cũ in declinatione æger firmior

euitandæ, atq; è memoria eiiciendæ: quibusdam etiam temporibus in requie seruemus ægrotos. Declinandum etiam omne quod potest accessionem in* commemorationem reducere, ut est adustio, indigestio, uenus, *meratus potus, uel plurima masticatio durioris cibi, aut curiosè conditi, necnon etiam uapores uehementes atque *ignea lauacra, exclamatio uehemens, iracundia, uel * uenter nimis adstrictus, & magis post cibum, spiritus retentio, & eius ad ilia* descensus. Sic enim oppressio quædam omne caput extendit. Dein tardante passione, & nunc superpositionibus exasperata, nunc lenimentis leuigata, oportet in super positione temporis animaduersionem habere, iis deniq; quæ supra scripsimus, uti. Etenim quæ mitigant celeres uel acutas passiones, ea tardarum superpositioni conueniunt. In lenimento uero paulo audacius resumendi sunt ægrotantes, & non, ut nuper, timoris adiuncta cautione, tempore scilicet quo superpositionis asperitas *declinabat. Adhibenda igitur uectatio pro uiribus ægrotantis [a] fertorio, uel sella * procurata. Ac si purius occcurrerit lenimentum, & neque æger fuerit uiribus præuexatus, tunc hominum manibus, aut animalium actu * uehiculum adhibemus, æquali uidelicet motu, sed *perfecto, atque æquabili, lucido, & mediocriter calido loco. Ac si temperata, & sine flatu aëris fuerit qualitas, tunc etiam sub cœlo erit adhibenda gestatio. Sed necessariò longitudo loci curanda, ne frequenti reuersione uehiculi circulatus gressus uertiginem ingerat ægrotanti. Tunc etiam deambulatio adhibenda, sed primo tarda, dehinc medio tempore fortior, atque paulo erect

* eius recidiuã facere
* meracus
* calida & feruentia, tã naturalia quam arte parata.
* uẽter ob eas abstractus
* ascensus.
* declinabit
¶ a fertoriam sellam posthac vocat cap. 5.
* portatoria vt supra
* vectationem
* pertecto

* erectior * extentis cruribus. Iis uero quibus caput fuerit plurimum releuatum, etiam [a] lectio ante deambulationem erit adhibenda, si studiosi fuerint ægrotantes, sed * leui exercenda uoce: tum exercitium, atque unctio, quæ æqualiter corpus moueant atque curent, ut uestitos faciamus currere, nudos uero cum defricatione perungi. Tunc manus suo motu * exerere, uel certe luctationem iugem facere, adhibito * doctore, cuius præceptis pareat, adhibitis * sanè ijs rebus quæ implere atque commouere caput ualent, ut sunt ea quæ cum obiectione plurima corporis fieri iubentur: necnon etiam * circulatos ductus, atque * retrogressus cum saltibus. Tunc ora lauanda, atque articuli fouendi, uel lauacrum per interualla dierum adhibendum. Deposita autem corporis turbatione erit aqua præpotandus ægrotus. Tum cibum sumere succi facilioris debet, id est, mediæ materiæ, quam mesen hylen uocant Græci. Dandum etiam uinum tenue, paruum. Sed eo tempore quo cibamus, adhibenda quoque animi laxatio, quam diachysin uocant, quæ fiet aut ludicris rebus, aut ioculari facetia, quæ singula artis moderatione adhibita, cyclorum ductu augeri atque minui debent, * prædatio initio, cui perfectio consummata respondeat. Est autem resumptiui cycli ordinatio formanda hoc modo. Prima die paruo cibo atque aqua nutritus ægrotans, uel si ferre ualuerit, ab omni nutrimento abstentus, alia die leui motu erit exercendus, atque oleo perungendus: tunc & cibo nutriendus * id est, totam accipiat partem solitæ quantitatis, quam facile percipere

*loco magis accliui.
*extendendis.
a Lectio quando adhibenda.
* leni.
* exercere.
*aut Pædotriba, aut gymnaste.
* etiam.
* circulati
* gal.li.2.tuenda valet.id genus exercitationis ἐκπλεθρίζειν vocat.
Μέσην ὕλην.
Θυμοῦ διαχύσις.
*prædato præscripto.
Prædationē cibi abstractionem vocat.
*id est vt tertiam panis accipiat.

atque digerere solebat. Sed panem dabimus limpidum, fermentatum: pulmentum autem oua, uel holerum betas, aut cucurbitas, uel maluas, aut lapathos, aut bulbos, uel pisces teneros, ut sunt * scari: & auiculas, ut sunt turdi, aselli, iulidæ, ficedulæ: uel cerebrum porcinum aut hœdinum, in hac perseuerantes qualitate, atque quantitate, duobus uel tribus diebus, iuxta uirium poßibilitatem, quo neque parua dando debilitentur, neque adiectionibus perturbati opprimantur. * Tunc detractæ partis partem tertiam adijcientes, pulmentum damus turdorum, ficedularum, aut ex pullis columbarum, uel gallinarum. Tum rursum post tres uel quatuor dies aliam tertiam partem panis adijciemus, & agrestia dabimus pulmenta, ut leporis, aut capreæ: atque ita æquali numero dierum peracto, ultimam partem panis addemus. Pulmentum dabimus porcinum, tenerum, ex aqua, uel non curiose conditum ex anetho, & sale. Præterea simili modo erit etiam uini facienda partitio, atque per singulas pulmentorum mutationes adiectio: ac si plus ægrotans bibere, quàm damus, uoluerit, aquam sumat. Simili modo etiam gestatio, atque exercitium, siue motus erit augendus aut minuendus, ad comparationem quantitatis ciborum. Perfecto recorporatiuo cyclo erit metasyncriticus adhibendus, primo ex parte, dehinc perfectus. Est enim passio facilis in * motu, & natura caput iniurijs aptißimum: siquidem non facile rerum repentinas perferat mutationes. Prima igitur die erit cibo abstinendus ægrotans: tum alia die parua adhibita gestatione, atque unctione corporis, uel si paßio permi

[Margin notes:]
λάπαθον.
* scari, aselli, iulides: vel auiculas, ut sunt turdi, ficedulæ:
* tum detracti panis
κύκλος μετασυγκριτικός.
* facile reuertitur.

permiſerit, lauacro, rurſum panis dabimus tertiã partem ſolitæ quantitatis, quam ante initium curæ facilè accipere atque * perferre ſolebat. Pulmentum dabimus ſalſum, aſſum, uel * coctum: dabimus etiam cappares ſinapi madidatas, atque oliuas ex uiridi * nouitate meſſas, quas * colimbadas uocant, præcauentes ea quæ facilè caput implent atque grauant, ut eſt porrum, allium, cepe. * Potum dabimus uinum, & ſi perferre uoluerit æger, in iiſdem duobus uel tribus perſeuerabimus diebus: ſin minus, ſecunda die ſalſamentis admiſcemus * cerebrum, uel * piſcem. Tunc ſequenti die panis detracti partem tertiam * addemus: pulmentũ damus, bolus, cerebrum, piſcem tenerum, hoc tribus uel quatuor ſeruãtes diebus. Tum rurſum aliam tertiam partem panis addẽtes, tranſimus ex mediæ qualitatis materia ad uolantum qualitatem, atque in eadem ſimili dierum numero perſeuerantes, ultimam partem panis addemus: pulmentum dabimus porcinæ carnis. Sed ſi multas mutationes facere uoluerimus, in quatuor partes medietatem panis diuidimus, ut ſingulas ſingulis * mutationum pulmentis adiiciamus: hoc eſt, unam mediæ qualitatis materiæ applicantes, aliam uolantum, aliam agreſtium, aliam porcinæ carnis. Sed ne quid odioſum è quantitate multorum dierum fiat ægrotanti, hoc eſt, pulmentorum ſimilis oblatio, erit in communi qualitate ſpecierum diuerſitas uarianda, ut quibus diebus * ſalſum * damus, Græci drimyphagian appellant, eiuſdem ſpeciem uariemus: nunc, exempli cauſa, * dantes piſcem, nunc † ſardam, nunc cordulam: atque ita in * uſu mediæ materiæ, quam meſen hylen appellant, nunc turdos, nunc ficedulas, ſiue quas * miliacas uocãt,

* digerere, vt ſuprà.
* toſtum
* oliuitate
* Colymbades
* Potui
* ſuillum, aut hædinum: vt ſuprà.
* tenerum: vt ſuprà.
* addimus
* pulmẽtorum mutationibus.
* ſalſamẽtum
* ad eius modum & ordinem. Vide lib. 3. cap. 2.
* cùm piſcem damus, ſardã
† ſcarum
* vſu
* Cordyla, thynnorũ partus, qui fœtas in mare autũno redeuntes comitatur.
* vel milio paſtas & ſaginatas: vel cẽchridas à milio dictas, auiũ peculiare genus. Aues quidam eſſe volunt, quas ortolanos Itali vocant,
quod mirum in modum & pingueſcant, & delectentur milio.

nunc

nunc columbarum pullos, ac gallinarum. Hoc denique etiam in alijs qualitatibus pulmentorum, siue materiarum erit seruandum, ut eiusdem uirtutis pulmenta specierum mutatione uarientur. Erit præterea pomorum quiddam adiungendum, quod inflare non ualeat. Sed tempore quo porcina utemur, erunt etiam olera offerenda: solumq; id seruandũ, ne modũ quantitatis excedamus, siue qualitatem rerum datarum. Augetur enim oblatio non solum si plurima fuerint † diuersarum specierum, sed etiam si plus nutrire ualuerint. In omni igitur mutatione, hoc est transitu ex qualitate ad * quantitatem, prima die oportet curandum * aqua uiuere, adhibita perũctione. In alijs uero diebus etiam uinum accipere, & lauacro corpus recurare, sed non omnibus necessariò diebus: siquidem facile caput iugi lauatione ad paßionis uestigia * reuocetur. Similiter autem oportet etiam motus corporis augeri atque minui. Tunc isto cyclo perfecto erit alius adhibendus solo ex uomitu, detracta drimyphagia: In quo oportet prima die in paruo cibo, & aquæ potu ægrotãtem seruare: Tum alia die * leui de ambulatione motum uomitum exagitari, ex radicibus raphani, uel ijs similibus speciebus, si loci aut temporis causa defecerit radicũ copia. Oportet igitur radicis cortices in frusta minui paruißima † ad libræpondus, quod excedere fas non est, ex infuso mulso, * & aceto cõfecto simplici, uel * scillino hauriendum, atq; medendo dare ægrotanti, sed paulo prius quàm cibum libero tempore accipere * solet, † ut neq; supinus adhuc stomachus, hoc est, cibi adpetitu non admonitus, sine ulla commotione reuomat: neque rursum appetentia soliti temporis excitus * digestioni incitet

accep

† anteriorum

* qualitatem.

* aquã bibere

* reuocatur

* post lenis deambulationis

† intra libræpondus

* eas que tegi infuso.

* Scyllino. quod hauriendũ radices mãdenti ægro dare oportet.

Ὀξος.

Σκίλλινος.

* soleret

† Videtur deesse: admonendus est.

* digestione coquat.

accepta. Tum tenuiter * masticans, & iugiter ex illo mulso ex aceto confecto sorbens, transuoret, atque cùm omnem modum sumpserit, * leui deambulans motu, requiescat, donec ructante stomacho * è retento spiritu mordicatione quadam, siue feruoris sensu sentiat altiora pulsari, quod quidem interposita hora occurrere probamus. Tum aquæ tepidæ sumens cyathos duos, ne plurimo potu acrimoniam radicis obtundat, immissis digitis uomitum prouocet, atque cùm omnia reddiderit accepta, aquam superbibat plurimam, ut & stomachum lauet, & reliquias feruoris extinguat: atque ita prouocato uomitu reiecto potu rursum bibat. Hoc cùm tertio aut quarto fecerit, & potum * liquore limpido reddiderit, capiti leuis fotus est adhibendus, atque ora aqua calida fouenda. Tum leui deambulatione mouendus est, ob tranquillitatem * capitis facien-dam, nisi sit soluendi * torporis ex nocumento uomitus illati causa, perungendus, * hoc est, ex superioribus ad inferiora membratim deductis manibus defricandus. Sic enim capitis densitas quæ uidebatur illata, soluetur, cùm inspiratio facilis totum per corpus fuerit effecta. Tum epotis duobus cyathis aquæ calidæ lecto recollocandus, & ab omni cibo uel potu abstinendus summa cum requie animi atque corporis. Dehinc laxata capitis strictura * solo dimittendus: quoniam prius quàm densitas ex adiutorij commotione illata soluta est, qui in somnum facilè deuenerunt, non solùm * suæ causa capitis grauationem seruauerunt, sed etiam maiorem fecerunt, cum nullo spatio interiecto somnum adiutorio iungentes densitatem corporis * iunxerunt. Est igitur, ut dicimus, cibo abstinendus, ne sumpta corrumpat ex corporis remanente torpore, post agitationem

* radicem in frusta concisam.
* leni
* erumpente
* liquorem limpidum
* quod uomitione turbatur & repletur.
* grauitatis capitis
* & ex
* somno
* sine
* inuexerunt.

Putabant Methodici somno corpus densari, laxari uigiliis.

tionem uomitus, atque feruorem. Quippe cum sæpe manentibus in stomacho squamulis uel folliculis radicum, requie superaddita, atque cibo nouo commixto, eius necessariò faciant corruptionem, ex qua consequēter caput impletum, etiamsi sua paßione præuexatum non fuerit, necessariò constrictum grauescit, cùm ex illa putredine *corruptionis exhalationes ascensu quodam caput * obsidunt. Sicut enim Themison ait, est natura caput carnibus pauperum, & neruosum, & duris cutibus & capillis obtectum, & spiramentis difficilibus natura: tum sensibus quoque uniuersis * formatum, insidens corporibus, atque accipiens eorum cunctas exhalationes, cùm spiritus naturaliter superna petens ex inferioribus trahit * corpora ea per arteriam atque stomachum, quæ sunt corporis ueluti maiora fumaria. Dehinc alia die lauacro utemur, atque pulmēto mediæ qualitatis. Tum post duos uel tres dies cæteras cycli partes adhibemus. Ac si radices loci aut temporis causa defuerint, adfectandus ordine supradicto uomitus ex granis sinapis madidati, uel ex liquido sinapi poto, aut mulso ex aceto & pipere confecto, uel * cardamomo, aut erucæ semine, aut decoctione thymi, uel origani, aut hyssopi, aut * salsamenti, & multis oßibus, cum aceto, uel mulso ex aceto. Tūc profectu cedente, atq; limpido linimento perspecto, * præsumpto etiam ægrotanti ingrauescentem perferre nūc uomitum poßit, nūc drimyphagian, audemus integrum atque perfectum cyclum metasyncriticum adhibere, ut initium à uomitu sumentes, drimyphagian iungamus, ac deinde per cæteras cycli materias decurramus. * Ordinantes præterea etiam localia adiutoria, quorum prima sunt adhibenda leuiora, & quæ longè remotis

* corruptæ
* obsident.
Pauperum dixit pro carens
* foratum
* vapores eos
* cardami, nasturtij
* salsamentis, & multis offis
* resumpto etiam ægrotāte, & conualescēte, vt
* ordinamus

remotis partibus admota * transmissa patientibus ingerunt curationem: tum etiam uehemētiora. Erit igitur radendum caput, nunc * pro capillatura, nunc contra capillaturam, donec cutis rubore adficiatur: ac deinde in balneo nitri puluere * aspergi, & confricari paulo antequam in solium descendat ægrotās. Tum etiam paroptesis adhibenda erit ex carbonibus æquali * uapore medentibus. Alia etiam die cucurbitæ infigendæ * plurimæ cum flamma: & primò, dorso atq; ceruici, uel cæteris neruis, quos tenontas appellāt, tum capiti, quæ quidem capiti erunt magno raptu detrahendæ. Dehinc dropax adhibendus, primò cruribus, tum thoraci, & dorso, * ex primo ceruicis sphondylo usque ad clunes, uel earum ultimum sphondylum. Plurimi etenim nerui inferiora quæque communi natura * cōplexi iisdem paria faciunt superiora. Tunc * partium propungentibus pilis capitis, atque buccarum, uel temporum musculis, quos siagonas appellant, collo, & mento, cum subiectis gutturis, quæ * ante rumam uocant, dropacem apponemus. Sed ne cæteri corporis partes nudæ interea perfrigescant, erunt à duobus ministris mediocri unctione fricandæ, atque ita cùm dropacem detraxerimus, totum perungi corpus oportebit, ipso quoque capite manu leuiter pertractato, & lauacro dabimus ægrotantem. His itaque adiutoriis relaxatis, atque lentescentibus capitis partibus, uocis quoq; exercitium adhibemus, quod Græci anaphonesin uocant: tum frequentior sinapismus, ac deinde ptarmicum utile est. Plurimum denique prodest post deambulationem sinapi adhibitum in gargarismum, madidatum, prius quàm lauacro æger utatur, uel aridum, ac masticatum: deinde aqua calida sumpta, & in ore paulisper

* transmissu

* eodē genere locutionis vtitur infrà ca. 4.

* aspergendū, & confricandum

Παρόπτησιν.

* calore ardētibus.

* plurima

Τένοντες.

Δρῶπαξ.

* à capite.

Eas vocat recorporationes cap. 4. infrà.

Σφόνδυλοι.

* à

* in eas partes dispersi, veluti nexu quodam illas cum superioribus vinciunt, ac mutuum illarum consensum efficiunt.

* prærasis prominētibus pilis, capiti.

* antherewna, siue rumam, vt pag. 265.

Αναφώνησις.

Σινάπισμόν.

Πταρμικόν.

Γαργαρισμός.

paulisper retenta: uel piper cum melle. Non quidem hæc humoris, siue * phlegmatis trahēdi causa methodus ordinauit, sed ut etiam oris interiora adiutoriorum agitatione capiti beneficium tradant: quippe cùm dolor sæpe ipsas quoque partes* afficit. Ista igitur regula consequenter etiam betæ nigræ, uel cyclamini herbæ succo, in cochlearis quantitate, reclinato capite ægrotantis, pollicis sinistræ manus impreßione * inflatis nariū cauernis infuso uti possumus. Etenim fit * mucilenta humoris excußio, qua ægrotans * releuetur, non ob detractionem, ut suprà diximus, materiæ, sed quòd adiuncta agitationis utilitas capiti beneficium tradat. Est etiam ex localibus * adiutoriis usura corporum, ut sunt ea quæ conficiuntur ex euphorbio, uel adarce, opobalsamo, aphronitro, * murra, uel aliis similibus uirtute rebus. Vtendum etiam malagmatibus, quæ ualeant ex alto causas * inductione propria detergere, quæ Græci Minythica uocauerunt. Meminerimus tamen nō prius esse ab adiutorio locali ad aliud transeundum, quàm turbatio corporis fuerit delinita, atque patientes partes aliam rectè poscere commotionem adiutoriorū fuerint uisæ. Quapropter si plurimum uexata corpora uiderimus, sufficere intelligimus uno in cyclo unum locale adiutorium. In iis uerò quæ minus uexata noscuntur, uel uiribus medicamentorum *depurgata etiam secūdò uti licet. Singula igitur adiutoria adhibēda esse meminerimus sequenti die quàm mutatio facta fuerit materiarū, hoc est, qualitatis pulmentorum in aliam transitus qualitatem, ut ex antecedenti abstinentia ductile atque aptum corpus adiutoriis fiat. Specialiter autem erit dropax adhibendus tempore quo mediæ qualitatis utimur materia. Paroptesis

* in Apophlegmatismi vsum

* afficiat

* dilatatis

* muccilenti

* releuatur

* adiutoriis corporum vsus acriorum

* murrha

* oblatione: nempe veluti delendo extirpare.

Μαλάγματα μινυτικά.

* alij nihil mutāt, & viribus depurgata, destituta, & priuata exponūt.

* afflicta, deiecta

ptesis uero & sinapismus, & ptarmicum, quod* sternutamentum dicere poterimus, tempore quo uolantum utimur pulmentis. Etenim neque adhuc corpus post usum salsamenti debile, neque rursum plurimum nutribili qualitate uidetur esse* confertũ. Cauẽda etenim uehementer est capitis commotio, quæ* sæpe corporis plenitudine fit, quippe cum sanos homines plerumque uinolentia, uel indigestione* confusos, capitis motu uexatos in catarrhum, atque coryzam uenire uideamus. Solo igitur tempore, quo drimyphagia utemur, omne erit locale adiutorium prohibendum: uel si quisquam omni ex parte fuerit uiribus plenus leue quiddam* addiderit. * Sufficiens quippe cum drimyphagiæ uehementia atque recorporatio altiorum eo tempore totum penè habitum mutare uideatur, & sit timoris ita corpus adiutoriis exercere, ut eodem tempore superficies cum altioribus agitetur. Vtendum etiam fomentis, siue uehementioribus illisionibus aquarum, Græci cataclysmos appellant, & primo calidarum, deinde frigidarum. Ordinandæ etiam mutationes earum ad usus naturalium aquarum, scilicet earum quæ non odore percutiunt. Natationes uero sub diuo fieri reprobamus. Cæteris enim corporis partibus aqua* complexis, solum * supernatans remanet caput, quod necessariò perfrigescens, * inæqualitatem corporis facit. * Ac si minus cedere paßionem uiderimus & post frequentiam eiusdem, iteratáque curatione, & fortificato corpore, ægrotantis querimonia permanserit, hellebori usus adhibendus: sed primo ex eius insertatione radicibus penetratis, * uel mulso ex aceto confecto infusis. Dehinc etiam

* Sternutatorium, quamuis sic paßim in hoc opere legatur,
* immodice plenum, & sanguine abundans.
* super
* offusos
Καταῤῥοῦς.
Κορύζα.
* dandum erit
* quippe cum sufficiens
Κατακλυσμὸς
* opertis, contectis, demersis.
* superextans
* horrorem.
* At
* ac

coquis utendum est, atque diuersis ciborum pulmentis, quod quidem latius tertio Respõsionum libro iamdudum docuimus. Vehementi enim motu corpus apertum * despuit, ut ita dixerim, * paßionis carnem, qua depulsa, naturalis atque noua succedit. Dehinc si etiã his gestis paßio permanens erit, secundo uel tertio utendum helleboro, sed * præsumptis uiribus ex corporis refectione. Tunc etiam naturalibus aquis utendum, uel siccis uaporationibus, & longa per maria nauigatione. Etenim fluminales uel portuosæ, atque stagni nauigationes incongruæ iudicantur, quoniam humectantes caput infrigidant exhalatione terrena: maritimæ uero latenter atque sensim corpus aperiunt, & salsæ proprietatis causa corpus adurunt, atque eius habitum quadam mutatione reficiunt. Afficiendus etiam in aeres teneros atque aquilonios transitus, uel contrarios iis qui paßionem asperare ualent. Adhibenda præterea animi * laxatio, & magis post cibum. Omnis enim mentis intentio caput implet. Hæc est secũdum Methodicos ordinata curatio. Plurimi autem diuersarum sectarum principes fomenta probauerunt ex oleo rosaceo, atque aceto, & ruta, & herpyllo, peucedano, castoreo, sylphio, atq; semine herbæ quam agnon appellant, * samsuco, hederarum coma: ex quibus in acceßione caput impletum augmentis asperrimis agitatum, atque grauatum, totius paßionis duplicat modum. Est enim supradictarum materiarum * repercußibilis usus, eo adhibitus tempore, quo mitigatio conuenire perspicitur. Vtuntur etiam purgatiuis medicaminibus, quæ cathartica uocauerunt, hoc est, uentrem deducentibus, ex

Libri responsionum Cælij.
* depellit
* quæ morbũ alit, & fouet:
* resumptis
Maritima nauigatio.
* supra pag. 249. διάχυσις
ἄγνος.
* sampsuco: quãuis in hoc toto opere sic legatur.
* reprehensibilis.
Καθαρτικά.

ex quibus stomachus * inficitur, & omnis neruositas *uitiatur. Item arteriotomiam probant, & usturam *ex cauteriis * ferratis duorum digitorum spatio super ipsas uenulas effectam. Tunc longo tempore *uulnerationis seruata qua ferri materia purulenta ex alto *atque superficie paßionem * releuare promittunt, quod nos in acceßione noxium atque exitiale iudicamus, ob uehementiam motus: in lenimento uero inutile, atq; adiutoriorum medelæ contrarium, siquidem prohibet eorum beneficia penetrare. Non enim fricationes, uel cucurbitæ, uel dropaces, aut sinapismi, aut ptarmica, aut cataclysmi, quos nos aquarum illisiones appellamus, uulneratis locis adhiberi, aut *perferri aptißime possunt. Vtuntur etiam frigido lauacro, Græci psychrolusian appellant, quod necessariò neruos indurat, ac congelare consueuit, ob densationem cutis, ac totius corporis. Vtuntur etiam locali uenarum diuisura, ex qua patientes partes implentur. Dant quoque mastichen masticandam, ex quo in passione * constituta densatus constrictiuæ uirtutis cassatur.* Themison primo libro tardarū paßionum, quas chronias uocant, phlebotomat, atque constrictiuis fomentis utitur *ad laxamentum phlebotomiæ, frustratus, errore sequenti ex fomentis incongruis. Item imminente augmento, duas præcauens horas, unctiones adhibet acerrimas, & durißimam fricationem, atque constrictionē articulorum, & tum sinapismū adhibet ultimis membrorum partibus, siue summitatibus articulorū, ob auertēdam materiam: plurimas etiā fronti sanguisugas apponit, atq; humeris, & temporibus capitis, quod est contra sectæ rigorem. Affectandam igi

* afficitur
* uexatur.
Ἀρτηριοτομία.
Καυτήρια.
* cauteriorum ferramentis.
* serratis
* vulneratione
* in superficiē posit
* releuari
* ab ægro
ψυχρολουσία.
* constitutus potentia cōstrictiuæ virtutis densatus grauatur.
* Themison
* post

tur corporis laxationem, nō auersionem materiæ eius dicimus. Quippe cum non * concurrat, neque conueniat quod faciendum putat, ut eodem tempore articulorum constrictione, & sanguisugarum appositione utamur, præseruatis horis duabus, antequam paßionis implicent augmenta, cum illo tempore sit requies adhibenda, & sæpe contingat, ut præueniens corpori iam * occupato querela, & acceßionem denuntians, ipsum quoque * tempus quod elegisse uidetur, turbare noscatur, sitq; nocens oppositio sanguisugarum, ex quibus * perfricatio, atque commotio, uel ex earum * morsibus amentia, aut si aliquò sanguinem detrahūt grauis ægros uexatio consequitur. Probat etiam apponenda malagmata dolori contraria, quæ anodyna uocantur, uel castoreum, aut rutam, aut sphondylion herbam, cum cerotario ex oleo rosaceo, atque pice liquida confecto. Ex iisdem iugiter iubet odorem capere ægrotantem, omnifariam caput implens: atq; ita si dolores, inquit, mitigati non fuerint ex calidis rebus, * frigidæ spongiæ apponendæ, ad empiricorum consilia deuolutus, qui ex contrariis ad contraria transeundum, causis resistentibus, probauerunt. Vtitur etiam * scaroticis, hoc est, quæ cutem * extendere uel corrumpere ualeant: & cessante acceßione imperat fricationem adhiberi, atque fomēta, quorum item usus non declinantis est acceßionis, sed in * toto recedentis. Denique peccatis indulgendum methodicorum princeps Soranus * dignißime iudicauit. Adhuc enim, inquit Themison, Asclepiadis erroribus, & * rudimento temporis methodici fallebantur.

De

* congruat
* medicamentis supradictis detento
* duarum horarū quas Themison præcauebat.
* perfrictio
* si venenatæ sunt
Μαλάγματα ἀνώδυνα.
* aqua frigida imbutæ
Ἐμπειρικοί.
* Escaroticis
* vrere
* totum
* æquißimè
* rudioris sæculi ignorātia.

De Scotomaticis. Cap. II.

SCotomatica paßio ab accidenti nomen sumpsit, quod repentinas oculis ingerat tenebras. Afficit frequenter uacuos homines, hoc est, sine aliquo exercitio uitam ducentes, & uinolentos, uel consuetos uentrem purgare medicaminibus potis, & ab eorum usu repente desistentes: item * hæmorrhoidis longo tempore affectos, & post earum amputationem nulla recorporatione curatos. Vehementescit autem hæc paßio hyeme, uel uerni temporis initio: præterea sæpe futuram denuntiat epilepsiam. Veteres denique paruam epilepsiam uocauerunt. Nam in paßione constitutos repentina uisus * tenebratio, atq; nebula, cum capitis * uertigine consequitur, ut omnia secum moueri existiment. Item ante oculos quosdam sentiunt marmorum maculis similes * tractus, quos marmarigas Græci uocauerunt, cum tamen * conuersis oculis omni ex * parte non deserant uisum: Item capitis atq; oculorum grauatio, & sedere uolentibus timor: siquidem secum omnia putant impelli, uel cadere: aurium timnitus: superiorum corporis sudor: aut repentinus casus cum celerrima surrectione. Asperatur præterea paßio si ex alto aspexerint ægrotantes meatum fluminis, aut rotæ uertiginem, siue ignis, item si proni quicquam gesserint, uel maiorem uocem auribus acceperint. Discernitur ab epilepsia hæc paßio, siquidem neque sensibus priuat ægrotantes, neque spasmo, id est diuerso raptu adficit: item à capitis paßione, quam cephalæan uocant discernitur, quod dolorem non faciat. Separare autem * ab ista paßione uertiginem, * siue obscuritatem necessarium non est. Siquidem ex his ueluti partibus scotomatica paßio

Σκότωμα, καὶ σκοτωμία, καὶ σκοτωματικὸν πάθος.

* in hoc toto opere Hæmorrhoidas primæ declinationis, & hæmorrhoidarum legitur

Ἐπιληψία.

* Hic affectus σκότωμα est.

* Hic affectus σκοτόδινος uocatur

* iactus

Μαρμαρηγὰς, ἢ ἀμαρηγας, ἢ μαρμαρίνας legendum.

* obuersis

* parte inserant uisum intente aspiciant.

Σπασμὸς

* in

* ab obscuritate

conſtricta eſſe uidetur. Eſt denique iſtius paßionis affectio ſaluti innoxia, hoc eſt ſine ullo periculo, niſi quis maretenus, aut ex alto cadens, ratione caſus potius, quàm paßionis uiolentia, perire uideatur. Curationem uero eandem adhiberi conuenit, quæ nuper paßioni capitis eſt ordinata, non ſolum generali, ſed etiam ſpeciali ratione.

De Incubone. Cap. III.

Incubus.

INcubonem aliqui ab hominis forma uel ſimilitudine nomen ducere dixerunt: aliqui à phantaſia qua patientes afficiuntur: ſiquidem ueluti aſcendere atque inſidere ſuo pectori ſentiunt quicquam. Themiſon ſecundo epiſtolarum libro Pnigaliona uocauit, ſiquidem præfocat ægrotantes. Quidam ueteres ephialten uocauerunt, alij epibolen, quod * utilis patientibus perhibeatur. Afficit crapula uel indigeſtione iugi uexatos. Accidens igitur ſemel, ita ut nullam uigilantibus querelam, aut diſplicentem ſanitatem faciat, ſed ſolius ſomni * turbatio noſcatur, minime paßio dici poteſt, ſicut neque ſemel effectus per ſomnum ſeminis lapſus, quem Græci onirogonon appellant, paßio nuncupatur, niſi iugiter, atque cum corporis incommoditate fuerit effectus. Eſt autem ſupradicta paßio epilepſiæ * tentatio. Nam quod neque deus, neque ſemideus, neque Cupido ſit, libris cauſarum quos ætiologumenos appellauit, pleniſsime Soranus explicauit. Iſta igitur paßione poſſeſſos ſequitur corporis tardißimus motus, atque torpor, & magis per ſomnium grauedo, atque preſſura, & ueluti præfocatio, qua ſibi quenquam irruiſſe repente exiſtimant

Πνιγαλιών.
Ἐφιάλτης.
Ἐπιβολή.
** hoſtilis*
Δυσαρέσκησιν ſignificat, quã alibi Diſplicentiam vertit. cap. vlt. lib. 5.
** turbatione*
Ὀνειρογόνος.

** prænuntius quidã, & quaſi principium.*
Αἰτιολογούμενοι libri Sorani.

ſtimant, qui ſenſibus oppreßis corpus exanimet, neq; clamare permittat. Quo fit ut ſæpe erumpentes non articulata, ſed confuſa uoce exclament. Quidam denique ita inanibus adficiuntur uiſis, ut & ſe uidere credant irruentem ſibi, & uſum turpißimæ libidinis perſuadentem: cuius ſi digitos apprehendere nixi fuerint *fugatũ exiſtiment. Tunc autem cum ſomno ſurrexerint, faciem atque transforationis * partes uuidas & humectas ſentiunt, atteſtante grauedine ceruicis, cum tußicula *leui, molli ſtimulatione commota. Plurimum autem poſſeßis accidit pallor, & corporis tenuitas, quippe cum ſomnum, timendo, non capiant. Apparet igitur ſtricturæ paßio ex † grauedine, tarda autem ex témporis tractu, & non ſemper ſine periculo ſalutis. Cum enim uehementer impreſſerit præfocatio, quoſdam interficit. Memorat denique Silimachus Hippocratis ſectator, contagione quadam, plurimos ex iſta paßione, ueluti lue, apud urbem * Romam confectos. Quapropter curandos oportet iacere loco lucido, atque mediocriter calido, adhibita requie animi, & corporis abſtinentia, uſque ad tertium diem, quem Græci diatriton uocauerunt. Tum colla tegenda, atque caput, ſtomacho lanis limpidis ex oleo calido præcincto: adhibenda etiam oris collutio ex potu aquæ calidæ. Ac ſi plurima ſtomachi, uel capitis, uel colli fuerit querela, adhibenda phlebotomia, & poſt detractionem perunctio ex oleo calido. Tum ora fouenda: cibus dandus ſimplex, ſucci facilioris, paruus, ſorbilis: & ſi paßio perſeuerauerit, cataplaſmata adhibenda: cucurbita quoque, nunc ſimplex, nunc adiuncta ſcarificatione, ex utraq; parte gutturis, quam Græci anthereona uocant, nos

*fugientem exiſtimant

* oculos: nares: aures: anum.

* leni

† aliâs: ex grauedine tarda, aut

* populari & peſtilenti huic incubo ſudor Anglicus nõ dißimilis eſt.

Ἀνθερεών.

Ruma.
Diurnis dixit pro continuis vt supra capite primo.
** malim legere DiaMelilotu. Dia Sampsucu . cæterũ toto opere nominandi casu hæc leguntur.*
**capitis adhibenda, & denso pectine.*
** admonens motibus.*
** ciborũ quã uis ijsdem uerbis pag. 256. legitur corporũ.*

rumam. Tunc uaporatione utendum, & alternis diebus cibus dandus. Illa uero adiutoria quæ adhibenda, diurnis erunt diebus adhibenda, sed longe remotius à nocturno tempore. Tunc etiam gestatio, atq; uarius cibus, & lauacrum, & aquatum uinum. Illis uero partibus quas curamus erunt primo cerotaria apponenda: tum malagmata, ut Diachylon, aut * Diamelilotum, aut Diamsucum. Fricatio etiam* capitis, & dẽsi pectinis capillorum decursio: suspiciones etiam siue metus imminentiũ somniorum auertendi procul, fabularum lenitate robore adiecto. Plerique enim sibi fingentes uel formantes futura, uoluntarios pené causarum motus efficiunt: ac si paßio tardauerit leuioribus *admonita monitis, conuenit etiam radicum uomitus, atq; drimyphagia: capitis quoque detonsio: ac * corporum usus acriorum. Item dropax, sic enim aut ex supradictis adiutorijs ægritudo soluetur, aut si peiora uerit, epilepsia necessariò sequetur.

De Epilepsia. Cap. IIII.

Επιληψία.
** ipsorum.*
Morbus sacer
** putatur immitti.*
**dominantis*
Sacra magna dicta sunt.

Epilepsia uocabulum sumpsit, quod sensum atque mentem pariter apprehendat. Appellatur etiam puerilis paßio, siquidẽ in*ipsis abũdat ætatibus: & sacra, siue quod diuinitus *putetur immißa, siue quod sacram contaminet animam siue quod in capite fit, quod multorum philosophorum iudicio sacrum templũ est partis animæ in corpore* natæ: siue ob magnitudinẽ paßionis: maiora enim uulgus sacra uocauit. Inde sacrum dictum mare & sacra domus, uelut tragicus poëta sacram noctem, hoc est magnam appellauit. Fit plerunque uel nascitur ex uinolentia, aut indigestione,

ſtione, aut contuſione, uel ut Aſclepiades, percuſſu atque diuiſura * membrorum quæ cerebrum tegunt, aut nimio timore. Sed eius paßionis ſpecies duæ eſſe probantur: una quæ ſomno ſimilis altißimo uidetur: alia quæ diuerſo raptu corpus afficit. * Quarum prima grauior iudicatur: ſiquidem eſt ſimilis apoplexiæ. Earum quidem commixtio tertiam facere ſpeciem poteſt. Plerique enim raptu atque contractu corporis adfecti, uel adprehenſi, ſecundo in altißimum ſoporem deuenerunt. Sed horum differentia generaliter inutilis curationi inuenitur. Pronos autem ſeu decliues, aut uenturos in ipſam paßionem ſequuntur communia accidentia etiam cæterarum paßionum quæ ex membrana cerebri oriuntur, ut grauedo, atque uertigo capitis, & interior ſonitus, conſenſus etiam occipitij, oculorum * intentio, auriũ tinnitus, aut difficilis auditus, & cum uertigine uiſus obtuſio, uel quædam præ oculis quaſi * propendentia, macularum marmoris ſimilia, quæ Græci * amarygmata, ſiue marmarygas uocant, uel araneorum caßibus, aut nubibus tenuißimis ſimilia, aut paruulis uolantum animalibus, ut ſunt culices. Item uelut ſcintillarum micas, aut circulos igneos circunferri præ oculis ſentiunt ægrotantes. Linguam quoque inflexibilem, cum ſaltu muſculorum, & dolorem à tergo inter ſcapulas. Sequitur etiam gutturis durities, atque præcordiorum iugis inflatio, cum oſcitatione, ſternutamento, & ſaliuarum fluore, & cibi faſtidio, aut immodico appetitu: uigiliæ iuges, aut plurimus & * inanis ſomnus, inſomnia turbata, & ciborũ difficilis egeſtio, uel nulla: & ſine manifeſta cauſa ueretri tentigo: & frequens Veneris delectatio. Aliquando etiam per ſomnum ſeminis lap-

* mẽbranarũ

* Harum

* ueluti defixus uiſus, rigẽtibus oculorum muſculis.

* proſplẽdẽtia

* Marmaryg mata.

Αμαρύγματα.

Μαρμαρυγαὶ.

* qui ad ualetudinem nihil conferat.

Ονειρογόνος. sus, quem Græci onirogonon uocauerunt: mens suspensa cum anxietate, & nullis ex maioribus causis facilis iracundia, atque paulo ante gestorum obliuio, & * eorum quæ caliginem facere ualent facilis * sensus, obtinente paßione & iam occupato corpore: sensuum priuatio acceßione * dominante. Sequitur & quibusdam immobilitas perfecta, cum ore demisso, attestante pallore, cum aspiratione tarda, & pulsu magno, atque alti soporis simili oppreßione. Alios uero raptos, diuersa membrorum diductio, atque saltus, & uultus contortio, uel oculorum, sequitur, quæ sæpe perseuerans, etiam post acceßionem strabos fingit ægrotantes: at contrariò quibus * tarda fuerit correctio, naturalis uisus simulat æquitatem. Sequitur etiã gutturis stridor, & singultus, cum rubore uultus, & uenarum inflatione: & aliquando pulsus atque spirationis cessatio: tum per interualla resumptio: palpebrarum quoque suspensa positio: & illisio dentium atque stridor, & linguæ prolaptio, quæ sæpe * quassatione, sæpe incisura uexatur. Sequitur etiam præcordiorum ad superiora raptus, uel stercorum & urinæ inuoluntaria emißio, sudor roscidus rigenti corpore. Aliquibus etiam confusæ uocis emißio, & ante dimissionem per os atque nares spumarum fluor: acceßione cessante omnium gestorum ignorantia, atque corporis dimissa uolutatio, cum mœstitia uultus ægrotantis. Sequitur tunc oscitatio & * distẽtio corporis uelut uoluntaria, & insolitus * uisus. Piger motus & totius corporis marcor: oculorum etiam permanens turbatio, atque uenarum frontis extantia. Aliquibus etiã mentis alienatio, & nulla notorum agnitio. Alio autẽ tempore plurima ex antecedentibus consequuntur, quæ

[Margin notes:]
* vaporũ qui
* ascensus
* durante
* parua fuerit corruptio
* quæ sæpe dentibus illisa contunditur: sæpe dentibus præciditur.
* pandiculatio
* nisus, pandiculandi conatus

quæ ſupra memorauimus : hoc eſt, tenebratio, uel caligo, cum proni quicquam geſſerint ægrotantes, aut nauem, aut rotam figuli celeri motu ferri conſpexerint : aut aquam fluentem, uel magnam loci altitudinem, aut rupem uiderint, aut ſtrepitum uel clamorem audierint, aut uehementer refrixerint, uel igneis lauacris uſi fuerint, aut odoribus nimium bonis uel malis adfecti, ut * ſtoracis incenſi, aut thuris, aut bdellij, aut gagatis lapidis, uel bituminis, aut ceruini cornu. Præterea acceßionum motus nunc ordinatos, nunc inordinatos ægrotantes accipiunt: & nunc interuallis longioribus, ut menſium duodecim, nunc anguſtioribus plurimum, uel parum, ut eodem menſe, uel die, frequenter agitentur. Noctibus * quidem inquietati, antecedentibus ſignis acceßionem fore denuntiant : quidam ſine ullo denuntiatiuo motu corripiuntur, quo fit ut magis periclitentur. Alij enim prænoſcentes futura, motibus ſolitis admoniti, in domibus ſe continendo tutantur, acceßionem præuenientes: quam cum ſentiunt propinquare, eligunt locos, quibus tutò, ac ſine ulla turpitudine iactentur. Alij uero iſtorum ignari publicis in locis cadendo fœdantur, adiunctis etiam externis periculis, quæ paßionis non eſſe uidentur, * loci cauſa præcipites dati, aut in flumina uel mare cadentes, aut in balneis * uentris ſolutione coacti. Signa autem ſunt poſt lenimentum futuræ rurſus acceſſionis, ex quibus affici in paßionem uenturos memorauimus, ſomnus turbatus, uel cibi corruptio ſine ulla manifeſta cauſa. Item ueretri ſine ratione tentigo, & Veneris appetentia, uel ſeminis per ſomnum iactus, quem onirogonon Græci uocant : iracundia, mœſtitudo, & cætera quæ nuper poſuimus. Item ſegni

*ſtyracis

* quidam

* ex altis locis caſu

*uentrem ſoluere.

segnities cum pigro motu in officia solita, & grauatio cum quodam somnifico mœrore uultus, decolor atque † maior inflatio, oculorum quoque ueluti deprauatio, cum deiecto quodam uisu. Nam suspicere difficile est ægrotanti, hoc est in aerem supernũ * attẽdere. Quod si tentauerint, facilè rursum abducti * uicinas eousq; oculorũ * partes ad inferiora conuertũt: ac si repentino motu caput in alteram conuerterint partem, uertiginem sentiunt cum tremore atque torpore, cum digitorum contractu, uel dolore, aut crurum grauedine, & * summitate manuum uel pedum. Ex quibus multis uel cunctis interrogatione acceptis passionem dicere poterimus, nisi præsentibus in accessione facilius nobis cognitio fuerit declarata, uel ætatis, aut aliqualibet causa æger sua narrare non poterit accidentia, quæ supradicta ratione apprehendere poterimus, & accessionem futuram prænoscere: coniicientes etiam temporum * responsionem, * quãquam, * summatim, accessionum ordo sæpe seruatur. Communiter autem hæc passio frequens est in pueris, & magis tempore quo dentium * natiuitates habentur. Accidit etiam primæuis, atque mediis ætatibus: senibus uerò difficile: nam uehementius afficit proximos natiuitati infantes, quàm pueros, aut urgenti ætate atque seniores: siquidem * uiribus inualidi passionum impetum tolerare non possunt. Solet denique hæc passio pubertatis * tempore siue nouæ purgationis in fœminis, aut primi partus quadam naturali nouitate facile detergeri corporis mutatione suffecta, quod si minimè uenerit, plerunque patienti consenescit, nisi aut longo tẽpore * natura pugnãte, aut medicinæ diligentia fuerit superata. Irruit autem omni tem-

† manuum malarum
* oculos intẽdere
* victas
* pupillas
* summitatis
* quo tempore accessio reditura sit.
* quoniam
* vt paucis dicam.
* Aphor.25. lib.3.
* Hæc ratio nõ probat magis affici pueros, sed grauius, & cum maiore periculo.
* Aphor.45. lib.2.& 7.li.5.
passione.
* naturæ pugna

tempore corporibus, sed magis * uerno. Frequenter simile pati epilepticis, & à matrice præfocatæ * mulieri inueniuntur: siquidem non aliter sensibus priuantur, sed discernuntur quod in ultima accessionis parte, per os atque nares, spumarum fluore non afficiantur. Hæc est paßionis cuncta specialis significatio. Curationis autẽ adhibendæ causa erit necessariò * adhibendum genus, quod sit paßio stricturæ atque uehemens, & * difficulter frequentans, tarda superpositionibus atque lenimentis uariata: * cuius quidem superpositiones nunc plurimis tempora temporibus accesßionis generalia superpositionis occurrerunt. Sed quæ fortè superpositiones plurimis ex accesßionibus fuerint cofectæ, nunc quotidianos, nunc tertianos, nunc hemitritaicos faciunt typos. Difficilè est enim hanc paßionem in continuationem uenire: siquidem præuentu mortis interueniente minimè continuatio intelligi potest, & est impoßibile, iugibus diebus aut sensibus priuatum, aut motu carentem, aut diuerso raptu affectum in uita manere. Item lenimentorum aliqua pura ac limpida, aliqua turbata concurrunt: & aliqua latiora, aliqua angusta, aliqua horum mediocria. Patitur enim communiter omnis neruositas, sed principaliter caput, sicut ex antecedentibus coniicere poterimus, & ex iis quæ post accesßionem remanere uidentur. Curandum autem oportet, primò, cum tenebricositate uel uertigine uexatur, iacere loco lucido, atque mediocriter calido, altioribus stramentis capite subleuato: & si raptus fuerit consecutus, digitis erunt palpebræ * differendæ, atque iugiter ab omni motu seruandus ob spasmi paßionem. Iubendum etiam ministris manibus calidis nunc caput atque frontem

* Aphor. 20. lib. 3.
* mulieres
* consyderandum
* cum maxima molestia frequenter reuertens.
* cuius superpositione, accesßionis temporibus, plurimis, superpositionis alius tẽpora occurrerunt. i. priusquam desierit paroxysmus, inuadit alter.
* disparandæ

tem

tem cum blanda fricatione, nunc collum atque gutturis
Ἀνθερεών. partem, quam anthereona uocant, contingere: aliis
etiam manuum summitatem, atque pedum tenere iube-
mus. Præterea frigescentia corporis uaporari, corri-
gi etiam ea quæ forti raptu torquentur: ac si minimè
consenserint, erunt in eodem schemate seruanda, ne
ulterius torqueantur. Tum quodam laxamento ca-
* resistentia ptato corrigenda, ne nimio * occurrentia certamine
superare cupientes, neruorum quassationes faciamus.
* exertam in os vltra dentes reducere. Linguam quoque * relocare curabimus, aut mentum
corrigere, uel coæquare: tum calidis pannis thoracem
Μετάφρενον. uaporare, atque inter scapulas, quod Græci meta-
Διάφραγμα. phrenon uocant. Laxatis enim diaphragmatis parti-
bus, quod nos thoracis atque uentris discrimen dixe-
Ὑπόδυμα. rimus, laxato etiam hypodymate, siue membrana quæ
latera ex interioribus contegit, sine ullo periculo po-
terit collectus spiritus exhalari. Apponenda etiam
uesica oleo calido semiplena pubetenus, atque uesicæ
partibus, ut ipsæ quoque mitigatæ conquiescant: ac si
* coinciderint dentes * conciderint, ut præfocationis excitent me-
* alterutram tum, immißione digitorum * sinistram compaginem,
Χαλινός. quam Græci chalinon uocant, * hiscentes dimittemus,
* vt hiscāt diducemus ne spumarum emißio tardetur. Tum per interualla
ægrotantem inclamantes excitamus, & eius ora spon-
gia ex aqua calida expressa detergemus, dehinc caput
fouemus iugiter. Cùm statum sumpserit acceßio, plu-
* infusis rimo atque dulci oleo calido, & lanis mollioribus * in-
fuso omnia contegimus: magis autem occipitium, &
Τένοντες. maiores neruos, quos tenontas appellant: tum guttu-
Ruma. ris atque rumæ partes, quas anthereona appellant,
Σιαγών. cum temporibus, & buccarum musculis, quos siago-
nas appellant. Sudores etiam si fuerint ingruentes,
raptim

raptim detergemus, ne corpora perfrigescant: tum collectum * humorem detrahimus appositione digiti, aut lanæ, aut spongiæ *melotæ inuolutæ. Perseuerans enim longioris temporis facit accessionem: ac si minimè se resumentem uiderimus, erunt cucurbitæ leues apponendæ, quas Græci sicyas appellant, stomacho atque thoraci, & interscapulis, atque præcordiis. Sed si infans ætas fuerit patientis, erunt maiora prohibenda ob debilitatem uirium: sed cum nutrix amictu contegens, oleo fouens, conclusu corporis corrigere meditetur: aut si spumarum quicquam comparuerit, quod in ore teneatur, mulsum tenue destillet paulatim, & neque iugiter, quo * commorationem faciat spirandi: *Tunc lac caprinū offerat dimißione perfecta, siquidem est craßius, atq; maioris nutrimenti. Dehinc cùm fortè potuerit post acceßionem mammam sumere, erit melle papilla linienda, quo facilior sumptio fiat, atque *neruorum laxatio celebretur: corpus quoque alimento necessario nutriatur: * tenuatur præterea etiā liquidorum craßitudo, & uenter * mollitur, cōiicientes etiam singula * paßioni accidentia, quæ ita corrigere debemus, ut à generali regula nihil dissentire uideamur. Tunc etiam curationis diligentiam per nutricem ægrotanti præstare tentabimus, iubentes * & à lauacro * abstinendum, atque sine uino atq; carnis esu perseuerare, tum deambulationibus atque exercitio * leui gestari, quo humeros magis exerceat, ut est sphæræ ludus, uel exultationis cuiuspiam. Item iubendum cibum sumere succi facilioris, uel interea mulsum. Ac si fortè ipsam quoque hac paßione uexari uiderimus, erit ab officio remouenda: non aliter etiam si qualibet paßione affecta malo succo atque corpore habituari

* in ore & faucibus
* Melota
* auerso specillo. Melotidem alij vocāt Σίκυα.
* commoditatem
* Nam ob recētem conuulsionem musculis buccarū & linguæ adhuc fessis, infans ex vbere nutricis lac sugere non potest.
* distentione & raptu adhuc rigentium
* tenuetur
* molliatur, coniiciendo
* paßionis
* eam
* abstinere
* leni agitari Sphæræ ludus

Καχεξία. habituari uideatur: hoc Græci cachexian uocauerunt. Erunt igitur his præfectis aliæ nutrices exhibendæ, ex quorum sano lacte infans nutriatur. Quomodo autem sanum lac, uel communiter nutrices bonæ probentur, muliebribus libris, quos Græci gynecion uocant, docebimus. Interea ipse quoque infans erit à lauacro seruandus: tum post tertiũ diem in domo lucida, & mediocriter calida locandus, & primo oleo calido, tum oleo & aqua calida fouendus. Vitanda præterea quorum timore infantes afficiuntur, ut sæpe fictæ formidines. In ætatibus uerò quæ ferre maiora adiutoria possint, accessione transacta erit phlebotomia adhibenda. Aliqui enim Medici statim phlebotomandos probant, sicut etiam Thessalus se uelle demõstrat. Aliqui * prima diatrito seruandum existimant, quo speculentur utrum post unam accessionem passio soluta recessisse uideatur, * sit præterea non solùm inane, uerumetiam noxium phlebotomiam adhibere. Quippe cùm prædicendum probent ex accessione secunda, utrum passio augeatur, & hoc phlebotomiæ exigat adiutorium, & phlebotomatus cibi refectione * toleretur. Alij uerò * discernenter aiunt hoc adiutorij genus sic adhibendum, ut qui fortè iam consueti passione afficiuntur, seruato ordine lenimentorum, statim accessione facta phlebotomentur: ij autem qui in prima incursione passionem accipiunt, in tertium diem, siue ut Græci uocant, diatriton differantur, siquidem * sit incerta accessionis recursio. Nos uerò, ut Soranus docuit, neque omnes intra diatriton phlebotomamus, & magis eos * qui primo incursu passionis afficiuntur. Plurimi ægrotantes corrupto cibo admonentur, & est præcauendum * indigestione sauciatos phlebotomare:

Γυναικείων Cælij libri.

Thessalus.

* primam diatriton seruandam

* an sit

* sustineatur

* discernentes

* est

* non phlebotomamus, sub. qui huius morbi accessione et insultu uexantur.

* ob indigestionem sauciatos

mare: Neque rursum omnes in tertium diem probamus reseruandos. Cogēte enim paßione, nullo * subiecto indigestionis obstaculo, erit arripienda phlebotomiæ commoditas, non solum in iis qui iam sæpe admoniti paßione uidentur, sed etiam in illis qui primo inuasu afficiūtur. Cessante etenim acceßione inesse * passionem coniicimus, siquidem generaliter est maligna, & frequentius tarda quàm celer, nisi adiutoriis medicinalibus destructa à corpore depellatur, aut ullo naturæ, aut * fortunæ beneficio, nisi tardando sic corpus * tenuerit ut solius medicinæ diligentiam poscat. Iudicare etiam est incertum, utrum paßio post acceßionem primam inesse corpori, an soluta uideatur, siquidem ex occulta uenit apprehensione causarum, & oportet methodicum sine ulla falsitate regulas intendere curationum. Videmus deniq; * phlebotomiæ conuenire. Nam paßionales * cœnotetes argui uidebuntur, si utrum paßioni cōueniat fuerit * dubitatum. Sed quia sola temporum quæstio flagitari præspicitur, erit coniiciendum ante secundam paßionem adhiberi posse phlebotomiam, * siquidem initium, uehementiæ atque magnitudinis causa, paßio transcendat, ut sæpe contusio corporis, aut oßium fractura, uel ignis ustura phlebotomiam poscunt stare autem, * nec declinare * poterit paßio. Horum enim difficilium morborum proprium est sine ullo destructiuo adiutorio non

* obiecto: Alij. suggesto.

* eius causam in corpore delitescentem, quæ vno paroxysmo exhausta non sit.

* vt loci mutatione, cum inuitus æger in locum sicciorem & salubriorē abducitur.

Aphoris. 45. lib. 2.

* Nam paßio hæc diuturna, & obfirmata, nec fortuito casu, nec solius naturæ beneficiô curatur, sed medicinæ remediis tantum cedit.

* phlebotomiā

Κοινοτῆτες morborum.

* indicationes communes stricturæ, & solutionis.

* de hac quæstione sic statuebant Methodici, sanguinis mißionem commode fieri principio & augmento morborum, in quibus conuenit: minus commodè, sed tamē vtiliter, in statu: superuacuam esse in declinatione. Cum ergo, ut morbus comitialis futurus sit breuißimus, vix ad statum secundo paroxysmo veniat, nunquam vero ad declinationem, à prima statim acceßione venam secari oportere.

* si quidem * sed non * primi paroxysmi circuitu, & insultu.

celeriter temporum* nequitia transire, hoc est accessionis augmentum. Sed neque propter abstinentiam cibi, quam necesse est post phlebotomiam adhibere, erit hoc adiutorium declinandum, quando corporis uires ferre ualuerint, hoc est, ut & sanguinis detractionem, & * abstinentiæ tolerent. Denique etiam aliis paßionibus affectos, ut exempli causa, synanchicos sine ulla* ratione phlebotomamus. Quare sicut superius diximus, post casum * rectos epilepticos, cessante acceßione, paruo tempore phlebotomiam differimus, quo turbore spiritus, atque liquidarum materiarum deposito tranquillentur. Erit * enim speculandum, ne qua indigestio siue corruptio cibi subesse uideatur, quod ita intelligere poterimus, si nauseãtem uel ructantem fumosas exhalãtiones ægrũ uiderimus, attestante mordicatione, atq; tormẽtis, intestinorumq; inflatione: quæ si non fuerint, perfecte digestum cibum iudicabimus, quippe cum forsitan præoccupato corpore iamdudũ futuræ acceßionis causa aut paruum sumpserit cibum, aut in totum abstinuerit. Sed si, ut supra dictũ est, corruptus extiterit cibus, erit phlebotomia in tertium diem differenda, fouendumq; caput, cum ceteris partibus, oris adhibita collutione, cum uini abstinentia. Tum erunt somno dimittendi, atq; à cibo seruandi usq; ad primum diem. Sed si quicquam corruptionis ex indigestione superare uiderimus, erit per uomitum depurgandum, * ac si nulla fuerit corruptionis uel indigestionis suspicio, erit statim adhibenda phlebotomia, moderata detractione, ex brachio scilicet, sed cum præcautione animi defectus, quem Græci lypothymiam uocant, siquidem facile paßionis acceßionem* imitetur. Tunc post phlebotomiam erit adhibendus

* nequitiam
* abstinẽtiam necessariã instituendis Cyclis, & Resumptiuis, & recorporatiuis, pag. 250. & 251.
* dubitatione
* erectis epilepticis
* etiam
* at
λειποθυμία
* imitatur

bendus*potus, atq; oris collutio, cum paruiſsimo potu, & *ſomno abſtinendus.* Ac ſi acceſsio in ſecundũ diem durauerit, prædicto periculo eius propinquis, uel miniſtris, atq; adiutoriorũ ex ratione uenientium *exitum incertum, ne nobis quicquã male geſtum imputetur, ſi forſitan ui paſsionis ſuperatus ægrotans uitam finierit, & intemporaliter nos quiſquam adiutorium adhibuiſſe arguat, phlebotomiam adhibemus, tanquam in continuationibus paruam indulgentiam pro dimiſsione accipientes, ut ſi exempli cauſa parum requieuiſſe agitatione ſepoſita ægrum uiderimus, *ut nullo raptu* tentetur, uel contrariò, ſi forte oppreſsis ſenſibus cum motu caruerit, aliquas partes corporis mouere uideatur, ut palpebras, quæ iamdudum*motus ſimilitudine poſſeſſæ ſiluerant. Dehinc poſt detractionem ſanguinis*procurata facie, ex ſpongia calida erit *mulſum in os ægrotãtis*diſtillandum: *tunc ſecũda die dandi mulſi cyathi duo, uel tres: Tertia uero die ante horam ſolitam erit perungẽdus oleo calido, atq; dulci,* toto corpore ſub * ſtramentis. Tunc detectus aqua calida ora foueat, & poſt æquatũ corpus accipiat*ſuccum paruum, luculentum, mollem, lenem, calidum, digeſtibilem, ut eſt panis, uel alica ex aqua confecta, aut pulticula ex pane, quam*torſinitõ uocant, ex oleo, aqua, ſale, uel melle condita, ex prima diatrito uſq; ad declinationis tempus: quod probare poterimus ex minutione acceſsionum, ſiue accidentium. Alternis diebus cibũ ſumat, ne paſsione affecta*neruoſitas etiã illatione cibi grauata digeſtionis officiũ uix ſuſtineat, ſed magis laxamentũ ex abſtinẽtia conſequatur. Tum ſi uenter non fecerit ſuum officium aut nõ impleuerit, ob detractionem grauatum corpus quo releuetur, erit

* fotus
* cibo
* At
* exitu incerto
* &
* tentatum
* mortis ſimilitudine, oppreſſæ
* directis, compoſitis, & conformatis partibus, quas in ea morbi vis diſtorſerat.
* mulſa. Nam paulo antea vino interdixit.
* diſtillanda
* tum
* totũ corpus
* ſtragulis
* cremorẽ aliquẽ τὸν χύλον * toryniton, vide ſupra pag. 246.
* neruoſum vẽtriculi corpus, cuius morbos facile nerui ſentiunt

* iniicienda calida cum
* tondendum caput
* Item

*iniiciendus calidæ & oleo per clysterem. Tunc præsentato uentris officio orit *tondendus, atq; nouacula omnis capillatura radenda. *Ita in alia diatrito cucurbita occipitio apponenda, collo, uertici, & temporibus capitis, cum scarificatione: & communibus cataplalmatibus utendum, quibus omne caput cum neruis maioribus, quos tenontas appellant, contegamus, tum buccarum musculos, quos siagonas appellant, atq; omnes inter scapulas partes, cum stomacho, usq; ad locũ quo discernitur uenter, quem diaphragma uocant: ac deinde præcordia, atq; uesicam simili curatione laxamus. Singula etenim paßione raptus uexata accesionis tempore accipimus: ac si aliqua in parte corporis querela extiterit, cucurbita imponẽda. Sed neq; coadceruatim, neq; uno tempore omnes erunt partes curandæ, sed partiliter, atq; diuersò, ut nunc stomachus, nunc uesica, nnnc * inter scapulam releuetur, quo necessariò caput relaxatum adquiescat. Tunc spongiæ euaporationibus, *qui curationem labori sustinuerunt recuramus, atq; * ungentes oleo cõmuni, siue quia iam licitum est, cyprino, uel irino, tum cerotariis mollibus, ac deinde scarificatis locis inducta apponimus cerotaria. Conuenit etiẽ *enuasin adhibere, de qua Adiutoriorum libris docuimus. Dabimus etiã tum cibum plurimũ atq; *panosum. Si aliqua in parte capitis grauedo, uel dolor, aut punctio, aut torpor occurrerit, erunt sanguisugæ circulatim apponendæ: quæ si sufficientẽ fecerint detractionẽ, adiutoriorum modũ dabunt: sin minus, his detractis cucurbitas infigemus, ut per earũ uulnera detractio procuretur. Tunc rursum cataplasmatibus utemur, atq; uaporationibus spõgiarum, dehinc cerotario partes * contegimus. Profectu acced

* inter scapulæ releuentur.
* eos qui curationis laborem
* vngimus
* embasin Libri Adiutoriorum Cælij.
* ex pane arido: vel succo aliquo liquido cõdito: vel iure.
* contegemus

accedente dabimus olera nõ acriora, atq; ita gestationem* adhibemus * sellarem. Etenim uehiculi motus rotarum uertiginem caliginemq; facit ægrotanti, quæ paßionis imaginem * ferat. Tunc deambulatione mouendus pro * temporis aëre, atque loco lucido, & longo ductu, ne iugi conuersione uertiginem sentiat. Dehinc si ferre ualuerit, etiam uocis atq; corporis exercitio utemur, monentes ut neque spiritum retineat, neque pronus uel circunflexus, aut sæpe conuersus aliquid gerat, sed pingui unctione defricatus * stanti exercitio moueatur. Tunc, cum facilitas corporis fuerit accepta, lauacrum adhibemus, caput fouentes sine ullo * percussu manibus subterpositis: implet enim * sensum eius demersio. Tunc etiam in aqua calida, quam † pygolithon uocant, deponendi sunt ægrotantes: ne percußu frigoris neruositas afficiatur. Post lauacrum uero † parum differentes, quo feruor ex capite releuetur, dabimus aquam præbibendam: Tum cibũ uarium, simplicem ex media qualitate confectum. Et post primam uel secundam diatritõ dabimus quædam in cibo quæ uinosæ sint qualitatis, ut sunt poma, quo corpus, uinum daturi, prætendemus, ut tutò dare poßimus. Atque ita seruandum, ne his gestis somnus suspensus, uel concisus, aut adiuncta phantasia sequatur, & insomnia faciat turbulenta, quod ex relatione patientis discere poterimus. Item si grauedo uel torpor in aliqua parte corporis fuerit, * ut dolor, aut punctio, uel saltus, erit in aqua calida perseuerandũ, atq; illa prohibenda, quæ uinosæ qualitatis danda præcepimus. Sin uero ex his nulla fuerint prosecuta, dabimus lauacro remoto, mediocriter uinũ lene, * parũ, ut exẽpli causa, semũnciã, uel unciã, medio scilicet cibo, aquatißime

*adhibebimus
* in fertorio, aut sella portoria: ut supra pag. 248.
*fert
Caligo passionis imaginẽ fert.
* tempore, & aëre
* stans
* aquæ collisu
* sensus eius percußio
† πηγὴν διαυγῆν.
Rhigolethron, quasi rigoris exitiũ, quod rigores & perfrictiones corporis profliget, et abigat. Alij Rhigolyton
† rarum
* aut
* paruum.

temperatum:tum in alia diatrito lauacro uinũ iungemus. Sed præ cæteris erit animi laxatio procuranda, quo corpus consentiens nullis obstantibus curis facile sanitatis*repetat qualitatem. Ac si resumptio*recurrens nihil uiriũ perficere permiserit, quo etiam*carnatum corpus ostendat, bono attestante colore, erit consuetudini dimittendus ægrotans. Eadem sanè curatione utendum etiam in iis qui cum nondum*sunt epileptici, eo tamen ferri uidentur. Hoc enim solum seruabimus, quum signis paßionem minãtibus fuerint absoluti ut eos * consuetudini reuocemus. Facilius est enim imminentium auersionem, quàm præsentium depulsionem*facere. Sin uero paßio tardauerit, & propterea plurimis fuerit acceßionibus uariata, erit partienda curatio secundum superpositionem, & lenimẽtum, ita ut superpositionis tẽpore iisdem utamur adiutoriis quibus acutas paßiones curari perscripsimus. Neq; enim*phlebotomum reprobamus, permittentibus uiribus,*siquidem longo interstitio superpositiones occurrere uideantur. In lenimento uerò resumendos dicimus ægrotantes & cum recorporatiua curatione dirigẽdos, iusta cyclorum regula, sicut latius, scilicet de capitis paßione diceremus, * scripsimus. Quapropter ob resumẽdum corpus adhibenda gestatio, sella, uel cathedra, aut deambulatio, aut uocis exercitatio. Item lectionem & perũctionem aliptarum præceptis ordinatã, sine ulla capitis*inflatione geramus, ne immodico labore affectũ*corpus uexare potius, quã reficere uideamur. Tunc lauacrũ langorum interuallis adhibendũ: uarius dãdus cibus & panis limpidus, atq; studiose elaboratus. Pulmentũ uero ex mediæ qualitatis materia, ut oua, pultes, olera, quæ non sunt acerrimæ

* recipiat
* recurans nihil vitiị redire permiserit, aut etiam bene carnatum
* ἔνσαρκον
* sint
* ad consuetudinem
* credere
* phlebotomiã
* si quidem
* pag 252.
* fricatione imperamus
* caput

mæ uirtutis. Item uolantum leuiora, & piscium teneriora. Dehinc post resumptiuum cyclum adhibendi recorporatiui, & primo ex parte, tum perfecti, in quibus esse uomitus ex radicibus debet, uel * similibus materiarũ rebus, ut nuper * docuimus: atq; ita drimyphagian, exinde * contiguas sibi pulmentorum materias ordinamus: item adiutoria localia, ut exempli causa, primo capillos decurramus * ex pectione, nunc pro * capillatura, nunc contra capillaturam: tum tõsuram adhibentes, dehinc nouacula caput radentes, cucurbitas alijs atque alijs capitis partibus * recorporatiuas imponimus: tum dropacis raptũ adhibemus, sed primo longe remotis partibus, tum uicinis, dehinc patiẽtibus: dãtes etiam masticandum sinapi, uel piper, aut staphysagriã. Item sternutamentum ex helleboro, uel * astrutio, & pipere, & castoreo, uel his similibus adhibemus naribus, apophlegmatismum quoq; adijciẽtes, atq; * fricatione balnearũ nitri pulueris, & * cæteris sympasmatibus, quæ ruborem facere ualeant, ut sunt ex pyretro, staphysagria, adarce, euphorbio, pipere, calcis gleba, & pumice: tum cataplasma ex sinapi, atque malagmata, quæ detergere & * pabulis afficere corpus ualeant: item acopa acriora, sed quæ tetri odoris non sint, toto corpore illiniẽda, magis tamẽ capiti, atq; ori, conclusis palpebris: immittenda sunt etiam hæc auriũ cauernis: gargarizandum sinapi: adhibẽda etiã aquarum illisio, qua patientes partes percussæ mutari cogantur, quod Græci cataclysmum appellant. His deinde perfectis cyclis, resumpto corpore, helleborum, adhibemus, sed longe superpositionis seruantes occursum quod in omnibus quidẽ adiutorijs exercitioribus adhibendis, tum magis in helleboro monemus præcauendũ.

*similium
*pag. 255.
*congruas
*denso pectine
*ut pag. 264.
*eodem genere locutionis utitur pag. 255.
* recorporatiuas vocat, cũ plurima flamma admotas, & vt ait pag. 255. detractas magno raptu
* Nasturtio. ut pag. 286.
* fricationem in balneis
*cæterorũ Sympasmatum
*papulis
Acopa.
Hellebori sumendi cautio.
* exercitantioribus vehemẽtioribus. Alij exercitatioribus

Denique si nullam accessionem denuntiauerint signa, ijs qui ordine seruato admonentur, ante decem uel duodecim dies, uel generaliter pro longitudine lenimenti, * porrectius erit adiutoriorum regula dirigenda. In ijs uero qui ordinate admonentur, eo tempore adhibenda curatio, quo conijcere possumus mediũ præteritæ atque futuræ accessionis. Sic igitur hoc genus diligentiæ * intuendum, ut cum æger somnum decusserit, primo requiescat paululum iacens, non solum suspicans indigestionem cibi uerumetiam donec * persecutione quadam propria corporis fuerit facta * digestio, ne ex uigilatione sequenti, atque laxamento membrorum, & * tenuitate, uel purgatione humorũ spiritus iamdudum somno turbati craßi fiant, quo etiã sæpe officia impediri noscuntur, cum nondum * totum recurrens occupauerit corpus. Vnde sæpe factum est, ut * experrectis hijs quæ illico intueantur fallant, nisi * perfricatis oculis intenderint. Neq; clamare uel currere facile possunt: siquidem ui quadam somni tunc arteria, hoc est gutturis uia, asperatur, & raucos facit: ac fatigata corpora * densitate neruorum, * irruente spiritu craßiore, afficiat percußione uel quassatione similes plagas ingerendo. Has igitur ob causas æger plurimo tempore somno deposito tardare debet, præcauens lucis * autoritatem, quam mox discußo somno intueri minime potest, ne repentino eius occursu percutiatur uisus. Item disputationibus uehementibus animum exercere declinet. Tunc resumptus atque releuatus somni plenitudine, sub stramentis leni unctione tangatur semel, secundum corporis singulas partes laxamẽti mediocris causa, * atq; frigoris cautione leuẽ & delectabilẽ gestationẽ adhibeat ut * fertoria sella, uel

*porrectior

* intendendũ. Alij instituẽdum

*perfectione

* nam Methodicis somnus adstringit: uigiliæ uero laxãt, crassa tenuãt, excremẽta purgant.

* tenuatione

*integros recuperauerit

* experrectos eos

*perfricatos oculos

*quæ per somnum accidit

* irruens spiritus craßior afficit, percußioni uel quassationi

* claritatem

* ac cum

*portatoria ut pag. 248.]

uel cathedra. Sed prohibenda erit exclamatio, siquidem uehementer mouet partes patientes. Tunc deposito turbore motus unctione olei fricetur, cõductis & extẽtis brachijs,* flexo atq; extẽto motu releuãs singula crura commoueat, quo fortioribus motibus faciat aptiora. Fouenda etiam ora aqua calida: * nunc enim erit lauacrum prohibendum: atque ita post perunctionem cibum accipiat paruum, succulentum, & leuem, ut oua, pultes, * piscis teneri, quæq; ex uolantibus paruæ ætatis atq; formæ, ut ficedulæ, turdi: declinãs omne quod fuerit acrioris uirtutis, siue inflare ualentis, aut carnosæ, uel grauis. Quapropter etiã à uino erit abstinendus, ac per interualla ab omni cibo seruandus. Releuatur enim hoc genere corpus ieiunitate * reflatũ. Sin uero aliqua signa accessionis futuræ apparuerint, ut somnus turbatus, uel cibi corruptio, uel iracundia inanis, ac sine ratione, item mœstitudo uel sternutamẽtum, aut aurium tinnitus, uel præ oculis scintillarũ singibilis uisus, aut inflatio præcordiorum, & per somnum seminis inuoluntarius iactus, quem onirogonõ uocant, & horum similia, non solum ad hanc uitæ * regulam transeundum est, uerumetiam initium ex abstinentia sumendum. Tunc leuis adhibendus motus, atq; perunctio, & cibus, quo corpus salutaribus officijs nõ deseratur. Vt enim ijsdem ciborum regulis perseuerare tutum non est, sic è contrario iugis mobilitas, atq; cibi abstinentia uacuato corpore solitis nutrimentis, uires extinguit futuris tẽporibus necessarias. Quæsitũ etiã utrum * contradicentibus signis, accessionem fore, an præsentẽ siue factã iudicemus. Sed tunc erit accessio iudicãda, quoties ceciderint in ea ægrotãtes: quo discere poterimus, quo tẽpore diatriti tẽpus sit numerã

* flexũmque ac extentũ poplitem
* nec etiam
* pisces teneros
* ab inflationibus liberatũ: plenitudine exoneratum.
* resumptiuã
* ex præcedentibus his signis Alij ex prædicentibus.

An statim atque visa fuerint hæc signa quæ paroxismũ minantur, de illo tanquã præsente faciundũ sit iudiciũ, ut tum inedia diatritos præscribatur, an expectãdũ, donec paroxysmus inuadat.

dum, ut recte poßint curationes suis reddi tēporibus: Nam* denuntiata signa iam præsentia acceßionis esse contendit. Nos uero prætangi neruositatem, atque in acceßionem urgeri recte probamus, ut augmenti indicia tanquam * præludere uideantur, ut sunt in hemitritaicis febribus frequenter acceßionę imminēte corpora præoccupata, cum noctis anxietate pulsata, diei fore asperitatem significant. Ita igitur, uel simili ratione, pramonitus epilepticus, tanquam si acceßione uexaretur, erit usque ad primam diē abstinendus, & neque similiter * agendus, ut pridie, cum * fuisset in lenimento purißimo. Quapropter abstentus una die, sequentibus * leui motu agitetur antecedente unctione, atque paruo cibo nutriatur: aquam bibat. Tunc si rectius habuerit, ut laudabilior sanitas appareat, augenda oblatio cibi, alternis scilicet diebus, nunc qualitate, nunc quantitate. Tunc nisi ex omni parte signa supradicta * erit rursum abstinēdus una die. Sin uero fuerint expulsa, uel depugnata, non erit illico reddēda ægrotāti cōsuetudo, tāquā nihil sit quod sollicitudini remansisse uideatur: neq; rursum inani suspicione, tāquā iam imminentis superpositionis metuentes aduentū, in tenui uitæ regula retinere debemus patiētē. Vt enim oportunitas adhibita abstinentiæ futuras amputat superpositiones, atq; earū occasiones detrahit, sic importunè adhibita corpus uexat, atq; fatigatione affectum tarde surgere facit in solitas uires. Quapropter cum summa cautione, & sine ulla nimietate seruati, blanda regula resumēdi sunt ægrotātes, quo asperatas acceßiones fore non metuamus. Tutius autē esse probamus, ut *supradictū est, lōge ante futurā accessionē ad hellebori usum accedere: quo accepto si irruerit acceßio, crūt omnia

* denuntiātia signa præsentiā acceßionis ostēdunt. Denuntiantia uocat præsentem morbum indicantia: Præcedentia uero, si ne prdicētia, quæ futurum: hæc Gal. in Definit. uocat Prognostica: illa Pathognomonica.
* prælucere
* regendus
* foret
* leni
* ceßauerint erit

*pagina 279.

omnia mitigatiua adhibenda, quæ accessionem ualeant temperare. In strictura enim constitutis * altioribus, hoc est stomacho & uentre, mitigatiua laxatio adhibita etiam medicamini excludendo præparat uiam, & præfocationis amputat metum. Sin uerò nullum periculum subierit præfocationis post purgationem causa refectionis adhibenda resumptio est, cum iis quæ ualeant accessionem temperare, ut odoramenta sine ullo * percussu medentia: atque nutribilia, ut est panis calidus, melo, cucumis, & his similia. * Destillandus etiã * helleborismus, sed ex melle decocto. Ac si initio uomitus ex accessione emerserit, cucurbita multa cum supposita ori uentri infigenda, tunc sequenti parti, secundum quod medicamen ad inferiora * teneatur, donec accessio leuigetur temperamentis supradictæ rationis, ne concursus passionis & adiutorij præfocet ægrotantem. Erit igitur sustollendus ægrotans subiectione manuum ex utraque alarum parte, cum capitis sustentatione, atque leuiter inclinandus. Tunc si medicamen ad superiora cucurrerit, & * transuorationis ceperit partes, quo * spiramenta obstruere uideatur, illisis dentibus, atque ore clauso, uel erumpens per naturales uias, quæ ad fauces de capite feruntur, in nares defluxerit, ac rursum decurrens gutturis meatum clauserit, præsens præfocatio metuenda. Quapropter immissis digitis, ex utraq; parte buccarum circa * maiores dentes, oris facienda distantia. Tunc imponenda * ptygmata multiplicia, quæ si fortè defuerint, cuneos ex ferulis scißis mittere poterimus, quo * scientes ægrotantem seruemus, atq; medicamen ad faucium par-

* occultis, & in profundo sitis visceribus

* quæ caput nec implẽt, nec grauant.

* At si initio vomitus ex purgatione periculum suffocationis emerserit, instillandus etiam helleborismus, sed ex melle decocto. cucurbita cum supposita multa flamma ori ventris infigenda: tum sequenti

* helleborismũ ex decocto melle Aetius vocat hellebori decoctũ, eiusq; compositionem docet pag. 155. ac si helleboro sumpto vrgeat suffocatio, cremoris bibendos tres cyathos ait, qui vtcunque à decocto diuersus est. * trahitur * respirationis * guttur & laryngem * maxillares * cõplicati panniculi * succurrẽtes

tes ueniens spatio quodam exceptum facilius excludatur. * Seruanda etiam tempora, quibus medicamen faucibus occurrit, adiuuates eius exclusionem, in faciem inclinantes ægrotantem, atque eius ora calida spongia detergentes, distillantes etiam in os * mulsum. Sic enim ueluti despumans * resumit, aut deponit accessionis pressuram releuatus ægrotans. At si non sufficiens hellebori fuerit agitatio, quam Græci sparagmon uocant, & * paruo euentu successerit, perseuerante passione, erit etiam secundo, uel tertio hellebori usus adhibendus, sed * præsumpto uiribus ægro: quippe cum non iisdem uti omnibus necesse sit, & destruendæ passionis causa una sola sufficiens & * perseuerans exhibitio non approbetur. Vtendum etiam aquis naturalibus, hoc est, naturali uirtute medentibus, sed quæ nulla odoris uexatione adficiant ægrotantem. Adhibenda igitur * natatio, & sole corpus torrendũ, quod Græci * heliasin uocant, sed prætecto capite. Vtendum etiam potabilibus medicaminibus, uel electariis ex hyssopo, & origano, & thymo confectis. Principaliter enim corpus mutant, recorporationem faciendo ob acrimoniam: dehinc etiam corpus, & succorum naturalium * tenuant qualitate. Emolliendus nanque uenter, & peregrinatio imperanda terrena, atque maritima, si ferre nauigationem potuerint patientes. Tunc etiam exercitia uehementiora, quæ labore corpus afficiant, affectãda, quo magis fortitudo, * quàm corporis robur augeatur. Est enim semper grauabilis * carnatio, & magis si tenuibus fuerit imposita uiribus, & in iis passionib. quæ in neruis esse noscuntur. Vnde neque facile curationis est credendus effectus, quo depulsam passionem iudicemus, nisi legitima

* Seruamus

* Mulsum enim imbecillas vires reficit, spiritus instaurat, inflationẽ discutit, pituitam lẽtore adhærescentẽ abstergit; & educit.

* resumitur, ac σπαραγμὸς.

* paruus euẽtus.

* resumpto

* persanans

* in aquis medicatis & naturalibus

* Heliωsin

* attenuant qualitates

* ac

* obesitas, & carnosior habitus

Non fidẽdum subitæ sanitati

tima

tima accessionum tempora soliti concursus, sine ulla inquietudine, atque plurima, transierint ægrotantes: somnos quoque sine ullo impedimẽto duxerint, & uigilias placidas, ac liquida sanitate moderatas, nulla etiam difficultate officiorum animæ uel corporis impeditas, attestante cibi sufficienti appetitu, cum digestione congrua, & corporis nutrimento mediocri, uel egestionum naturalium moderato exitu, bono attestante, * uel immutato colore. * Seruanda præterea multo tempore omnis nimietas, ut frigus, ustio, indigestio, uinolentia, libido, lauatio, & magis ea quæ specialiter passionem in commemorationem ducunt, ut odores percussibiles, aut splendor nimiæ lucis, aut * resultantium materiarum: item strepitus, clamatio, circulatus cursus, * extentio, aut ex alto despectio, siue fluminum celerrimus fluor. Vt enim ulcerum recentes cicatrices facili occasione soluuntur, non aliter hæc passio, uel alia quæque similis * nequitia, paruo impulsu repetit corpus, quod proximè dimisisse uidebatur. Ac si fortè neque ita fuerit æger ab epilepsia liberatus, nihil minus adhibendum, sed magis perseuerãdum in curatione probamus. Dabit enim hæc diligentia uel ex parte beneficium, quo neque frequentius admoneatur ægrotans, neque longioribus accessionibus opprimatur, neque turpiter in * furore, uel publicis locis apprehẽsus, etiã post passionis impetũ animi * luctatione uexetur. Quibus enim prima * uel optata non proueniũt, * erit secũda mitigationis causa capiẽda. Hæc est secundum ordinem methodica epilepticorum curatio. Aliarum uerò sectarum * principes uaria rerum * temperatione, siue * experimento curationis adiutoria cumularunt, caput fouentes aceto atque oleo rosaceo puro

* &
* Cauenda, vitanda
* scintillantiũ, nitentiũ, splendentium
* visus intentio: nam vt ait pag. 267. suspicere ægrotanti difficile est
* τῇ κακοηθίᾳ, malignitas
* foro
* dolore, molestia
* &
* erunt
* logici,
* consideratione
* Empirici

puro, uel immixto castoreo, in accessione frigidis utentes: articulos quoque omnes ligatione constringentes, sternutamento commoto ex aceto, naribus interius flato, cum sinapi: uel castoreo oleo irino infuso, cum calchanto: uel sulphure * uino, aut astrutio incenso, uel iis quæ ad matricis præfocationes incendenda posuerunt: item hyssopo & origano, & thymo: uel ignis flammam oculis offerentes, cum titillatu quodam, & * oppreßione præcordioru͂ ad inferiores partes. Iubent præterea motum corporis * adhibere, gestatione uel deambulatione, aut supra sindonem uolutari: sinapisandas etiam manus ægrotantium, atque pedes: & ante acceßionem perungi thapsia caput, & spiritum * continere. Alio uerò tempore, hoc est dimißionis, uini atque carnis imperant abstinentiam, & magis porcinæ, uel bubulæ, & caprinæ. Prohibent præterea supra pellem caprinam dormire, siue iacere ægrotantem: siquidem paßionis facit motum. Adhibent etiam clysterem iugem atque acerrimæ uirtutis, & medicamina urinalia, quæ diuretica uocant, atque purgatiua per uentrem, quæ cathartica uocant, & horum magis cui nomen est hiera, quæ non erunt, inquiunt, * tertio minus singulis mensibus offerenda: tum capitis diuisuram * accuratam, qua͂ chiasmum uocant: dehinc * scarosin medicamine, siue ignis ustura: item terebrationem testæ, uel arteriotomiam, uel usum uenereum, aut è contrariò eunuchismum faciendum probantes. Dant etiam bibendum lac asininum, cum sale, uel sanguinem testudinis * marinæ, uel * humanum, aut urtuli marini, & non solùm sanguinem, uerumetiam coagula quæ lacti miscentur. Item mandendam * mustelam, sed longo desiccatam tempore: & tunc * corda hominum atque equorum

* vino incenso, aut nasturtio,
* compreßione
* adhiberi
* contineri.
Διουρητικά,
Καθαρτικά.
Ἱερά.
* decimo quoque die
* ad x. literæ figuram
* Escharωsin, siue
Χιασμός.
Σκάρωσις.
ἀρτηριοτομία.
Ἐυνουχισμός.
* Ad id prodesse terrestris sanguine͂ Dioscorides ait.
* Plin. cap. I. lib. 28.
* Sanguinem mustelæ comme͂dat Diosc. & eius ve͂triculum coriandro fartu͂, & inueteratum.
* carnem, vt p ip.

equorum, quorũ crura quasi* impetigines habent, siue asinorum, uel mulorum. Item testes uel ueretrum marini siue fluminalis * cancri, & porcelliones, hoc est, animalia quæ humectis & aquosis locis sæpe nascuntur, à Græcis appellata onisci: * dehinc squamulas fieri, cum aqua in qua fuerit candens ferrum* prætinctum. Dant etiam cameli cerebrum fumo siccatum atque concisum, sed infantibus uel pueris odorandum: perfectis autem ætatibus bibendum, ad modum cyathi, cum * mulso & aceto tribus cyathis: similiter etiam leporis cor, & cerebrum gauiæ. Alij uerò etiam* ligamenta probauerunt, & magos adhibendos, atque eorum incantationes, quæ quantis sint uexationibus *confertæ, etiam per se probatur, sicut latius Adiutoriorum libris docuimus, nunc tamen paucis * memorauimus. Constringens igitur fomentum, atque tetri odoris,* uel aceto, & oleo rosaceo, & castoreo, percutit, & grauat, & tumores constringit: & si, ut putãt, materiã * redarguit, abactum tamen cutibus ad cerebrum, & eius membranas reuocat. Et sunt hæc exteriorum comparatione magis salutaria. Præterea est uehementer noxium,* frigidat caput accessionis tempore fouere. Quæ enim * dimissione releuata mitescũt, eadem * frigida densatione magis grauantur. Item ligationes neruos densant, atque corporis * oppressio, quam fieri iubent. Defricatio intemporalis, hoc est accessionis tempore facta, geminat passionem. * Accidentia enim* si temporaliter quidem uidetur lacessitis sensibus in* resumptionem ueniret, totam tamẽ passionem peiorat, non aliter quàm si quisquam turbatos oculos manutigio, quod Græci chirapsiam uocãt, temporaliter, fricando, releuare uideatur: non aliter & sternuta

* nascentes in cruribus impetigines, vt pag. 290. Pli. cap. 11. lib. 28. vocat lichenas.
* canis: vt pag. 290. i. fibri: nẽpe castoreũ.
ὄνισκοι
* dehinc aquã è squamulis ferri, aut in qua, vt pag. 290. A.
* extinctum
* mulsi ex
* non vincula manuum, sed alligata & suspensa amuleta, τὰ περίαπτα.
* conferta
* memorabimus
* ex
* repellit, abactam
* frigidis
* mitigatione relaxata
* frigidorum
* compressio
* Accessionis enim
* tametsi
* vexationem lenire
Manutigium. Χειραψία.

sternutamenta medicaminibus commota accesioni nõ conuenire probamus. Quippe cùm neque in linimento paßionis constitutos hoc adiutorio facilè inquietare liceat, nisi certo regulæ ductu præparatos, quo caput releuetur gestatione tenui, ac deambulatione. * Siquidem hoc adiutorij genus initio impleat caput, dehinc medeatur: quid sperandum in iis qui accesione agitati, earũ partium plenitudine uexantur; si etiã sternutamento fuerint * conuitiati, cùm magis oporteat paßionis illitam soluere turbationem? Est præterea aceti molestũ naribus insufflare, siue solũ, siue cum alia qualibet percußibili materia. Constringit enim, atq; densat tumentia, & turbata perturbat, & ea * concurrere compellit, quæ accesionis uiolentia excludi coguntur. Non aliter * mutiles atque * satiabiles sunt incensiones, siue fumigationes, & odoramenta ex pice, bitumine, * spondilio, castoreo, galbano, acerrimæ atque grauabilis uirtutis causæ, & iniucundioris, adeò ut etiam rectè ualentium impleant caput, & eorum qui nunquam, aut difficilè earum partium querelam prodiderint: tunc tamen iis odoramentis acceptis, uertigine atque grauedine urgentur: & non aliter tumentes oculos fumigatio adficit, quàm etiam tumentes cerebri membranas. Necessariò enim cogit in similem uenire paßionem. Percutit etiam ignis flamma, siue eius affectatus splendor multos. Deniq; etiam in lenimento epilepticos constitutos, lucis importunitas, atq; * eminens percußio, in commemorationem facit accesionis uenire. Noxia etiam præcordiorum pressura, quam adhibendam probant, iudicatur. Mitiganda enim sunt accesione commota, & non uiolenter atque contrario conatu reprimenda. Grauis etiam sine dubio uidetur

* Nam si
* concitati
* spissari, coire
* inutiles
* grauabiles
* sphondylio
* cominus

tur supra sindonem iussa uolutatio, quippe cum leui conuersione corpus affectum, nō solum lenimenti tempore epilepticos in uertiginem mittat, uerumetiam recte ualentes similiter afficere uideatur. Articulorū quoq; sinapismus accessionis tempore tumorem geminans, etiam passionem necessario peiorem facit. Est item *intemperabilis ante accessionem *punctio ferulaginis, quam Græci tapsian uocant, cum opoteat motam passionem atq; in peius coactam mitigare potius quàm prouocare: & quoties eius necessarius est usus, toties atq; melius lenimenti tempore suæ uirtutis impleat beneficium, cum importune adhibitus partes faciat *emori, has quod Græci * necroses uocant. Item spiritus retentio, quam faciendam probant accessionis initio, sensus implet, nō, ut quidam uolunt, repercusso spiritu futuram prohibet accessionem. Premit enim potius quàm discutit ea quæ iam suo motu densari uidentur. Abstinētia uero uini atq; carnis, quam iugiter fieri iubent, uel unius anni spatio, impedit recorporationis faciundæ profectum, quem augere necessariò mutationum uarietas potest, quod facile ignaris notū fiet ex uitæ consuetudine, quæ si eadem non fuerit, procul dubio corpus infirmat. Quippe cū iugis potatio aquæ demissum faciat corpus, & neq; numero dierum, uel mensium curandi regula sit constituenda, sed passionis temporibus, quorum * mutatæ regulæ commutantur, ut sub eorum rigore *damnum aquæ uel uini ministretur, quod etiam de carnis usu erit coniiciendum. *Caprina uero pellis odoris tetri causa noxia capiti iudicatur, non speciali atque priuata ratione. Item iugis atque acerrima clysteris iniectio intestina conradit, atque neruos uitiat. Vrinalia quoq; medicamina, quæ

* intemporalis
*perunctio: ut pag. 286.
*excitata gangræna
Νίκρωσις
* Necrωsin
* mutatione
* donum
Caprina pellis
* Hippocrat. libro de Sacro mobo oues & capras huic ægritudini valde obnoxias esse tradit, quæ caussa fortassis est cur substrata capræ pellis accessiones huius morbi excitet.
Vrinalia medicamenta.

diuretica uocant, uesicæ infectione capitis membranas

Purgatiua

commouent. Item purgatiua medicamina, quæ catha*-

* dißipationẽ, ac dissolutionẽ

tica uocant, * defluxionem corporis facient, atque sto-

* in chi figurã

machum euertunt: capitis etiam * acuratam diuisura, quam chiasmum uocant, & testæ perforatio, & ustu-

* Escharoticã

ra cutis medicamine uel igne suffecta, quam * scaroticam uocant, & arteriotomia patientes partes insu-

* vtilia & cõmoda

mit, & utilibus renititur rebus. Siquidẽ nulla te* comparatiua adiutoria iisdem locis adhibere permittit.

Venus parua epilepsia

At uero concubitus, siue Venus, quam adhibendam probant, ab aliquibus parua epilepsia nuncupata est. Siquidem similem facit membrorum motum, diuerso contractu, anhelatione & sudore attestante, & oculorum conuersione, cum rubore uultus, ac deinde post effectum displicere facit sibimet corpus, cum pallore, & quadam debilitate, uel mœstitudine, & adeo neruos afficere male uidetur, ut sæpe imminente accessione per somnum iactu seminis ægri præpurgẽtur, quod Græci onirogonon uocauerunt. Item eunuchismus ui res amputat, con epilepsiam soluit. Lac quoque sumptum facile acescit, & propterea grauans epilepticos male probatum uidetur. Non aliter etiam potus sanguis testitudinis, siue hominis, atque uituli marini, &

πιτυά.

sumptio coaguli, quod Græci pityan uocant. Mustelæ quoq;, siue hominum caro siccata, & equorum impetigines, uel ueretrum, atq; testes canis aquarij, uel por-

ὀνισκοι.

celliones supra memorati, quo oniscos appellant, & aqua de squamulis siue tinctionibus ferri, & cor leporis, & cameli, siue gauiæ cerebrũ male probatur. Etenim neque ex occultis causis, quas Græci ἀδή-

ἀδηλοι αἰτίαι.

λους αἰτίας uocant, rationes ducunt, neque ex aliqua

* cognitione

contagione siue tentatione, ut empirici uolunt, ap-

Εμπειρικοί.

prob

probata in usum uenerunt medicinæ. Quippe cum intelligi, uel apprehĕdi naturali aut fortuita rerum dominatione minime *poßit, uti hiis, maxime ita insuetis, atq; nouis, & odiosis generibus materiarum, quarum nihil usu grauius esse uidetur, ipsius quoq; comparatione paßionis, sit admirandum, quod de aere atque uigiliis, uel somno, & potu, & cibo, uel iis quæ necessariò sumuntur, nihil *experimenti utile collegerint, de iis uero ita execrandis, & crudelibus, atq; inhumanis, plerunque etiam periculosis, curationes ordinare uoluerint. Non enim sanguinem tauri potum interficere, ut Themistoclem, aut lac coagulatū, & caseum *coctum, aut oratorem, & imaginem recte reprobauerunt, si quisquam humanum sanguinem id facere minime crediderit, quò falsò memorata à ueteribus cætera uideantur. Accusatis igitur, siue nudatis summatim ueterum curationibus, non est absurdum etiam cū nominibus errores arguere singulorum. * Hippocrates de epilepsia scribens communiter ait: Quisquis in humano corpore agnouerit siccandi uel humectandi, aut frigidandi, uel calefaciĕdi causas, idem etiam istius *paßiones poterit *uidere rationem: & neq; quomodo, neq; ex quibus, neq; quando, uel quousq; hæc fieri debeant tradere *curabit. Diocles libro quo de paßionibus scripsit, in iis qui ex uinolentia, uel carnali cibo istam paßionem conceperint, phlebotomiam probat, antecedentes potius quàm præsentes intuens causas, In iis uero qui ex corporis habitudine in istam uenerint paßionem, humoris craßi detractionem probat adhibendam, quem appellauit phlegma. Vtitur etiam urinalibus medicamentis, quæ diuretica uocant, item deambulatione, ac gestatione. Quæ si etiā uera essent

Marginal notes: * peßint, vt in his, | *experimento | Themistocles poto sanguine taurino mortuus est. | * coactum magni autores recte | * Hippocrates ad libri calcem quem de Sacro morbo scripsit. | * paßionis | * facere curationem | * curauit | Diocles | Vrinalia medicamina Διουρητικά.

adiutoria, ob paruitatem tamen numeri & magnitudinis suæ, magnæ paßioni difficile possent paria pronuntiari, aut eius destructioni sufficere. * Itē libro Curationū phlebotomans utitur medicamine catapotio, quod stomachum euertit, atq; post cœnam uomitum facit, exhalationibus implens caput. Potat etiam aceto, & sternutamentū commouens prius quàm in somnum ueniant ægrotantes, profecto intemporaliter commouet sensuales uias. Dat etiam absinthium, centaurion, & lac asininum, & equorū impetigines, uel mulorū, neq; tempus adiiciens factis, & odiosis ægrotātes afficiens rebus. Praxagoras uero secundo libro Curationum caput imperat radendū, adhibens fricationes, & cataplasma ex aceto* sine Venere, dolentibus speciebus etiam sternutamentum cōmouens, & ieiunum uomitum per singulos dies: utens etiam poto lacte cum mulso atq; sale, item deambulationibus plurimis atq; uehemēti motu* celebratis, & potionibus urinalibus, & cibis uariis, & agninæ carnis, siue hœdinæ, atque porcinæ, & catulorū, dans acetū bibendum, atq; uinū, & post uomitum sternutamenta & odoramēta probans, & spiritus retentionē: item usturam, atq; incisuram* partibus adhibens etiā uentriflua medicamina: & cum acceßionē uiderit * cōmoueri, deprimit partes quæ fuerint in querela, atq; defricat castoreo, & uituli marini ueretro, siue uirilibus hippopotami, aut testudinis sanguine, uel rhōbi marini, omnia confundens. Non enim initio rasio capitis est adhibenda, nec aceto densandū corpus, neq; diurno uomitu uexādum, siquidem fortitudinem tollunt: neq; plurimo sternutamento, implet enim sensus: neq; urinalibus medicaminibus, siquidem corpus nimium laxant: neq; purgatiuis, siquidem

* Idem Καταπότιον.

Praxagoras

* ac farina mordentibus speciebus

* celeratis

* capitis

* comprimit, vt constat ex eo quod paulo post sequitur. Conuenit hoc remedium, cū vapore tetro ac venenato, ex aliqua parte corporis auræ frigidæ specie in caput subiecto, per cō sensum hic morbus gignitur. Sternutamenta.

ſiquidem non aliter uexant:neq; catulorum carnibus,
propter ſuæ qualitatis horrorem:neq; detentione ſpi-
ritus acceßione imminēte,tunc enim tēpus eſt requie-
ſcendi:neq; compreßionibus,aſperant enim tumores:
neq; curioſis odoramētis,ſiquidem caput implent:neq;
inciſura,ob inutilē dolorem:neq; uſtionibus,ſuperpo
ſitonis enim tempore aſperant ob tumorē paßionem,
in lenimento uero reſumendos uexatione doloris fa-
tigant, & uſui recorporatiuorū adiutoriorum obſi-
ſtunt:neq; coagulo uituli marini,uel ueretro,aut teſti
bus hippopotami, uel teſtudinis ſanguine, aut rhombi
marini. Hæc omnia experta neq; ratione,neq; regula,
ſed tentatione probātur. Aſclepiades primo libro Ce- Aſclepiades
lerum uel acutarum paßionū, eos qui corporis raptu
afficiuntur, ſolos imperat phlebotomari,non aduer-
tens,quia ex eadem adſtrictione generales quæq; ſpe-
cies epilepſiæ formantur,ſed acceßione grauior alte-
ra quam altera cōparatur. Quaproter magis exigit
phlebotomiæ beneficium. Item*phlebotomatos iniici *phlebotomatis
iubet*clyſteri,uel*collyrio,quod balanon appellant, *clyſterem
odoribus tetris adhibitis, & fumationibus, & naribus *collyrium
aceti inſufflatione, atq; uolutatione in ſyndone*præ- Κλυστήρ.
ſtita. Prohibet ſanè carnales cibos, & uinum , ſed im- Κολλύριον.
perat Venerē,quorū accuſationem atq; improbationē Βάλανος. *ſupra pag. 286.
ex ante ſcriptis accipere poterimus. At Serapion pri-
mo libro Curationū multis ex rebus diligentiā curan- Serapion.
di confundit. Vngit enim reſiduum corpus oleo,colla
uero aceto cū oleo roſaceo,cōſtringens ea quæ laxa-
tione indigēt. Tum exercitio adhibito dat mulſum bi-
bendum ex aceto confectū,ac deinde nihil accipere iu
bet ægrotantes, ſed quieſcere, Tum deambulare circa
ueſperam,ac rurſum conquieſcere, & deambulationē

repetere, tum lauari, & adhibita requie bibere hysso-
pi decoctionem cum aceto atq; mel in trium * hemina-
rum quãtitatẽ, tum cibum sumere, erroribus mille sto-
machum uexans, ut semel cibo reficiat. Vtitur etiam
ante unũ uel duos dies, si ordine certo accessiones oc-
currerint, nunc sanguinis detractione, nunc purgatiuis
medicaminibus: sed nunc per superiora, ut albo helle-
boro, nunc per inferiora, ut scamonia, uel nigro helle-
boro, & his similibus, pernitiosis turbationibus cor-
pus adficiens eo tempore quo requies adhibenda est,
ne ulla occasione accepta accessio generetur. Ordinat
præterea quæ specialiter passioni congrua medicami-
na nuncupauit, ex castoreo, & equorum impetigini-
bus. Sunt autem squamulæ anteriorum crurum sub ar-
morũ partibus in ipsis animalibus natæ, has Græci li-
chenas uocant, siue chelidonas, nos uero, ut supradictũ
est, impetigines, uel hirundines. Dat etiam cameli ce-
rebrum atque fella, & coagulum uituli marini. Item
dat medicamẽ quod ex crocodili terreni stercore con-
fectum probat, & leporis corde, & lumbis, & testudi-
nis marinæ sanguine, uel testibus apri, uel arietis, aut
galli gallinacei. Adhibet etiam odoramenta, & inie-
ctiones clysteris, non minus ab epilepticis in curationi-
bus cadens. Heraclides Tarentinus secundo libro Inte-
riorum curationum eadem medicamina conscripsit.
Multi quoque uetustiores istam curationem ordinan-
tes uarijs erroribus conciderunt, quos memorare su-
perfluum est. Quippe cum eorum uires + proditione
temporis expirasse uideantur, ex quibus est Menecra-
tes Zeophletẽsis: item Tryphon, Philotimus, Chrysip-
pus, Demarchus, & horũ plurimi, quod est nudũ, atq;
probabile, ex cõscriptione curationum Apollonij Ci-
tiensis

* decocti Hyssopi

Impetigines equorum. λειχῆνες. χελιδόνες.

Heraclides Tarentinus.

*productiones

Menecrates Zeophletensis.

Tryphon.

Philotimus,

Chrysippus.

Demarchus.

Apollonius Citiensis.

tiensis secundo libro de epilepticis:item Nicandri ter tio libro. Themison uero libro primo tardarum passionum Asclepiadis erroribus nondum purgatus ante acceßionem phlebotomandos, inquit, si ordo fuerit augmentorum præseruatus:sin uero errãs fuerit perspectus,post acceßionem imperat phlebotomiam adhibendam: modum autem detrahendi sanguinis eius approbat mutatione,quæ sunt uanißimæ inuentiones,sicut libris Specialium adiutoriorum docuimus. Tum si in brachijs,uel in cruribus, aliqua querela extiterit, earundem partium uenas inquit diuidẽdas: Sin minus, interiorem uenam * distringendã lino,conijciens melius esse ex partibus non patientibus sanguinis coadceruatam facere detractionem:siquidem patientes magis grauantur ob irruentem materiæ lapsum, qui* detractæ superet modũ. Tũ post phlebotomiã deambulatione utitur, & defricatione alienis manibus adhibita,quo corporis motus cõquiescat. Dat etiã cibum ex mediæ qualitatis materia,& nulla cogẽte ratione rursum sanguinem detrahit:* Sed si ordinem seruauerint acceßiones,intra quinq; dies secũdo uel tertio detractionẽ facit. De alijs quoq; multis,atq; omnibus corporis partibus, & talis & brachijs,nil metuẽs defectionẽ,sãguinẽ detrahit. In lenimẽto uero,ut exẽpli causa xxx.dierũ,post acceßionẽ helleboro utitur,post quatuor uel quinq;*dies.*Tunc sequẽti initiet, atq; alia die adhibet lauacrũ, & trib.uel quatuor diebus,cæteris cursibus,cyclũ cõplet,ac deinderursum adhibet helleborũ post acceßionẽ trãsactã,uel certe*radiciũ adhibet phlebotomũ dissecans corpus,quod erat melius ordinare ante usum hellebori,quo leuiora maioribis præponerentur : quippe in recorporatiuis curationibus.

Nicander.
Themison.
*scalpello diuidendam
*ea detracta non superat
* ac si
*quã acceßio præterijt.
*tum sequentis initio.sequẽtis sub.lenimẽti
*radices: & phlebotomo dissecat

Adhibet præterea clysterem, qui uires detrahit ægrotantis, & propterea sequi non debuit supra dicta: utitur etiam localibus adiutorijs, & quidem multis, pro morbi differentia, & quibusdam falsißimis, ut est sub occipitio * accurata diuisura, quam chiasmum uocari diximus: & ferro circunscripta in capite cutis ustura, qua testa * squamulis despumatur, Item medium testæ, quod Græci bregma appellant, terebri perforatione, & in acceßione constrictione articulorũ, & odoribus tetris atq; male olẽtibus, ex pice, atq; ex * spondylio, castoreo, galbano, sinapi cum aceto, quæ ex ante dictis erunt protinus refellenda.

*ad chi figurã

* lamulis desquamatur: itẽ media testa, Βρέγμα.

* Sphondylio.

De furore siue insania, quam Græci manian vocant. Cap. V.

Μανία.

PLato in Phædro duplicem furorem dixit: Vnum fieri mentis intentione, ex corporis causa uel origine: Alterum diuinum siue immissum, eiusq; Apollinẽ inspiratorem eße, atq; * nunc uocari diuinationem: ab antiquis uero appellatum furorem. Magna Græcorũ uetustas manian appellabat, quæ nũc mantice dicta est. * Item alium inquit ex Libero fieri patre, alium ex amore, & appellauit eroticon: Aliũ ex Musis, quem appellauit protrepticon, quod ad carmen * instruere uideatur. Stoici duplicem furorem dixerunt, aliũ insipientiæ genus, quo omnem imprudẽtem insanire probant: alium ex alienatione mentis, & corporis cõpaßione. Empedoclem sequentes alium dicunt ex animi purgamento fieri, alium alienatione mentis, ex corporis causa siue iniquitate, de quo nunc scripturi sumus: quem Græci * siquidẽ magnã faciat anxietatẽ, quam appellant manian, uel quod animum siue mẽtem ultra modum

* Plato.

* hunc

Μαντική.

* Idem

Ἐρωτικός.

Προτρεπτικός.

*instigare

Stoici.

Empedocles

* sic uocauerunt, uel quod magnam

modum laxet: manon enim dimissum siue mollem ap-
pellant: uel certe quod polluat ægrotantes: nam pollui Μανός.
Græci lymænin uocant: uel certe quod deserta, siue so Λυμαίνειν.
litudinem cupientes faciat ægrotos: nam Græci desti-
tui, atq; solitudinem petere monusthæ dicunt: uel quod Μονωθῆναι.
perseuerantius corpus teneat & difficile pellatur, ob
id Græci ueluti moniam dixerunt: uel certe quod du-
ros atque perferentes faciat ægrotantes, quod Græci Μονία.
** hypometicos uocant. Est autem alienatio tardans* Υπομετικοί.
sine febribus, quo à phreneticis discernitur. Siquidem *Hypomeniticos: aut Hypomenicos.
neque celer, neq; cum febricula esse uidetur, uel si quis-
quam furiosus febricitauerit discernitur à phrenetico Phrenetici
temporis consideratione. Nam præcedit in furiosis fu-
ror sequēti febricula, & non ita paruo pulsu afficiun-
tur, quæ utraq; necessariò phreneticos sequuntur. Ge-
neratur autem frequentius in iuuenibus, ac medijs æta-
tibus, difficile in senibus, atque difficilius in pueris, uel
mulieribus: nunc repente inuadens, nunc paulatim in-
crescens: nunc ex occultis, nunc ex manifestis causis,
ut est ustio, perfrictio, indigestio, uinolentia frequens
atque immodica, quam Græci cræpalen uocant: item Κραιπάλη.
uigiliæ iuges, & amor, uel iracundia, aut mœstitudo,
uel timor, uel superstitio nimia. Item concußio, siue
percußio capitis & intentio nimia sensuum & in-
tellectus ob cupiditatem disciplinarum, uel quæstum
pecunialem, aut gloriam. Item pota medicamina,
& magis ea quæ amorem facere uidentur, à Græ-
cis philtropota appellata: item detractio hæmor- Φιλτρόποτα.
rhoidarum ueterum, siue uaricum, aut abstinen-
tia in fœminis solitæ purgationis. Sequuntur autem
eos qui non repentè hac paßione afficiuntur, priuſ-
quam morbus enitescat, ea quæ etiam epilepticos

futuros afficiunt, & apoplectos. Signa deniq; ex ante dictis sumenda memorauimus, Sed hæc quidam discernunt, ut communibus propria iungentes: graues etenim inquiunt, somni magis epilepsiam fore significant, atq; è contrario leues atque parui, furorem. Sic etiam in * iracundia constitutos capitis implemento affici, atq; æstimare se in furorē deuenisse, & rursum silentio opprimi ex inani timore. Item mœstitudo, uel animi anxietas, & iactatio, uel plurima ciborū appetentia, & oculorum frequens palpebratio, cordis saltus, & somni cū timore terribili uel turbato effecti. Item uentris * extantia, & frequens descensus uenti per podicem, pulsus paruus atq; creber, & uehemēs. Etenim in epilepsiam decliues ac pronos maior atq; rarus pulsus sequitur, & imbecillus. Intuendam etiā, inquiunt qualitatē aduenientium morborum. Sæpe enim quadam contagione ingeruntur: quæ uniuersa secundum nos * non tutißima atq; certam faciunt discretionem supradictarum paßionum. Etenim futuris epilepticis, uel in paßionē pronis uigiliæ irruunt, & anxietates, & cætera. Itē in aduētitijs morbis aliqua ex ijs eueniunt nō necessariò omnia uel certe non aliqua quæ enumerauerint signa. Emergēte enim siue * prodita paßione, alienatio mētis fit sine febribus, & quibusdam uehemens, quibusdā leuis, & alijs alia specie atq; uisu differens, uirtute tamen atq; genere uno cōfecta. Nam furor nunc iracundia, nunc hilaritate, nunc mœstitudine, siue uanitate occupat mentem, nunc timore comminante inanium rerum, sicut quidam memorauerunt, ut nunc spelūcas timeāt, nunc lacunas, ne in easdē concidant, uel alia quæ terrori esse poßunt. Item esse furorem cum quadam uaticinatione ueteres posuerūt.

*Mania

* flatuosus tumor

*nō tuta sunt, nec

*prodeunte

Demetrius etiam parui temporis mentis † extensionem furorem appellat. * Item turbine repentino expauescentes atque percussos quosdam sic ait, ut etiam obliuione prægestorum afficiantur. Sic denique Artemidorum grammaticum Apollonius memorat * nitente gressu crocodilum in harena iacentem expauisse, atque eius motu percussa mente, credidisse sibi sinistrum crus atque manum à serpente comestam, & literarum memoria caruisse obliuione possessum. * Item melancholiam inquit speciem furoris esse nuncupandam. Nos uerò ipsam quoque discernimus à furore. Est autem insania siue furor nunc iugis, nunc temporis interiecti requie leuigatus, efficiens ut ægri nunc non meminerint sui laboris, nunc obliuionem sciant suam, & nunc omnium sensuum alienatione uexentur falsitate possessi, * nec aliarum specierum errore fallantur. Sic denique furens alius se passerem existimauit, alius gallum gallinaceum, alius fictile, alius laterem, alius deum, alius oratorem, alius tragœdum, uel comœdum, alius stipulam ferens mundi se * censum tenere, alius se sustentandum manu poscebat, uagiens ut infans. Horum plurimis accessionis tempore oculi sanguinolenti fiunt atque attenti. Accidunt etiam uigiliæ iuges, uenarum extensio, genarum rubor, corporis durities, atque aliena fortitudo. Patitur autem omnis neruositas, ut ex iis quæ sequuntur uel accidunt coniicere poterimus: magis tamen caput. Etenim antecedentes plurimæ querelæ eius partis existunt, cum grauedine atque dolore * afficiuntur, singulis quoque sensibus patientibus, quos in capite nouimus constitutos. * Et præterea passio magna atque tardissima superpositionibus ac linimentis uariata, ex constrictione confecta.

Demetrius.
† excessionem
* Idem
Artemidorus grammaticus.
* nitentem
* Idem.
Μελαγχολία.
* & in illorũ speciebus
* centrum
* afficiantur
* Est

Mnaseas. *aliam

secta. Etenim iis qui Mnaseam sectantes * alium putant, adquiescendum non est, suspicantibus eum furorẽ, qui hilaritate affecerit ægrotãtes nomine solutionis appellandum. Falluntur etenim nominis uoce: siquidẽ Græci * diachisin animi laxationem dixerunt, siue diffusionem, cum hoc animi, non corporis ostendat qualitatem. Nam quod omnis furens strictura afficiatur manifestum, atq; probabile est, ex oculis sanguinolentis, qui * inlato constitutam stricturam denuntiant: item quod ipsos oculos atq; uenas in uultu extantiores æger habeat, totius corporis attestante duritia, cum fortitudine præter naturam adueniente ob stricturæ consensum. Deniq; lenimenti tempore fatigatos se sentiunt ægotantes. Est item cõiectura facienda ex iis quæ mentis alienationem præcedunt, ut capitis grauedo, ac dolor, & spinæ uel scapularũ & tardus mẽbrorum motus, & uentris inflatio. Peccãt deniq; etiã ii qui animæ passionem principaliter, dehinc corporis esse concipiunt, cum neque quisquam philosophorum eius tradiderit curationem, & antequam mente falluntur, accidentia substantia corporis habere uideatur. Hæc sunt quæ ad apprehendendum uel discernendum morbum methodus ordinauit. Curationem uero similem epilepticis accipimus adhibendam. Etenim principio conuenit iacere loco mediocriter lucido, atque calido, & nullo turbore pulsato: nulla quoque picturæ distinctione, neque fenestris humilibus luminato: neque in superioribus potius quàm in solo: pleriq; enim furore correpti sese præcipites dederunt. Est etiam lectus firmissime, atq; auersus * ingressum cubiculi locandus, quo ingredientes minime uideant ægrotantes, ne uultus uarietate lacessiti furoris augeant

Διάχυσις. * diachisis

* capite

* ab ingressu

uanita

uanitatem. Stramina præterea mollia sunt approban-
da cum defricatione, ac retentione articulorum, blan-
do scilicet tactu. Et si qua pars corporis * saltu fuerit * palpitatione
agitata, tepidis uaporationibus erit mitiganda, appo-
sitis lanis mollibus ac limpidis capiti, collo, & thoraci
circulatim. Fotus quoque adhibendus olei calidi, ad-
mixto aliquando mitigatiuæ uirtutis causa fœnigræci
liquore, * & eius decoctione confecto, sed minimè * ex eius
pingui, uel certè hibisci infusione, aut lini seminis.
Tum oris collutio, atque potus ex aqua calida. Erunt
præterea multorum ingressus prohibendi, & maximè
ignotorum. Mandandum quoque ministris, ut eorum
errores quodam consensu accipientes corrigant, ne
aut omnibus consentiendo augeant furorem, eorum
uisa confirmantes, aut rursum repugnando asperent
paßionis augmentum, sed * inductiuè nunc indulgeant * obsequenter
consentientes, nunc insinuando corrigant uana, recta
demonstrantes.[a] Ac si exilire cœperint, ut difficilè te- ¶ a At
neantur, uel solitudine potius exasperentur, oportebit
plurimis uti ministris, & præcipere ægros latenter
retineri, ad articulorum * fricationem, quo minimè * plicationem
prouocentur: si etiam uisu hominum fuerint commoti,
erit adhibenda ligatio sine ulla quassatione, prætectis
articulis ex lana, tum fasciola * ligatur: ac si * quicquã * ligatis--
timere uel reuereri consueuerint, nõ erit itidem ac fre * quenquam
quenter * inducendum. Continuatio enim cõtemptibi- * inducendus
litatem parit, * uel cùm causæ coegerint, uel adiutorio * sed
adhibendo non * succubuerint ægrotantes, tunc erit * paruerint
necessariò inducendus, quo ægri terrore uel reueren-
tia * opprimantur. Ac si etiam lucem animo contraria * compriman-
commouentem uiderimus, erunt eorum oculi adum- tur: Alij re-
brandi, quo cæterum corpus luce tangatur. Adhiben- primantur
da

da cibi abstinentia usque ad primam diatriton, ac permittentibus uiribus phlebotomia, si paßio coegerit, intra diatritum: & si ulla obstiterit causa detractionis congruæ semel faciendæ, aliquoties adhibita detractione modus implendus. Si horum nihil obstiterit, in ipsa diatrito erit phlebotomia adhibenda: tum perunctio: ora fouenda: dandus cibus leuis, paruus, digestibilis, ut panis ex aqua calida, uel alica ex melle leuiter decocto confecta, uel sorbile quicquam, aut tenerum. Exinde usque ad paßionis declinationem alternis diebus æger nutriendus, si uires eius permiserint. Proluendus denique etiam clystere simplici, si paßio poposcerit. Tum etiam præcordia cataplasmatibus relaxanda, ob * digestionis qualitatem, quo nulla constrictio spirituum abstentum capiti transmittatur. Attendendæ etiam species alienationis, cuius accidentia contrariorum coniectura erunt mitiganda, ut eum hilaritate relaxent, nuntiantes quicquam quod animum resoluat. Dehinc cũ * status paßionis apparuerit, detonso capite, atq; raso, cucurbitam infigimus, adiuncta scarificatione, primò præcordiis, tunc * inter scupulas, quas Græci metaphrenũ uocant. Consentiunt enim facilius istis superiora: dehinc etiam occipitio, ac uertici, & temporibus capitis: ac si uultus uel ora fuerint affecta plurimum, totum corpus erit sanguisugis releuandum, quas hirudines appellamus. Tum cataplasmandum ex * pani cæteri laxatiuæ uirtutis: dehinc spongiis uaporandum, & si paßio permanserit, secundo uel tertio iisdem perseuerabimus adiutoriis. Si uigiliæ fuerint consecutæ, adhibenda gestatio, primò ex lectulo pendenti, tum etiam * fertoria sella. Adhibenda etiam aquæ distillatio * crebra, cuius sonitu

* vt interea dum cibũ vẽtriculus coquit, nullus vapor sursum in caput efferatur.

* Nam ante statum morbi hæc remedia Metasyncritica Methodici nõ vsurpabãt.

* interscapulis Μετάφρενον.

* pane & cæteris

* fertoriũ neutro genere suprà dixit.

* per tubulos, aut vt ait Celsus, per Syllanos

nitu sæpe ægrotantes inducti somnos capiunt. Tunc etiam spongiis calidis oculi uaporandi, atque palpebrarum duritia relaxanda, quo etiam per oculos usq; ad cerebri membranas beneficium perueniat curationis: ac si paßio declinauerit, & propterea * minimè uigilare, atque alienari cœperint ægrotantes, dabimus uarium cibum ex mediæ materiæ qualitate. Tunc si doloris sensum ægrotãtes acceperint, adhibẽda embasis ex oleo, uel admixto aliquanto liquore, quo fuerit hibiscus præcocta. Tum capiti atque scarificatis locis cerotaria apponenda, & ex eis * liquefactum corpus omne perungendum cum miti defricatione, tum acopis, atque malagmatibus ueterum, quæ nulla nimietate percutiant, motum quoque gestationis adhibendo: & primò gestatoria sella, tum uehiculo manibus acto: at toto fortificato corpore erunt in deambulationem cogendi, & uocis exercitium quod cuique cõuenerit. Nam literalis etiam lectio adhibenda est, quæ sit aliqua falsitate culpata, quo interius mentem exerceant ægrotãtes. Quapropter interrogationibus quoque erunt fatigandi, ut nunc mendacij causa, nunc promendi quod quærimus exerceri uideantur: tum sibi dimittendi, data lectione quæ non sit intellectu difficilis, ne plurimo labore uexentur. Hæc enim si supra uires fuerint, non minus afficiunt quàm corporis immodicæ gestationes. Item post lectionem aliqua composita uel mimica sunt offerẽda, si mœstitudine furentes laborent, aut rursum tristitiam uel tragicum timorem habentia, si puerili luxu furentes afficiantur. Oportet enim cõtrarietate quadam alienationis corrigere qualitatem, quo animi quoque habitus sanitatis mediocritatem agnoscat. Tunc proficiente curatione

* minimum

* liquefactis

Lectiones mimicæ.

erunt

erunt pro poßibilitate meditationes adhibēdæ, uel di-
* vtiliter ſputationes: ſed tunc quoque * ſimiliter ordinatæ, ut
* leni principia * leui uoce promãtur: narratio uero & de-
monſtrationes extenta atque maiore: tum epilogus di-
miſſa, & indulgenti, ſicut ij uolunt, qui de exer-
Ἀναφώνησις. cenda uoce, quam Græci anaphoneſin uocant tradide-
runt. Adhibendi deniq; auditores ſunt ægrotanti con-
ſueti, qui fauore quodam atque laude dicta proſequen-
tes dicentis animum laxent. Etenim iucunda exercita-
menta corporis adiuuant ſanitatem. Tunc poſt medi-
† deducenda tationem, uel diſputationem † deducendus mox eſt, at-
vox eſt, que perungendus leuiter ægrotans, & deambulatione
reducendus *leui mouendus. Ei autem qui literas neſcit immitten-
* leni dæ quæſtiones erunt, quæ ſint eius artis propriæ, ut
ruſtico ruſticationis, gubernatori nauigationis: ac ſi
ex omni parte iners fuerit curandus, erunt uulgaria
Ludus calcu- quædam quæſtionibus tradenda, uel calculorum ludus.
lorum. Habet enim quiddam quod animum exerceat, & ma-
gis ſi peritior ægrotanti colludat. Tunc poſt requiem,
adhibita deambulatione, erunt diligentius perungen-
di: & primò parua atque ſimplici defricatione mul-
cendi: dehinc profectu apparente, etiam deuexo du-
* mitiore & ctu, poſt humeros, atque colla, defricatione * potiore,
leni & leui deductione, quam Græci catapaſmon uocant:
Καταπασμός. ultimò fricandum etiam caput, quod ubi fuerit releua-
tum, lauacrum etiam erit adhibendum: & ſicut de epi-
lepticis dictum eſt, uarius dandus cibus, inhibito uino:
tum addendum quicquam pomorum, quo corpus præ-
* lene tentemus: dehinc uinum dandum tenue, * leue atque
paruũ, medio cibi tēpore: & primò inter quinq; dies,
tum inter quatuor: dehinc inter tres atque duos: item
alternis diebus. Ita quotidie interiecta, uel uariata
aquæ

aquæ potatione, eodem contrario ductu uinum uariamus. Tunc cum nulla cæperit æger nouitate* seruari, & perferre singula didicerit, erũt addendæ aeris mutationes. Et, si quidem philosophorum disputationes audire uoluerit, erũt adhibendæ. Etenim timorem, uel mœstitudinem, aut iracundiam suis amputant dictis, ex quibus non paruus profectus corpori commodatur: ac si paßio permanserit, & corpus tarditate possederit, superpositionibus ac lenimentis* uarianda erunt & superpositiones mitigandæ eisdem adiutoriis, quæ initio furentibus sunt ordinata. In lenimento uero prius adhibendus resumptiuus cyclus per uariam gestationem, atq; uocis exercitium, musico* monitore compositum, tum deambulatio, atq; gestatio, & cibus uarius, & his similia: secundo* recorporatiuus, sicut superius docuimus. Vtẽdum etiam localibus adiutoriis, hoc est, cucurbitis recorporatiuis, & rasione capillorũ, item sternutamento, & dropace communi, atq;* composito ex nitro, galbano, manna, pyretro, euphorbio & pipere: tũc paroptesi atq; cataclysmo, & aspergine pulueris nitri. Torrendũ etiam corpus feruore solis, prætecto capite: dehinc sinapismo utendum & exercitio uario, ac uehementi. Sed hæc omnia cum adhibentur, etiam localibus adiutoriis prius erunt prætãgendæ ac renouandæ* longe remouendæ à patientibus, tum secundæ ac uicinæ, dehinc ipsæ: etenim quoties lõgæ remota præmouentur, transmissa cõmoditas sine partiũ curandarum commotione latenter aduenit, & nullam facit capitis inflationẽ. Dehinc adhibẽdus uomitus ex albo helleboro* radicibus inserto, & magis si quisquã ex* radice pura noluerit digitis uomitum prouocare. Fit enim ut incerto helleboro spõte uomitus nascatur.

* vexa

* variata

* Phonasco

* adhibitis cũ multa flãma, & valido raptu detractis.

* compositio

Παρόπτησις.

Καταπλυσμὸς

* partes longe remotæ

* hæc ratio cõcitandi vomitus apertius declaratur pag. 323.

* Supra pag. 252. modus is vomitionis prouocandæ per radicem purã explicatur.

Tunc etiam ipsum helleborum dabimus, & si oportue rit, non semel, sed sæpius per interualla temporũ. Item aurium cauernis iniicere debemus aquam nitro aspersam uel mulsum cum semine urticæ, uel sinapi liquido, quo etiam per sensuales uias ad membranas cerebri recorporatiua uirtus adueniat. Quippe cum etiam aurium tinnitus sæpissime ægrotantes afficiat. Dehinc erunt rursum resumendi* aliptarum diligentia. Vtendum quoq; naturalibus aquis, ut sunt nitrosæ, & magis si odoris non fuerint tetri, quo membranæ capitis quatiantur. Vtendum etiam peregrinatione terrena, atq; maritima, & animi auocamentis, quibus mentis laxatio fiat. Erit etiam coniiciendum ex mœstitudine quantum permaneat passionis, quanquam soluta uideatur, non aliter quàm si* terebratis oculis, quod Græci paracentesin uocant, ob tardam suffusionem, quanquã sit perfecta curatio, uisus impedimenta perseuerant, quæ quadam consuetudine potius, quàm passionis præsentia fieri uidentur. Solutam uero uel conuictam passionem intelligere poterimus ex iis quæ de epileptica curatione memorantes docuimus. Hæc est secundum methodum furiosorum, siue insanorum curatio. Aliarum sectarum & ueterũ methodicorũ plurimi, obscuris in locis habendos inquiunt ægrotantes, neq; accidentia passionis coniicientes, siquidem sæpe quidam obscuritatem odisse uidentur, neq; ipsam passionem, quod sit ex strictura effecta. Etenim densata corpora aeris obscuritas minime reflari permittit, abstẽtis deniq; naturalibus officiis, impletum caput magis grauatur: Adhibendam etiam immodicam abstinentiam, quã Græci læmanchian uocant, non aduertentes, quia immoderata cibi abstinentia uires corporis uexat, & ægro

* Redunctorũ Ἀλείπται.

* compunctis παρακέντησις.

λαιμαγχία.

ægrotantem naturali fortitudine desertum adiutoria ferre non patitur, perdit etiã cibandi tẽpora, ex* quo densata corpora sæpe laxãtur. Non enim* uere admittenda aut credenda sunt ea quæ suspicãtur, quibus ipsi insanire potius, quã curare uidentur. Aiunt enim ferarum similitudinem intuendam, quæ deductione cibi, posita ferocitate mansuescunt, non aliter etiam furentes posse iugi abstinẽtia mitigari, quippe cum inter sanos homines, facile sapere ieiuni uideantur, post cibũ uero affici hilaritate facilius, aut furore. Iubẽt præterea uinculis ægrotãtes coerceri, sine ulla discretione, cum necessariò deuinctæ partes quatiantur, & facilius sit ægros ministrantiũ manibus, quàm inertibus uinculis retinere. Cupiũt etiam certis medicaminibus somnos altos efficere, papauere fouentes, & pressuram potius atq; grauationẽ capitis, non somnum ingerentes. Fouent etiã oleo rosaceo aceto admixto: serpyllo & castoreo, & cæteris simillimæ uirtutis caput* obsidunt, constringẽtes ea quæ laxatione indigent. Alij frigidis usi sunt rebus, paßionis causam ex feruore uenire suspicãtes, ut Aristoteles & Diocles, nescij quoniã feruor* innatus sine dubio tumoris est signum, & non ut existimant, paßionis causa. Quare peiorare necesse est, & maiorẽ furorem fieri cũ frigida curatione corpora densantur. Alij phlebotomiã adhibendam probant ex duobus brachiis usq; ad animæ defectionẽ, ut sæpe faciant mori,* cupientes. Etenim defectio, aut uirium amputatio sequuntur immodicã sanguinis detractionem,* quã non oportebit ex utroq; brachio fieri. Dicunt præterea usum esse clysteris addendũ, ex acerrimæ uirtutis liquoribus, & iniectione frequenti, Ex * quibus nihil utile, sed potius dysenteria sequitur.

* quibus congruis cibi temporibus
* pro ueris
* obsidẽtes, &
Aristoteles.
Diocles.
* ingens
* sæpe namque furiosi mortem optant.
* Quare non oportet
* quo

Dant etiam urinalia atq; uentriflua medicamina potanda, quæ diuretica uel cœliotica Græci uocauerūt. Auertēdam enim è superioribus ad inferiora materiā dicunt, ex quibus corpora tabescunt & neruositas uitiatur. Item alij inebriādos aiunt ægrotantes, cum sæpe ex uinolentia furor atque insania generetur. Alij flagellis aiunt coercendos, ut quasi iudicio mētis pulso resipiant, cum magis, tumentia* cæde lacessendo, faciāt asperiora, & adueniente lenimento paßionis, cū sensum recipiunt, plagarum dolore uexentur: Ac certe, si ut ratio poscit, uicinis magis ac patientibus locis adiutoria sunt adhibenda, coguntur ut ori uel capiti plagas imponant. Vtuntur etiam cātionibus tibiarū uaria modulatione: quarum alteram phrygiam uocant, quæ*sit iucunda atq; excitabilis eorum qui ex mœstitudine*in furore noscuntur: aliam*diram, uel quæ occupata mente pudorem suadeat, iniecto* rigore, *ut in bello, quam dorion appellant, in iis qui risu, uel puerilibus cachinnis afficiuntur, cum cantilenæ sonus caput impleat, ut etiam recte ualentibus apertißime uideatur, uel certe, ut pleriq; memorant, accēdat aliquos in furorem, quo sæpe uaticinantes deum accepisse uidentur. Alij amorem furentibus aiunt procurandum, quo mentis intentio, conuersa furoris asperitate purgetur, non intuentes nudißimam ueritatem, quod plerisq; furoris amor fuerit causa. Sic deniq; alius amore Proserpinæ*petit inferna, & sibi licitas alienæ ac diuæ coniugis credidit nuptias: Alius nymphæ*ob desirium Amphitritis sese deditum mari proiecit. Ferunt Græcorum commenta loquacia & * hierepolis fœminam humaniis exercitatā fatis, & sæuo pœnitudinis dolore cōmotam, sua manu suos extinxisse * successus

Medicamina κοιλιωτικά.

* verberibus, & flagrorum plagis.

Φρύγιον.

* est

* furere

* durā, & quæ etiā occupata

* animo ad cō stantiam & firmitatem reducto, & cōuerso

* vtilem

Δώριον.

* petiit

* Amphitrites desyderio irretitus sese in mare

* regiæ prolis fœminam Iasonis excitatā factis, Medeā intelligit, quæà Iasone Creusæ Creontis filiæ amore capto repudiata, filios quos ex eo susceperat, interfecit.

* fœtus

cessus. Neque aspernandos cæteros accipiamus, qui ipsum quoq; amorẽ generaliter furorem uocauerunt, ob similitudinem accidentium, quibus ægrotantes afficiuntur.* Et est impium atq; absurdũ paßioni* adiutoriorum in idipsum probare quod curas, omitto quod sit impoßibile amorem furentibus persuadere, siquidẽ iudicio carentes pulchritudinẽ probare non* poßint. Nam sæpe homines feras existimant, uel ea quæ uiderint fingẽdo præsentia putant. Dehinc etiamsi amor fuerit acquisitus, quid magis probemus erit incertum, utrúmne prohibendus sit usus uenereus, an admittendus. Sed prohibitus indignari magis cogit ægrotãtes, cum desiderata producuntur.* Item permissus uexat,* cum corpore euirato animæ quoq; substantia* turbatur. Alij arteriotomian probauerunt, inutili uexatione caput afficientes. His igitur omnibus experimentis inanibus conferta est furiosorum curatio, quæ ne falsa putentur erũt denuntiandæ personæ, atq; librorũ nomina designanda. Asclepiades secundo libro adhibendam præcepit cantilenam, quô etiã eius discipulus Titus adductus, secundo libro de anima, memorat flagellandos. Sed idem etiã officiis solitis amoueri iubet ægrotantes, & uinculis constringi, & abstinẽtia ciborum nimia coerceri, & siti affici, tum uino corrumpi, uel in amorẽ induci; cætera primo libro tardarũ paßionũ supradicta cõpleuit. Themison phlebotomatos *constrictius curat fomentis, qui se sua lege tenere nõ potuit, adhibens etiã lauacrũ, atq; uinum plurimũ, & amorem suadens, adiuncta ciborum copia, aliis quoq; incongruis utens rebus, quæ magis Asclepiadi, quàm Themisoni sunt adscribenda, nondum enim sese eius liberauerat secta cum sic hæc ordinasse perspicitur.

* Est autem
* adiutorium ipsi quã curas simile probare
* possunt
* Ast
* turbetur
Asclepiades.
Titus
Themison.
* constrictiuis

De Melancholia. Cap. VI.

Μελαγχολία. Μέλαν. Χολή.

MElancholia dicta, quòd nigra fella ægrotantibus sæpe per uomitum ueniant: Græci enim nigrum melan uocauerunt, fel autẽ cholen appellant: & non ut pleriq; existimant, quod passionis causa uel generatio nigra* sit fella, hoc enim est æstimantium magis quàm uidentium ueritatem, uel potius falsum, sicut in aliis ostẽdimus.* Nam Tullius atrã bilem dixit, ueluti altam iracundiã. Item Vergilius de Hercule alta iracundia moto, Hic uero, inquit, Alcidæ furiis exarserat atro Felle dolor. Siquidem melancholici semper iracundi, tristes, ac nulla penè hilaritate laxati esse uideãtur. Frequẽtat autem in masculis magis, & mediis ætatibus: difficile uero in fœminis, uel aliis ætatibus. Eius antecedentes causæ sunt hæ, indigestio, iugis uomitus, post cibum medicamina pota, acres cibi, mœstitudo, timor, & cætera quæ* etiã ualent sufficere. Sequuntur autem in ipsam pronos uel uenturos ea quæ etiam insanos fore denuntiant. Eos uero qui iam passione possessi sunt, animi anxietas atq; difficultas tenet, attestante mœstitudine, cum silentio, & odio conuiuentiũ. Sequitur etiam nunc uiuendi, nunc moriendi cupido, cum suspicionibus uelut insidiarum sibi paratarũ: item inanes fletus, atq; murmura uacua, & rursum hilaritas, magis post cibum, cũ inflatione præcordiorum, & articulorum frigore, & leui sudore, atq; stomachi mordicatione, uel oris uentris usq; ad interscapulas, quas Græci metaphrenum uocauerunt: item capitis grauedo, color* uiridis cum nigrore, aut subliuidus, corporis tenuitas, uirium debilitas, & accepti cibi corruptio cum ructationibus odoris tetri, hoc est fumosi, uel * bromosi, uel piscosi: item intestinorum

Marginal notes: * sint — * Eam — 8. Aenei. — * eam — Μετάφρενον. ὠχρὸς. luridus. subluteus. — * cœni ac luti virus olentis

rum tormenta, uomitus, nunc inanis, nunc fellosus, uel ferrugineus, aut niger, & eiusdem qualitatis per podicem egestio. In lenimēto uero eorum mitigatio, uel multorum depurgatio. Sed hanc paßionem furoris speciem alij plurimi, atque Themisonis sectatores uocauerunt. Differt autem, siquidem in ista* principaliter stomachus patitur, in furiosis uero caput. Et est communiter stricturæ paßio magna: aliquando etiā * complexa, ob plurimas egestiones. Præterea est ex numero tardarum paßionum, quas Græci chronias appellant. Curatio autem adhibenda est, quam furiosis ordinauimus. Non enim phlebotomiam probandam attestante dolore, aut hellebori purgationem, attestante paßione, approbamus, sed exterius localia adiutoria, atque mitigatiua, siue * corporatiua, magis ori uentris, atque * inter scapulas sunt adhibenda.* Ac si forte aut uomitus immodicus, aut egestio uentris coëgerit, constrictiua sunt cataplasmata apponenda, uentri atque stomacho, ut ex palmulis thebaicis, infusis uino, uel pusca, admixtis etiā malis punicis, uel cydonijs, & œnanthe, & alumine scisso, aut hypocystide, uel acacia, siue galla, & his similibus. Dandi etiam cibi constrictiui, atque apponēdæ eius uirtutis cucurbitæ: alia uero medicarum sectarum præfectis relinquamus, & ijs qui de furiosis scripserunt.* Adhibent etiam bibenda medicamina, hoc est, aloën & absinthium iugiter, quæ propter uim suam, quam habent plurimam, excludenda probamus: quippe cum sit poßibile ex consuetis perficere sanitatem.

* Hinc liquet Methodicis uocatam peculiariter Melācholiā fuisse Hypochondriacā.
* ex solutione
*recorporatiua
*inter scapulis esse
*At
* Prebēt etiā quidam.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBER SECVNDVS.

De Paralysi. Cap. I.



IN senibus atq; hyemis tempore frequentat hæc paßio: difficile autem in calidis ætatibus. Ea generatur nūc ex occultis, nunc ex manifestis antecedētibus causis, ut quassatione, uulneratione, uel alia qualibet paßione: item frigore profundo, uinolentia, indigestione, luxuria, atque libidine * frequenti extenta: item medicaminibus potis. Sed est uel fit paralysis nunc sensus, nunc motus, nunc utriusq;. Et intelligitur sensus paralysis, quoties feruens atque frigidū non sentiunt ægrotantes, * manifeste partium naturalium motu: motus autem, quoties feruens atque frigidum sentiunt, motu partium carentes: utriusque uero paralysin factā accipimus, quoties motu atque sensu caruerint. Item hæc paßio nunc partis est, nunc partium, nunc totius corporis, cum apprehensione mentis, quam apoplexiam * uocantes. Acutarum paßionum libris tradidimus. Sed plurimis species duæ paralyseos uisæ sunt: * alia conductione effecta: alia extensione. Sequuntur autem pronos & decliues in paßionem, hoc est, qui * non repente fuerint * percußi, si to-

* frequenter exercitata.

Παράλυσις

* manifesto integro & illæso

* vocari

* Paralysis cō ductione, i. mēbro contracto fit, in ijs, quibus neruis trāsuersim omninopræcisis, post uulnus cicatrice dura & magna obductū, mēbrū resoluitur, & sic contrahitur, ut distēdi nō poßit: ἀγκύλωσιν græci vocant. Fit autem extensione, cum laxatis neruis, membrum sensu ac motu priuatum, flaccidum, languidum, extentum, propendet, aut trahitur, infra pag. 317. crus paralysi uitiatum, conductione fieri breuius ait, extensione, longius, ut luxationem factam quidam putent. * nondum * apoplexia correpti.

tum

tum corpus passurum denuntietur, ea quæ epilepsiam uel furorem denuntiant: si uero ex parte, grauedo partis passuræ * sequetur, ut tardus motus, cum stupore, & pallore, & torpedo cum sensuum debilitate, quæ nunc perseuerantia, nunc sine ratione recedẽtia * intelligũtur, ac rursum recurrẽtia. Dehinc effecta paßione torpor atq; stupor gelidus partiũ fit, * plurimus & paruus, & nunc uoluntario motu cessante, nunc ex parte manente: & nunc sensu amisso, nũc paruo remanente: nunc etiam dolore attestante, obscurato pulsu, & per profectum cessante cũ pallore, & tenuatione partis uitiatæ, nutrimẽto cessante, quod Græci atrophiã uocãt. * Sequẽte etiã rugatio cũ adductione partiũ, uel extensione. Aliqui præterea paralipsin uocauerũt eã quæ ex omni parte naturalẽ motũ abstulit, paralysin eã quæ ex plurima parte uitiauit motũ, quibus minime cõsentire maiorũ autoritas iubet. Non enim paßionũ differẽtiã ostẽdũt, sed magnitudinẽ generaliter paßionis, ut sunt quædam partes duobus uel plurimis officij aptatæ, quæ nũc omniũ, nunc certorũ amputatione uexantur. Lingua etenim transuorationis officiũ sustinẽs, uerba distinguere nõ ualebit. Hæc sunt cõmunes paralyseos significationes: sed ob singularẽ partiũ atq; particularũ, quas supradiximus, communiter adprehẽsionẽ, specialiter locorũ impedimẽta tractabimus. Superciliũ igitur paralysi uitiatũ laxius propẽdebit circa superius palpebrũ, uel certe * sustollitur, ut etiã ipsum suspendat. Itẽ palpebrum superius paralysi uitiatum laxius fit, atq; motu caret, & oculi pupulã cõtegit, * uel è cõtrario extẽtũ sustollitur, & oculorum pupulam nudat. Item * interius palpebrum paralysi uitiatum nunc intrinsecus flectitur, nunc in

*sequitur, &
*perspiciuntur
*plurimũ paruus
Ἀτροφία.
*Sequitur
Παράληψις.
Παράλυσις.
*sustolletur
*id fit, cum alterũ superciliũ quod sanũ est, ægrũ ad se trahit. Nã in Paralysi sana pars ægrã trahit, ut in Spasmo, ægra sanam.
*inferius

ſemet uel exterius refunditur, & motu caret, atq; oculum non contegit. Sequitur etiã inuoluntarius lachrimarum fluor, quod eſt utrique palpebrorum uitio commune: Et ſi in riſum uenerint ægrotantes, contortum uel conductum ſimulant uultum. Oculorum uero tunicæ, ſiue * membrana paralyſi * uitiata uiſum impediunt latitudine facta pupularum, quæ paßio uocatur mydriaſis. * Ac ſi conductione fuerit paralyſis facta, anguſtior pupula fiet, ceſſante nutrimento, quæ paßio appellatur phthiſis. Lingua paralyſi uitiata uocem non * diſſerit, ſed interius mouetur, & nunc nullius ſignificationis uocem reddit, nunc amputatione facta, medio tempore, oppreßis conatibus conticeſcit, demonſtrata tamen uerbi intelligibili prolatione, nunc * imperfecta, nunc ex omni parte motu carens. Sed * diſcernantur ab iſta paßione qui forte ex alia cauſa uocem amiſerint, cum neque colorem * ſuperficiẽ lingua mutauerit, neque ſenſu caruerit, neque motu, neque ſchema ſuæ mutauerit poſitionis, quod fieri neceſſe eſt, cum fuerit paralyſi uitiata. Item odoramenti * officium paralyſi uitiatum odorum non accipit ſenſum, ſed diſcernitur ab iis, qui nariũ uitio officiũ odoris amiſerunt, quod appellant ozænan: quod neque * torpor partium, neque pallor, neque nutrimenti deſertio ſequatur, quam Græci atrophian uocant. Labium ſuperius paralyſi uitiatũ inuertitur forinſecus, proditum magis cum riſus aduenerit, aut locutio: conducitur enim cũ ſano inferiori. Itẽ * poto ſumpto exterius facit fluere liquorem. Hoc quidã caninum raptum eſſe dixerunt, neſcii, ſicut principaliter futuro docebimus ſchemate. Itẽ ſiagon paralyſi * uitiatũ, ſiquidem nos muſculum qui buccas colligat, dicere poterimus, condu

* membranæ
* vitiatæ
Μυδρίασις.
* At
Φθίσις.
* Autor uidetur hic Paralyſin ex conductione factam uocare, amiſſum mẽbri ſenſum, ac motũ, alimenti defectu, quẽ paulo poſt nutrimenti deſertionem appellat.
* non articulatam profert.
* in ozæna
Ὄζαινα.
* imperfecto motu
* diſcernuntur
* ſuperficies linguæ
* inſtrumentũ
* poto
Σιαγών.
* uitiatus, ſic quidem

conducitur aut laxatur. Vicinus deniq; oculus non ualebit perfectã facere reclusionẽ cõducto inferiore palpebro. Mentũ paralysi uitiatũ amisso motu laxatur, aut uehementer sustollitur. Fauces paralysi uitiatæ trãsuorationis difficultatẽ faciunt. Gutturis summitas paralysi uitiata,* siue ut reuma, siue ut Græci bronchos, mortem facit, & paruam transuorationis tußiculam: siquidem non perfectam eo tempore faciat inductionem, ne superet radicẽ linguæ, quã Græci epiglottida uocant: quo perfecto accepta* cõuiuantur. Videbitur denique eius extantia plurimum relaxata. Stomachum paralysi uitiatum difficultas transuorãdi* sequetur, uel omnino impoßibilitas, unde etiam præsens periculũ. Videbũtur etiã difficilia transuorãtibus accepta, ueluti acriora, aut immaturo tẽpore* comesta: itẽ sequitur præfocationis sensus cũ frigore, in quacũque eius parte fuerit paralysis: illic nanq; etiã trãsuorata sistũtur. Sed discernũtur ab ijs qui * facilẽ paralysin ex difficultate transuorandi patiuntur. Siquidẽ etiã decoloratio nutrimẽto cessante, ac frigus, etiã immobilitas fauciũ necessariò cõcurrit. * Itẽ hijs qui ex stomacho sunt humores supradictis querelis si fuerint adfecti discernũtur, quod etiã dolore atq; feruore partiũ uexantur. Si * cœnũ, uel eius summitas, paralysi uitiatũ, quod nos cõmune dicere poterimus, quod arteriæ atq; stomacho interpositũ uideatur, locorum grauedinem faciet, atque * sumpto cibo uel potu in præcordijs permanebunt, cum torpore sensuum, ac tumore manuũ, aliquando & crurũ, attestante singultu &

Ρεῦμα.
Βρόγχος.
*quod uel arteriam asperam, uel Bronchon Græci uocant, fortẽ facit aut paruã cũ difficultate trãspirationis tußiculã: si quidem nõ perfectã eo tẽpore facit inductionẽ operculũ ligulæ superpositum, ad radicẽ linguæ iacens, quod Græci Επιγλωττίς.
*deglutiunt.
Κοινόν.
*sequi
*collecta
*paralysi similem affectũ ex

* Item ab ijs qui supradictis quærelis afficiuntur, si in stomacho humores fuerint, discernuntur, * Sic uocat musculos laryngi & gulæ communes. * Sumpti cibi & potus in viæ primordijs

inani

inani * timore. Aliqui etiam reuomunt accepta nulla corruptione mutata. * Perulo paralysi uitiato cibus nulla digestione mutatur, sed tanquam per infundibulum ad inferiora descendit, & circum uentrem laxior locus efficitur inferius, inflatiorq; : quæ per uentrem egeruntur, aspera atque plurima erunt, & neque fluida. Nestide paralysi * uitiato & * typhlotero, quod nos cæcum intestinum dicere * poterimus, erunt ea quæ per uentrem excluduntur plurima, & minus fluida. Videtur enim * nesteuin cùm naturam seruauerit, & nullo fuerit morbo tentata, tunc * plurimum excrementorum acceptorum facere. Colo paralysi uitiato, inordinato motu, atque inuoluntario, stercora descendũt, sine ulla humectatione, & cum fœtore maximo eorum fit egestio, sine ullo dolore. Longanone cum sphyncter atque podice paralysi uitiato, erit inuoluntaria egestio stercorum, nisi ex aliqua hoc fuerit *circumincisione * confectum. Aliquando etiam præcedit, uel certè egestionem stercorum sine tumore, & aliqua simili causa fieri permittit. Vesica paralysi uitiata inuoluntarius urinæ exitus fit sine ullo dolore, neque incisura, neque circuncisione antecedente : aliquando etiam per interualla prohibitus, uel paulatim retardatus, aut omnino negatus: & sæpe etiam pubetenus extantia partium fit, extenta uesica. * Sed ex tumore, uel sanguinis gelati corpusculis, quæ Græci *trombos appellant, aut lapide, uel uulnere, difficultas fuerit mictus, aut in toto negatio, discernitur, quod sine dolore atque partium liuore, atque sanguinis mictu, apposita manu * oppressa pectine urina in paralysi excludatur. Præterea etiam peritoneo paralysi uitiato, ut Erasistratus ait, urina abstinetur, & neque exclud

* Alij tumore, qui subitò eminet, & cõsidit: si timorẽ legimus, absq; ratione conceptum intelligimus, vt in melancholicis.
* Pylωro
Πύλωρος.
Νῆστις.
* vitiata
* typhloentero
Τυφλώτερος.
* possumus
* nestis
Νηστεύειν.
* alimenti plurimũ accipere, & parũ excremẽtorũ facere.
Κῶλον.
Longano.
* τῇ περιτομῇ, vt cum hæmorrhoides, cõdylωmata, thymia, callosæ fissuræ, & id genus morbi scalpro tolluntur.
* affectũ procedit rationabili pausa
* Sed si
* thrombos
Τρόμβος.
* compresso
Erasistratus.

excluditur nisi adhibito catetheri. Non enim uesicæ ambitus naturali consuetudine peritoneo * imbuente opprimitur, neque * concluditur ad exprimendum liquorem * radix uirilis paralysi uitiatus, multo maior aut minor efficitur, & nulla tentigine prouocatur. * Seminales uiæ, quas Græci spermaticos poros uocant, paralysi uitiatæ, si * laxatione fuerit paralysis effecta, sine ulla tentigine inuoluntarius fit seminis lapsus, & uocatur hæc paßio gonorrhœa, quam nos seminis lapsum dicimus. * Ac si * conclusione fuerit paralysis effecta, iugis tentigo ægrotantis sequetur, sine ullo dolore, atque seminis lapsu, & uocatur hæc paßio priapismus. Crus paralysi uitiatum, aut * conclectione breuius fit, aut extensione longius, ut plerique putent articulorum * delocationem hic factam. Sed discernitur hoc: siquidem cõcauitas atque * distanti à loco motos, aut eiectos articulos sequitur. Est autem ratione credibile, cæterorum quoque interiorum singula paralysi uitiari ut pulmonem, cor, uel discrimen thoracis atque uentris, quod Græci diaphragma uocant, aut * hypozygon, uel splenem, aut iecur, præueniri adprehensione mortem patientis, quæ sæpe latent facta, cum non propria poßint * apprehensione signari. Herophilus denique repetinam mortem nulla ex manifesta causa uenientem, fieri inquit paralysi cordis. Erasistratus memorat paralyseos genus, & paradoxon appellat, quo ambulantes * repentè sistuntur, ut ambulare non poßint, & tum rursum ambulare sinuntur. Est autem paßio generaliter grauis, atque difficilis, sed grauior curatio fit, quoties toto sensu caruerint partes, atque motu, & in corporibus iamdudum debilibus, uel senibus, aut ex alio morbo præuitiatis,

Καθετήρ.
* incumbente comprimitur,
* similiter cõtrahitur
* colis
* Seminalibus viis vitiatis
Πόροι σπερματικοί.
* solutione
Γονόρροια.
* At
* strictura
Πριαπισμός.
* conductione, vt pag. 312.
* luxationem
* extantia à loco
* tunicã succingentem costas: ὑπόδυμα vocauit: medici ὑπεζωκότα nominant.
* signis propriis indicari, & cognosci.
Herophilus.
Erasistratus.
* hoc accidit flatibus sic musculos distendẽtibus, vt breui spatio temporis iis vti nõ liceat

tiatis, ut epilepsia, febre: item si plurimas tenuerit corporis partes, uel uitæ necessarias. De nominibus autem specialiter * elogiatis paralyticæ passionis, ut mydriasi, phthisi, priapismo, gonorrhœa, & his similibus * singula præscribemus. De cæteris nunc dicemus. Hanc ergo passionem multi sectæ nostræ principes stricturam dixerunt, ob duritiam uitiatarum partium, atque siccitatem, & grauedinem, & torporem. Mnaseas uerò conductione factam paralypsin uocat fieriq; etiam aliquando * extensione, aliquando solutione. Nos uerò iuxta Sorani sententiam illam uocamus * solutionem, cùm plurimæ egestiones corporis fuerint uisæ. * Etenim manuum, uel pedum, & horũ similium * extensione facta, nulla egestione attestante, & in ligni similitudinem duratis partibus, stricturæ dicimus esse passionem. Quippe cùm frigescere, & quadam rugatione crispari corpora, commune contrariis * passionibus esse uideatur. Est tamen passio generaliter tarda, & accessionibus atque dimissionibus uariata, & superpositionibus ac lenimentis, cuius prædata atque demonstrata significatione necessariò curationem ordinamus. Mox igitur effecta paralysi, lucido loco, atque mediocriter calido locandi sunt ægrotantes, & usque ad tertiam diem, permittentibus uiribus, * abstinendi. Tunc, nisi uino fuerint pleni, uel cibo, mox phlebotomandi: si copia fuerit, ex brachio: sin minus, ex qualibet parte patienti contraria, quo laquei constrictione, & phlebotomi diuisura in passione * constituti non afficiantur. Si autem pleni fuerint cibo, alia die erunt phlebotomandi. Sed partes paralysi uitiatæ fricatione atque calefactionibus recurandæ, & * lanæ limpidæ ex oleo dulci atque calido * expressæ circunte

* impositis & attributis
* singulatim
Mnaseas.
* ait cõclusione, vt pag. 317.
Soranus.
* solutione factam
* Atenim
* paralysin ex tensione factã
Strictura.
* solutioni siue laxationi: & stricturæ siue conclusioni.
* negato omni cibo
* constitutæ partes
* lana limpida
* limpida lana, quæ succida non est.
* expressa

circuntegendæ, & fomento relaxandæ. Tum oris collutio permittenda, atque * potu aquæ calidæ. Præterea accessionum ac dimissionum diligentius tempora obseruanda, quæ adprehenduntur ex ægrotantium pallore, nunc aucto, nunc minuto: uel sensu * earundem partium, qui plus aut minus inesse uidetur: item ex motu uel inmobilitate, aut grauedine & leuitate, aut frigore & feruore. Tunc diatriti tempore adhibenda perunctio ex oleo calido. Ora quoque fouenda ex aqua mediocriter calida, & dandus cibus paruus sorbilis, ut alica lota ex aqua calida infusa, aut oua. Ac si transuorationis & faucium partes paralysi fuerint uitiatæ, erunt cucurbitæ obliquis partibus gutturis atque ceruicis apponendæ: tum cibus offerendus. Etenim extentæ transuorationis officio facilè seruire coguntur. Exinde donec passio declinet, alternis diebus dabimus cibum. Sequenti denique die post diatritum, abstento ægro, cataplasmatibus utemur ex polline lini seminis, & fœnigræci. Tum alia die, nisi passio creuerit, patientibus locis cucurbitas * infigentes, scarificabimus: ac si plurimæ fuerint partes passione uitiatæ, cogentibus magis, atque urgentibus, ordine præponimus curationem, uel iis locis, quæ facilè poterunt ægrotos in periculum deuocare, aut ex quibus cæteris partibus facilè possit curationis beneficium dari. Sic denique stomacho laxato plurima certè conlaxantur. * Vtpote è contrario oppressis principalibus partibus cæteræ necessariò * comprimũtur. Tunc cæteris trinis diebus, quas diatriton Græci uocauerunt, alias quoque partes cucurbita releuamus. Si siagon, uel mentum Σιαγών. paralysi fuerit uitiatum, erunt cucurbitæ temporibus infigendæ, atque musculis buccarum, uel sub aurium

* lamnis

* potus
* affectarum
* affigentes
* Nam perpetuò
* opprimũtur

lamnis. Ac si fauces fuerint uitiatæ, uel transuorationis partes, prædictis utemur adiutoriis. Item manibus paralysi uitiatis, erunt humeris uel eorum summitatibus atque palis, & brachiorum musculis, aut cubitorum nodis hæc adhibenda. Item cruribus paralysi uitiatis, uertebris atque genibus cucurbitæ infigendæ, quarum quæ partes non accipiunt usum, ut supercilia, labia, digiti, sanguisugis erunt releuandæ.* Item si nimiæ* tenuitatis causa, aut usus difficultate, neque sanguisugarum morsum tolerare potuerint, ut in palpebris, uel lingua, præfecta uaporatione scarificamus, & *generaliter cataplasmatibus utimur. Tunc si exegerit paßio, secundo scarificamus, & spongiarum uaporatione utimur, ex aqua & oleo solo expreßis, uel ex oleo & decoctione lini seminis, atque fœnigræci, uel hibisci, aut maluæ communis, uel agrestis. Iis uerò qui secundum linguam, uel transuorationis partes paralysi fuerint uitiati, tempore cataplasmatum, atque uaporationum, iubemus in os dari oleum calidum continendum, uel aquam calidam,* & oleum, aut mulsum. Simul enim atque eodem tempore ex utraque parte uaporata uehementius relaxantur. Si uenter fuerit retentus, clystere* utemur prius quàm partes cucurbita releuemus, & primo ex aqua mulsa. Tum si oportuerit, etiam diurnis diebus ex oleo calido iniectiones adhibemus. Si intestina, uel eorum uicinitas paralysi fuerint uitiata, ac si etiam urina fuerit retenta, adhibitis cæteris adiutoriis atque perfectis, encathismata sunt adhibenda. Tunc * catatherismus faciendus, quo urina detrahatur, ac post detractionem oleum calidum iniiciendum, adnexo folliculo * catathere, ex ea parte quæ cystophilos à Græcis est appellata, uel

otico

* laminis

* femorū articulis, quâ vertebrū. i. caput oßis femoris inseritur coxendicis acetabulo

* At si -

* teneritatis

* generalibus

* vel hydrelæum calidum

* vtimur

Ἐγκαθίσματα.

* catheterismus

Καταθετηρισμός.

* catheteri

Κυστόφιλος.

otico clystere, quem nos articularem dicere poterimus, tenui* exabilisco formatum, quo poßit cauernã, inuadere* directum catathere. Tunc cucurbitas prædictis adhibemus locis, atq; uaporationibus & cataplasmatibus eas partes, cum podice & *ueretris uicinis releuamus. Si stomachus fuerit paralysi uitiatus omnia sorbilia dabimus, quo facilius transuorentur. Ac si ea quæ sumuntur aliqua ex parte substiterint impedito meatu, ægrotantium manus in aquam calidã mittemus, uel parua uascula aqua calida plena tenenda offeremus: tũ stomacho leuem cucurbitã infigemus sub ea parte quæ premi uel impediri uidetur, atq; ita sensim, uel paulatim eam* detrahimus, quô stomachi partes deferendo accipere,* uel transire faciamus illata, uel uacuum officium in memoriam reducamus: ac si uomitus irruerit, paralysi facta ore aperto nihil dentibus interponimus: Si uero* conductio, immittimus ceram, uel tabellam alearem, aut feruleam, & ductu contrario fasciolæ corrigere tentamus deprauata, declinante paßione. Etenim ante id tempus difficiles in consensu partes esse perspiciũtur, & propterea quassatio potius quàm effectus sequitur. Vtimur præterea eodem tempore etiam cerotariis* qualibet paralysi uitiata: & primo simplicibus, ut ex cera & oleo pingui, uel *sabina, & *squimanto, admixta hibisci decoctione, uel fœnigræci semine contuso, atq; trito: tum ex oleo ueteri, & resina terebinthina: adhibemus etiam embasin ex oleo calido: tum calida & *oleum: cibum dantes diurnis diebus ex oleribus non acrioribus, atq; piscibus petrensibus, & uolantum paruioribus. Vtimur etiam acopis, ut est diasamsucum, & diamelilotum, uel omnibus quæ ex adipibus conficiũtur,

Ωτικὸς κλυστήρ.
* Alij: tubulo forato
* ex Hibisco formato, directus catheteris modo. Tum
* veretro vicino
* detrahemus
* & per eas transire
* conclusio conductum os est,
* in qualibet parte
* Sabino:
* Schœnanto, Alij Sabino, & antiquo
ἔμβασις.
* oleo:
ἄκοπα.

& medullis, & irino oleo, uel malabatrino, & chirino, & his similibus, & malagmatibus talibus, ex quibus est diachylon, atq; mnaseum, & diamelilotum, & *meline simplex. Tum gestatione corpus mouemus pro uirium modo, fertoria sella, siue cathedra tum longiore uehiculo manibus acto, dehinc animalibus. Sic enim consensu persuasæ altiores in corpore materiæ ad exteriora cõcurrunt, cũ in embasi ex oleo fuerint constitutæ, motus beneficio prælaxato ægrotante. Dehinc lauacrum adhibemus, atq; uinum paruum, & cõsequenter singula, quæ paßione fuerint uitiata, suo officio exercemus: explorantes etiam, uel intuentes si quid aliud in corpore paßionis occurrerit, ex quo paralysis uidetur effecta, ut hoc quoq; destruamus: non *hac quidem quod antecedens causa esse uideatur, sed quo etiam eam ipsam paßionem necessariò intelligamus. Quapropter si uulneratio ei fuerit * congrua, gerere debemus sicut in Chirurgumenis, uel Responsionum libris demonstrauimus: Reminiscentes, siquidem ex uulneribus facta paralysis sit ac diuisura partium quod necdum proprio nomine uocabulũ teneat, sed appellari claudicatio uel tardatio *possunt, siue alienatio. Si ergo cicatrix fuerit clausa, hanc mollire tẽtabimus: itẽ si spinæ cõtortio uel cõuersio ex aliqua causa effecta, hanc corrigemus: itẽ si febricula, aut nimia capitis paßio quã cephalæan uocãt, aut epilepsia, ex *iisdẽ eas quoq; destruemus: item si euersio, uel inclinatio fuerit matricis, eidem consequẽter ordinata adhibebimus, sicut muliebriũ paßionum libris docuimus: sin uero articuli fuerit eiectio, quanquam longi temporis, eum *recolamus: item si quis humoris fluor per quodlibet * officium naturale ultra modum fuerit dimissus

* melinum Serapionis, Paßionis, Andromachi describit Aetius.

* ob hoc

* coniuncta

Libri Cælij χειρουργούμενοι.

* poßit,

* itidem

Libri Cælij de muliebribus paßionibus

* relocamus

* Alij orificiũ

dimissus, cataplasmata constrictiua probamus, ut ex palmulis thebaicis, malis citoniis, acacia, hypocistide, alumine, & his similibus, apponētes etiam emplastrorum ea quæ constrictiuæ uirtutis à Græcis enæma appellata sunt uel si qua ualent concludere atque siccare fluentia, ut sunt uulnerum medicamina quæ appellātur* melana: tunc similiter ut in epilepsia ægros resumemus: ac si paßio permanserit, *cyclo ductu resumptionis regula dirigemus per uariam gestationem, deambulationem, uocis exercitium, lectionem, unctionē, lauacra. Tum post hæc omnia, partium adhibemus fricationem, dantes uarium cibum atque uinum, iuxta præscriptam disciplinam omnia augentes atque minuentes: & nunc usque ad piscium qualitatem ordinamus cyclum, nunc usque ad uolantum, * tunc etiam agrestium, ultimo porcinæ carnis, sicut superius De capitis curatione scribentes docuimus. Dehinc adhibemus etiam metasyncriticos cyclos, & primo *partiles, tum perfectos, nisi ex initio uires ægrotātis eos perferre non ualuerint. Deniq; nūc drimyphagia utimur attēdente cibi paruitate, nūc uomitum prouocamus drimyphagian linquentes, & cæteras quoq; cycli regulas cōplemus, & nūc *uomitus adiungētes drimyphagiā. Ipsum quoq; uomitum primo *ieiunum probamus, tū ex radicibus, uel his similibus qualitate materiis. Atq; ita post frequentem radicū uomitum helleboro utemur. primo * radicibus* inserto, uel aceto infuso. Quod detracto radices immissæ concisæ ipso

Emplastra ἔνχιμα.
Medicamina μέλανα.
*Barbara enhæma significat, sic uocata, quod magna ex parte Asphalto & pice constant. Nigrorū multas descriptiones Aetius tradit.
* cyclico
* tum
* ex parte, vt pag. 279. vel partiliter, vt pag. 276. adhibitos,
*vomitui adiūgimus
* supra pag. 305.
* Vtendi modus est Aetio.

Radicularum veratri ℥. vj. inseruntur Rhaphano, prius arundine compuncto. Post integram noctem Veratri festucæ eximuntur. Rhaphanus concisa, & in oxymelitem acerata comestur, oxymelique inter edendum paulatim bibitur.
* inserto mulso ex aceto infusis.

cum liquore ſorbentur. Vtimur etiam localibus adiutoriis in his partibus quæ ſunt paralyſi uitiatæ, ut dropace primo ſimplici,* tunc compoſito, quem Græci pharmacoden uocauerunt. Pſilotro quoq;, & cucurbitis recorporatiuis multa cum flamma admonitis, atq; uiolenter remotis, aut* circuntractis, *nunc ex ſuperioribus ad inferiora. Etenim ſpiritus* iandudum motu uacuatus ex alto adducitur, & quadam prouocatione excitus, & accurrens, ſua cubilia cognoſcit, *ſingularum uiarum motus inuadens, paßionis deturbato langore. Hoc igitur facere tentabimus multis cucurbitis per ſpinam, recto ſcilicet ordine poſt inuicem adfigentes, atq; ſufficiens tempus adductioni largientes, primoq́; primarum faciemus detractionem: tum ſequentium, quo* ſibi adductum ſpiritum tradunt, atq; inſolitos prouocēt motus:* atq; uerſo ordine inferiores primo affigētes, eaſdē detrahemus primo. Poſt cucurbitationem atq; dropacis uſum, puluere nitri partes aſpergi facimus, & fricari: uel ſinapi, uel ex utroque. Tunc etiam iis pulueribus quæ ſunt ex calce uiua, * fecla, pumice, pipere, pyretro, & his ſimilibus uirtute rebus. Ordinamus etiam unctiones geſtationes uarias, acopa quæ mordicatione quadam corpus afficiant, uel accendant, & emolliant: ut ſunt ea quæ conficiuntur ex oleo ſicyonio, * ſyriaco, caſtoreo, aphronitro, ſulphure uiuo, agreſti cucumere, ammoniaci gutta *ſquilla, quā uulgo* uulum pluriosum uocant, urticæ ſemine, pyretro pipere, helleboro* albo, nigella, galbano, iri illyrica* lemnida carie, & his ſimilibus. Non aliter etiā malagmata ſunt adhibenda, quæ corpus ualeat papulare laceſſendo, ut ſunt ex flore ſalis, uel ex nitro, & illud quod*nileos, appellatur, uel

Diad

δρώπαξ.
φαρμακώδης.
ψίλωθρον.
* tum vel: vt ſupra pag. 305 dropace, primo communi, tum
* detractis
* in hoc morbo
* membro iā-dudum motu vacuo
* ſingulas vias
* membris
* conuerſo vero ordine
* fece vina uſta: Gal. libr. 1. κατὰ τόπους paulo lib. 7.
* Elæomeli intelligit memoratum à Plin. capit. 7. lib. 15. & cap. 4. lib. 23.
* Scylla
* Bulbum furioſum.
* alcionio
* lemniſtide, ſeu Adarce.
* nilei

Diadaphnidō uel Apollophanis, & * caphysophōtos: quorum cōpositiones Responsionū tradidimus libris, pro modo magnitudinis paßionū adhibendas, atq; leni imentorū, alias augētes, alias indulgentes. Ordinamus etiā sole corpus torrendū, uel paroptesin ex carbonibus: aut parietibus calefactis, uel pauimēto, itē lapidibus ac testis: * hoc faciūt. Etiā ceremota sub sole ignita: uel * terga præūcta simili modo calefacta, quæ substrata accipiūt ægrotātes uolutatione quadā conuertendos, ac defricādos, & mutādos: qua in re etiā loca quæ deseruerint * repetenda, ut ueniant feruentiora: quippe cum naturaliter tergora oleo ac sole facile feruescant. Vtemur etiam ob similē corporis curationē, quā Græci phœnigmon uocant, harena littori uicina, quæ sit sole ignita, ut * circūtecta gremio foueat ægrotantem: tum etiam fomentationibus ex aqua salsa, uel marina, aut decoctione baccarū lauri, uel omniū quæ ita corpus afficiunt. Manēte paßione etiam cataplasma ex sinapi adhibemus, uel contusa atque liquata ferulagine, quam Græci Thapsian uocant, corpus ungemus usque ad cutis ruborem, atque mediocrem partiū inflationem. Etenim uulnerari, siue uexari quosdā ex istius herbæ usu immoderationis est uitium, tanquā sinapismi usu immodico. Generaliter autē similiter medentur etiā uaporationes ex saccellis sale torrido repletis, atque in lauacro * igneo usus flabrorum. Ordinamus etiam si quid * partialiter loco patienti poterit adhiberi, ut capiti paßione uexato rasionem capillorum, nunc pro capillatura, nunc contra * capillaturam. In mulieribus uero, quæ id fieri non facile permittunt, denso pectine * exerceri capillos imperamus, supradicta scilicet * diuersitate, & cum uehementi co-

* Ctesiphōtis. hæc quatuor Malagmata describuntur à Celso. Aetius describit Empl. è Sale

* quod & quidam

* quadrupedū coria

* oleo redungēda

φοινιγμός.

* circumiecta.

* ligneo usus accensorū carbonum.

* partiliter: ut pag. 276

* sic supra pag. 255.

* exercere supra pag. 279 decurrere.

* pro capillatura & cōtra capillaturam.

natu: atque primo, aliorum manu, & raro pectine:
tum magis denso, & ægrotantis manu. At si odorandi
officium fuerit paralysi uitiatum, erunt adhibenda a-
criora odoramenta, ut ex aceto & sale, aut adiuncto
* origano aceto intincto — * origono in aceto extincto, quo ex eo acriorem
* profectam — * profecto exhalationem naribus sapiant ægrotan-
tes: aut etiam sinapi, uel castoreo ex aceto soluto, per
* lasere — interualla, uel* lasare, quod Græci opon cyrenaicum
ὀπὸς κυρηναϊκός. — uocant. Sed hæc erunt naribus quoque immittenda,
* prouocemus eos vel nolētes — uel sinapi cum aceto, donec * prouocentur iubemus
eos uolenter emungere. Probamus denique betæ ni-
* succi — græ, uel cyclamini herbæ * succum cochlear plenum
* vtendū etiā πταρμικά. — naribus infundendum, * utentes ptarmicis uehemen-
* nasturtio — tioribus, quæ nos sternutamenta uocamus, ex pipere,
helleboro, castoreo, * astrutio, & horum similibus.
Post sternutationem uero magis odoramenta utenda
probamus. Hæc enim uehementius odorationis mouēt
officium, & solas capitis partes in paßione constitu-
* At — tas quadam mutatione reformāt. * Ac si lingua fuerit
paralysi uitiata, uel transuoratianis partes, aridum
sinapi dabimus masticādum ante lauacrum. Tum aqua
callidas colluere præcipimus. Aliquando etiam lique-
factum sinapi ex aceto sorbere ægrotantem impera-
mus, & gargarizare. Hoc quidem etiam de similibus
* hyssopo, Tragorigano, origano. — liquoribus faciemus, ut ex fico, * hyssopo, draganto,
origono, thymo, pipere, pyretro, staphisagria, hæc
* lasere — etiam masticanda dabimus. ipsam quoque linguam * la-
sare fricantes ex aqua soluto. Tum etiam cornu cu-
curbitæ in modum adhibemus, adducit enim nō aliter
quàm hæc, spiritum, & insolitas prouocat uias, quæ
sunt ex antecedentibus medicaminibus præpurgatæ.
* At — * Item stomacho patiente atque uentre, magis fre-

quentabimus drimyphagian: dantes etiam* lasar cum aceto, ex quibus panis erit madidandus, adiuncto quolibet pulmento. *Ac si podex fuerit paralysi uitiatus, aut eius uicina, acriora facimus uel mordicantia *inijci collyria, quæ Græci balanos uocant: uel sinapi plurimum fico admixto, atque in collyrium collectum, longitudine aptum partibus, inijcimus: & ea quæ in alijs ordinauimus fomenta, tum pro encathismatibus adhibemus: uel per clysterẽ inijcimus aliqua ex acrioribus, ut aquam salsam, uel marinam, uel garum, quod appellamus liquamen ex pisce* siluro confectum, & si qua fuerint similis uirtutis: Quorum omnium dexteros usus, atque confectionis genus, & adhibendi rationem libro Adiutoriorum specialium docuimus. Oportet præterea singulas partes in passione constitutas, suis ac naturalibus motibus admonere, ut supercilium, leuando, ac deponendo: palpebram, concludendo ac * distinguendo: linguam, producendo, atque conducendo. Hæc sunt ægrotantibus imperanda. Hortandi etiam locutionem tentare, quod si minime facere potuerint, ex omni parte officio linguæ cessante, erunt suadendi, ut animo concepta uoluant quæ proferre non possunt. Sæpe enim quæ loqui uolentes mente perceperint, in alto formans spiritus, accepto motu * rumpit in uocem: Vel certe docendi sunt unius exprimendæ literæ curam suscipere, ut intra se exercendo manifestius probent, & magis ex uocalibus, ne difficultate sonitus multarum literarum, uocis organa concludantur potius quàm reserentur: ac tum cum implere ualuerint, dabimus lexes, atq; nomina, quæ sint ex multis uocalibus cõscripta, ut est Pæan, & his similia: Sic

*laser
* At
*indenda
βάλανοι
Garum.
*Scombro: ex Pli. ca. 8. li. 31.
* discludendo
*erumpit
λέξεις.

etiam numeros dabimus: & ex his exclamare prouocabimus ægrotantes: ac deinde lectionem offeremus, uel disputationem. Hæc adhibenda sunt, etiam si buccarum partes circa labiorum confinia, quem Græci chalinon uocant, fuerint in paßione constitutæ. *Dandum etiam mastiche masticanda: uel cera indulgentior mordenda: tum ferulæ particula: & per profectum, tiliæ tabella. Plus enim illorum singula quodam cũ certamine partes faciunt exerceri. Tunc danda etiam frangẽda arida fabarum grana: uel amygdala molliora: ac nuces, auellanæ primo, tum etiam * glandes, paulatim aucto numero quantitatis. Ac si digiti fuerint in passione constituti, erunt commouendi oblatione ceræ * emollientis, & malagmatum suprascriptorum, quo non solum motu, sed etiam tactu medicamina propria uirtute medentur. Præterea eodem exercitij tẽpore, & in illis quibus totæ manus paralysi fuerint uitiatæ, uel earum quælibet partes, * altheres erunt offerẽdi. Eo enim pondere, pro modo uirium, ægrotantes quodam labore * mortes exercent. Sed erunt a prædictis malãgmatibus* commouẽdi, ut primo* teneant uel baiulent ægrotantes, tum demum ex ipsis * simili ratione * feriendi manus exerceant. At si crura fuerint paralysi uitiata, si fieri poterit, per seipsos, sin minus, aliorum impulsu, extensione atque * conclusione exerceant eas partes, non tamen sine suasione, * qua non solum aliorum motibus exerceãtur, uerum etiã suis ipsi connittantur. Erunt deniq; ob uarietatem motus, artis industria partes commouendæ hoc modo. Iacente

χάλιν☉. *Danda vide posthac pa. 341 * iuglandes, *emolliẽdæ ἀλθὴς. *Halteres, siue Arteres Artemidoro, massæ lapideæ uel plumbeæ, ansa vel manubrio addito, quo commode tractari possint. Gal. lib. 2. tuend. val. hoc pondere utraque summa manu apprehenso, & porrecto, aut in sublime erecto, in eodẽ habitu persistente eo qui tractat, musculis & neruis robur comparari ait. Quidã & sublatos rotabãt. Mart. Halteres agili rotat lacerto. Halteras manipulos autor vocat. Vide lib. 5. capit. 2.

* motus exercentur * commonendi * sustineant * familiari * ferendo *conductione, * quo

ægroto,

ægroto,cruribus * impoſita faſciola: & ſuperpenden ti rotulæ,quam Græci trochilion appellant, alter ex finibus faſciolæ* inſerendum:* hinc tenendũ dare: nũc miniſtro,nunc ægrotanti demonſtrato motu,ac partili,qui nunc adducta faſciola ſubleuet crura,nunc* indulta deponat. Sed cum non ſolum leuare ac deponere uoluerimus,ſed etiam extendere,aut inflectere par tes paralyſi uitiatas,duæ erunt faſciolæ imponẽdæ: altera genibus,altera talis: tum per ſupradictam rotulã traijciendæ, & apprehenſis initijs ſimiliter offerẽdæ *patientibus miniſtris,ut uiciſsim ducant,quo, ea quæ genu continet,adducta, & ea quæ talum continet indulgẽte,hoc motu crura flectãtur: Rurſum talari adducta,& indulta ea quæ genu cõtinet,cruris fiat extẽſio. Ac ſi ſedere potuerit ægrotans, erit faſciolæ medietas pedibus ſubmittenda,cuius* initia eidem* tradita,togatur labore proprio per ſeipſum adducẽdo atq; indulgẽdo ſuis cruribus motum præſtare. Simili etiam modo manus in paſsione conſtitutæ moueri poſſe noſcuntur,ut altera faſciola iubeat* quam oportet* arteriam articulis digitorum uicinam,quam Græci carpõ uocant,altera cubitum circundari.* Præmotis igitur, uel exercitis,ut ſupradictum eſt conſilium dabimus,ut ſella tonſoria ſedeant ægrotantes,quæ ſit obliquis* anconibus fabricata,quibus incũbentes ſeſe leuare nitantur: & tum fulciti ex utroq; alarum latere miniſtrorum officio deambulationẽ tentent,uel incũbentes baculo, aut uehiculo manibus acto,quod infantibus ſæpe motũ diſcẽtibus fabricatur,ſed magnitudine tamen ægrotantibus coæquandum id eſt. Debinc cum geſtationis* augmenta ſufficimus,conficienda ſunt ligna, quæ tranſgredi pedibus nitantur ægrotantes. Tunc etiam

* imponenda
τροχίλιον.
* inſerendus:
* hunc tenẽdũ ægrotãtis miniſtro dare oportet,
* laxata: remiſſa
*patientum
* initio
*tradito
* ſiue dextrã, ſiue ſiniſtram
* articulationem oſsibus
*manuum & pedũ artificioſo motu adhibito,faſciolarum adductione, et laxatione
καρπός.
ἀγκῶνες.
*ἀγκῶνες,quis flexus ad rectum angulũ facti, in curru,pariete,promontorio, & alijs id genus rebus
*cum geſtationes augeri, & uehementiores adhiberi præcipimus.

perfectis in terra lacunis deambulationem imperabimus, ac deinde calceamẽtis adiuncto plumbo, prius paruo, ut exempli causa uncia, tum plurimo, atque pro augmentorum gradu usque ad libram deducto: tum etiam itineris celeritas erit augenda: habet enim maioris laboris officium. Varianda etiam omnis regula, ut nunc resumptiuos cyclos in metasyncriticos deducamus, nunc è contrario uersa uice gradum reuocemus.

Cycli resumptiui & μετασυγκριτικοί.

Præterea perseuerãte paßione ad hellebori usum probamus accedendem, non solum semel, sed & cogentibus rebus, secundo, uel tertio: tum resumendos, atq; naturalibus aquis dandos, & magis calidioribus, ut sunt in Italia * Pantherinæ, Veseuinæ, & Senanæ, & * Caritanæ appellatæ. Etenim Albæ, siue Albulæ quæ sunt appellatæ, quod sint frigidæ uirtutis, solutione laborantibus, uel fluore quorumlibet officiorum naturalium à ueteribus sunt approbatæ. Vtendum etiam natationibus marinis, uel supradictarum aquarũ: & primo partibus paßione uitiatis inflatæ uesicæ sunt adiungendæ, quo natandi laborem minuant. Item aquarum ruinis partes in paßione constitutæ sunt subijciendæ, quas Græci cataclysmos appellant. plurimum etenim earum percußiones corporum faciunt mutationem.

* Patauinæ. Plin. cap. 6. li. 31.
* Carentinæ. Carentini supernates & infernates uicini Sulmonẽsibus. Pli. ca. 12. li. 3.
Albulæ.
καταχλυσμός

Peregrinatio quoque adhibenda* terrena atque maritima, necnon castoreum* poto damus, si quisquam eius odoris difficultatem perferre ualuerit. Recorporatiuam curationem, quam Græci metasyncriticam uocant, utilem denique approbamus, partibus in paßione constitutis. Hæc est secundum methodon paralyticorum curatio. Veterum autem medicorum Hippocratis atque Erophili sectatores, memorant ea quæ in paßione constitutos sequuntur, curationem uero nullam

* ut pag. 284.
* potui

Hippocrates.
Erophilus.

nullam tradiderunt. Diocles libro quo de paßionibus atque causis, & curationibus scripsit, eandem dixit conducere curationem, quæ epilepticis est ordinata. Dehinc Praxagoras secundo libro Curationum, primò uomitum probat, & iis præsertim qui caput * fuerint paralysi * uitiati, nunc ante cibum, nunc post cibum: tum reuocationes * atque uentriflua, & urinalia medicamina, quæ cœliotica atque diuretica appellauit: adhibet etiam clysterem iugem, & acriorem: bibendum etiam cum aceto asininum atque bubulinum lac probat: tum cataplasmata, & malagmata, & sudoris prouocationes: & si quis uomere facilè potuerit, parum hellebori, pulmentis, interiectis diebus admiscet, neque mox factam paralysin curans, neq; rectà à uomitu incipiens, & in iis magis qui caput paralysi uitiati uidentur, priusquam ex aliis adiutoriis partes fuerint releuatæ. Dehinc * sensibilis post cibum omnis est uomitus, & multo grauius iugis. At Praxagoras iubet adhiberi quotidianis, aut alternis diebus, * adhibitos suis dogmatibus sublatis erroribus, * quanquam uentriflua, atque diuretica, & clysteres iuges approbauerit. Non enim quod mutationem corporis hæc facere ualeant existimauit, sed quod materiarum facere detractionem, atque corpus liquidis uacuare. Item aceto * poto dato lac repugnat, * cuius magis grauis: dehinc qualibus cataplasmatibus, uel malagmatibus sit utendum, dicere negligit. Sed neque tempus adhibendi discreuit. Non enim quando mitigatiuis utimur cataplasmatibus, tum erit malagmatibus utendum. At iste pariter utraque composuit. Item sudores laxatis corporibus fiunt, non ipsi laxamentum faciunt. Sed neque quemadmodum sint prouocandi docuit, aut memorauit.

Diocles.

Praxagoras.

* habuerint

* vitiatum

* per κοιλιοτικά. διουρητικά.

* grauabilis

Praxagoras.

* nondum à suis

* vt qui

* potui

* eiusq; magis vsus grauis est quàm supradictorum.

morauit. Item album helleborum paruum datum præfocationis ingerit periculum, & multo potius quoties sunt in uomitum difficiles ægrotantes. Mitto, communiter eum dixisse interpositis diebus offerendum, & tempus non memorasse, cùm paßionem necesse sit superpositionibus, ac lenimentis uariare. Erasistratus de paralysi scribens, differenter curandos ait eos qui * conclusione sunt paralysi uitiati, ab iis qui extensione uidentur affecti. Etenim neque cataplasmata, neque * malagmata secundis inquit conuenire: non aduertens, quoniam etiam strictura densata quædam corpora, ui * maiore, non aliter quàm chordæ, tenduntur, laxatáque, medicinalium uirtute, sæpe * retenduntur. * Item initio curationis clysterem probat, phlebotomiæ negligēs potētiam: quo adiutorio maius nihil * maioribus approbatur: tum, inquit, effecta febricula detrahendum cibum, & dandum mulsum ex aceto * cōfecto. Profectò densata id constringet. Tūc obseruatis temporibus acceßionum uel dimißionum, dandam ptisanam probat, aut olus: quorum alterum inflat, alterum facilè corrumpitur. Dehinc aromaticas approbat potiones, & aliâs mites, aliâs uehementes. Ventrem quoque facilem cupit, ex quo stomachus necessariò uitiatur, & neque quanta, neque quando, neque quæ danda sint memorat. Prohibet etiam * unius anni spacio, una intentione tempus definiens. Dat etiam lac cum melle, atque sale, quod est contrarium supradicto mulso ex aceto confecto. Vtitur præterea uomitu post cibos, quod iā superius fieri

Erasistratus.

* conductione

* Herasistratus putabat omnem paralysin laxatione fieri: malagmata verò & emplastra in paralyseos curatione vsurpari solita, laxare. Colligebat ergo, membra cum extensione resoluta, illorum vsu magis laxari, & ideo magis extendi. Contendit Aurelianus, etiam laxantibus & discutientibus medicamētis extensionem præsertim strictura factam, qualis est paralyticorum, sanari.

* vehementer. σφοδρῶς. * conducuntur, compinguntur, & ab extensione liberantur. * Idem * autoribus * confectum. * vinum vnius, eius loco supra oxymel imperauit.

damna

damnauimus. * Vitiat etiam deambulationibus harenosis in locis, ex * sola * intentione sui dogmatis. Etiam uentrem facilem cupit, caduca suspicione deceptus. Asclepiades uerò principaliter de paralysi nihil scripsit, sed Erasistrato respondit, eos inquit, qui non graui dolore imista paßione afficiuntur, phlebotomari non oportere. Eos uerò qui priuati sensibus peiore strictura uexantur, abstinendos primò, tum * initiandos probat. Adhibet etiam purgatiua medicamina, quæ Græci cathartica uocauerunt, cùm sint hæc corruptiuæ uirtutis, & propterea corpus * elimando, consumant potius, quàm relaxent. Sed specialiter * à laxatione paralysi uitiatis adurentia inquit medicamina conuenire, & fomentationem paruam, paulo * feruentius temperatam: non aduertens quia * plurima extenta * conclusis similem exigunt laxationem, atque indulgentiam tensionis, & ut existimat, * conscriptionem. * Vtraque etenim hæc paßioni subiecta sunt, ut etiam stupor corporis, uel frigidus torpor, quem non semper necessariò uaporationibus calidis, uerumetiam * frigore adhibito releuamus. Siquidem contrariis inter se * paßionibus hæc subuecta monstrantur. Ordinat præterea idem in harenæ spacio deambulationem, & quod appellant * scamma, * atque transcensum lignorum, & inter plurimum tempus bibendum uinum. Themison primo libro Tardarum paßionum in quibusdam peccare cognoscitur, nondum rectam methodon respiciens. Etenim phlebotomat ex ea

* Vexat
* stulta
* quia laxatione morbum hunc fieri putabat.
Asclepiades.
* phlebotomãdos. Alij inaniendos
* eius substãtiã dißipando.
* ex luxatione
* feruẽtiorem temperata
* plurimum
* conductis
* circunscriptionẽ. Sic uocat obicem crustæ, quæ caustico aut ferro cãdente inducta sese obiicit oßi capiti, quod è suo cauo delabitur, & sic illud in loco suo cõtinet, quemadmodũ Hippoc. lib. de Artic. faciundum docet, cum humeri caput frequenter in alam descendit.
* conducta & extensa
* Aphor. 21. lib. 5.
* curationibus
* τὸ σκάμμα: siue τὰ ἐσκαμμένα, limes ac terminus spatij, quod transiliunt qui saltu sese exercent, vel apposito longurio factus, vel ducto sulco. Sic tigna vel trabes in designato ambulationis spatio collocatas Aurelianus vocat.
* nempe Themison.

parte quæ paßione uitiata est, si, inquit, sensu non caruerit: non curans, ut suprà demonstrauimus euitanda omnia, quæ adiutorio quadam neceßitate ueluti uexabili uidentur esse coniuncta. Dehinc lanam succidam, quam œsypon appellant, capiti iubet imponi, aceto atque oleo rosaceo infusam: neruis autem ceruicis atque spinæ, & cruribus, & brachiis, uinum atque oleum cum sale imponendum iubet, constringens atque lacessens incongruè ea, quæ phlebotomia miti releuatione laxauerat. Tum tertia die cibum probat, atque quarta die cucurbitam imponi adiuncta scarificatione, non * interrogans paßionis tempus, sed solum numerum dierum imprudenter attendens. Dehinc sequentibus gestationem probat, neque in * eo definiens tempus, atque audaciter secundæ diatriti expectationem spernens. Dat etiam aloen in potu, & ex aqua calida, * & oleo intestinis dare laxamentum ordinat. Præterea anatresin testæ faciendam, quam nos perforationem uocamus, iamdudum quidem & in aliis methodicis explosam, & * harenæ deambulationem conuenire existimat, atque plagis ferulæ cædendas partes in paßione constitutas, * profectò quæ salsæ aquæ mitigatione atque recorporatione uidentur esse curandæ. * Lusius primo libro Tardarum paßionum cum his omnibus, tum * medicosis quoque fomentationibus utendum probat. Plurimi etiam alij aceto, atque oleo * roseo fouentes, cum herpyllo, & ruta, & hedera, & castoreo: probant præterea iuges clysteres, atque purgatiua medicamina, quæ cathartica uocauerunt, & magis hieram, cuius usum Græco libro Epistolarum ad Prætextatū damnauimus scribentes. Sunt enim ea quæ stomachum uitiant fugienda, ut sunt corpus

Lana οἴσυπος.

* obseruans

* ea

* cum

ἀνάτρήσεις testæ.

* in harena

* quæ profectò mitigatione potius

* Lucius, cuius malagma describit Aetius pag. 844.

* medicatis

* rosaceo, vt paulo suprà.

ἱερά.

Cælij liber græcarum Epistolarum.

pus insumentia, & quæ moderationis nostræ carent potestate. Thessalus secundo libro de Regulis scribēs, plurima rectè dixisse probatur: quædam uerò proterua festinatione caduca. Etenim post phlebotomiam usque ad tertium diem imperat abstineri, & solum potum* diurna cum luce offerendū: tum transacta tertia die, atque hora qua sunt ægrotantes paralysi uitiati, *cibum portat. Quibus respondere facilè quisquā poterit, si quærat, qua intentione Thessalus orientę luce potum iubeat dari. Etenim si * continuationis causa id fieri responderit, oportebat etiam cibum eodem *tempore approbare. Sin uerò accessionum frequentia id existimat *declinādum, uel suspicione futurarū, & propterea post tertium diem cibum transferēdum, quo transacta hora passionis illatæ tertia die rectè ægros nutrire uideamur: oportebat etiam potum non communiter, sed generaliter diurnis diebus, * uel initio lucis offerre, sed horarum dimissione captata. Dehinc non semper ac necessariò tertio die cibum oportet dari, sed etiam quarta * continuationis, *quæ initium ex die sumpsisse uisa, uel ob typum eadem ratione currentem. Idem post hæc, similiter ut Themison, quarta inquit die cucurbitas infigendas, non interrogans utrum passio sumpserit statum, quod est maximè seruandum. Ait præterea alternis diebus cibandos usque ad * centum numerum dierum, quod infinitum reliquisse perspicitur. Audaciter etiam, atque inuidiosè acopa quædam, uel malagmata probat excludenda, solius moderationis * neglecta arguens uitia. Hæc sunt quæ etiam Thessalo Sorani diligentia uidentur esse responsa.

Thessalus.

* sub aurorā, diluculo, oriēte luce.

* dandum probat.

* quia morbus in longum tempus continuatur.

* quo potum dat.

* negandum cibum.

* nec

* continuatī morbi

* nempe dandi initio eo sumpto ob typum: nempe quia quarto tātùm die mitescere atq; remitti morbus incipit, qua occasione cibus dandus est.

* certum

* neglectæ

Soranus.

De

De canino raptu, quem Græci cynicon spasmon vocant. Cap. II.

κυνικὸς σπασμός.

I N ista paßione constitutos sequitur * conclusio, siue contractio repentino motu ueniens, ac recedens sine ulla corporis turbatione, in utriusque labij ultimo fine, siue oris angulo, quem Græci chalinon uocant, ut* etiam buccas adducat in posteriorem partem crebrißimè, tanquam ridentibus, nunc palpebras, uel supercilia ac nares,[a] ut etiam colla atque humeros rapiat, & ita patientes faciat commoueri, tanquam onus humeris baiulantes transferendi ponderis causa. Differt autem à spasmo, & paralysi musculorum, qui buccas conligant. Siquidem spasmus acuta atque celer paßio perspicitur: caninus uerò raptus etiam tarda. Item paralysis supradictorum musculorum, non ut ait Demetrius Attaleus, eo differt, quod non sit in canino raptu partium conuersio: hoc enim contra manifestam rationem intelligitur dictum, sed quod ipsa * conuersio coacta celeritate, prius facta, quàm fieri sentiatur. Curationem uerò ex antè scriptis accipiendam ducimus, & magis quàm de paralysi monuimus in oris partibus.

* conductio

χαλινός.

* nunc

¶ a &

Demetrius Attaleus.

* retractio

De auriculæ dolore, atque humoris fluore per auditorias cauernas.

Cap. III.

S Ensuales auriũ uiæ, siue auditoriæ cauernæ, * quos Græci acusticos poros appellant, difficilimis sæpe doloribus uexantur, ut etiam occipitium teneant, & oculos atque buccarum musculos, & perseueratione quadam * tardißima, tempora & caput. Aliquando etiam humoris fluor per easdem cauernas fit, quem Græci rheumatismon uocant, & ita iugis, ut sæpe ulneret

* quas πόροι ἀκουστικοί.

* grauißima

neret altiora, atq; corrumpat, & oſſa cõterebret, &
propterea copiam fluentis humoris efficiat. Oportet * acceßionis
igitur *actionis tempore diſcernere curationem & in Curatio
lenimento communem magis, hoc eſt recorporatiuam,
quam Græci metaſyncriticam uocant, adprobare, ut
cum dolor fuerit in initio, adhuc nouam paßionem iu μεταουγκριτι κὴ
dicantes, quicquã deſtillari faciamus in has cauernas, * in
conſtrictiuum medicamen, uel *ex lana*limpida ſu- * non ſuccida
mentes auriculæ immittamus, ut eſt amygdalinum, uel
*roſeum oleum, uel acetum, & his ſimilia. Vtendum * roſaceum
etiam requie corporis atque abſtinentia, & ſilentio
*ſuo. Etenim officio accepta uoce aures neceſſariò * ſommo
commouentur, & propterea maiores dolores effi-
ciuntur. * Ac ſi paßio fuerit augmentis aſperata, erit *[illegible]
immittendum oleum calidum ac dulce, ac mollibus la-
nis prætegenda exteriora, atq; uicina. Locandi præ-
terea ægrotantes calido in loco, & ſi dolor coegerit,
phlebotomandi, atq; tertia die leui atq; ſorbili cibo
reficiendi, & ob mitigationem doloris exterius ad-
mouenda uaporatio tepidi*uaporis, uel ſacculi ex * liquoris
polline tenero confecti:tum cataplaſmata laxatiua,
& cum dolor ſumpſerit ſtatum, erunt admouendæ
ſanguiſugæ, quas hirudines appellant, circa fines au-
riculæ, hoc eſt, circulatim auditoriam cauernam ha-
bentes, cartilagine prætermiſſa, uel certe eius poſte-
riora cucurbita admota ſcarificanda, adhibita uapo-
ratione ſpongiarũ calidarũ. Ipſam quoq; cauernã in-
uoluta lana per melotida oleo calido tinctã paulatim
penetramus, atq; illic lana derelicta ferramentum de-
trahimus. Tum declinãte paßione cerotaria*appone * apponimus
mus, dantes uarium cibum & uinum: ac ſi humoris
fuerit fluor, quem rheumatiſmum uocãt, eadem adhi-

bemus quæ initio doloris adhibenda probauimus. Dehinc eorum augemus potentiam, ut cauernæ ipsi faciamus infundi collyrium, quod appellamus Diaglaucium ex uino solutum, uel aceto, uel illud medicamen* quod appellant heren, uel mulsum ex uino factum, quod sit præcoctum in mali punici cortice, cum nardo, uel amygdalis amaris, & aceto, croco, & myrrha, & alumine, uel herbarum succis constrictiuæ uirtutis: tum auriculæ uicinantia circulatim* cataplasmata ex cydonio malo, ac simili medentium uirtute contegemus, uel * medicamen quod appellatur * diaiteo, quod est siccatiuæ uirtutis, uel icesio, aut diadictamno, & his similibus. Dehinc si paßio coegerit, radendum est caput, & constrictiuis cataplasmatibus contegendum. Dandi etiam cibi constrictiui, & lenimenti temporibus, siue dolorum tardantium, siue humorum fluentiũ, resumptiuus adhibẽdus cyclus:* tunc recorporatiuus. Et localiter ipsis cauernis per clysterem * modicum iniicienda, nunc destillatio aquæ cineribus * liquatæ, quam uulgo lixiuium uocant, Græci coniam, nunc sinapi* liquido, atque etiam admixto fico erunt exteriora cataplasmanda, donec rubor maximus fiat, quẽ Græci phœnigmon appellant. * Item eundem immisßione medicaminum ex garo confectorum, quod uulgo liquamen appellant, uel his uirtute similium materiarum: tum etiam totius capitis curationem ex illisione aquarum supercadentium, quam Græci cataclysmum appellant. Quibus etiam aurium uicina sunt maxime concuranda. Dehinc * acopibus & dropacis, & ma-

Diaglautium.
Heres medicamen.
* quod appellãt Nerã Heræ.
Pastillum eũ describit Paulus. cõstat Aloes, croci, singul. ·ʒ viij. Aluminis Scissilis. ʒ. c. exceptis aqua.
Gal. lib. 4. κατὰ τόπους, parabatur olim hoc medicamẽtum è Glaucio, croco, Myrrha, Sarcocolla. Meminit huius remedij Aetius in curatione œdematis.
Lixiuium.
κονία.
φοινιγμός.
* cataplasmate
* medicamine
* Dia iteas. i. ex salice describitur Aetio pag. 834. Icesiũ uero 833. Dictamnũ. 836.
* tum
* oticum
* liquatis
* liquefacto ex aceto, vt pag. 325.
* Item tentandum
* acopis, & dropacibus

lagmatibus acrioribus, & aquis naturalibus utendum. Sic enim intardata corporibus emoueri, atque excludi mutatione poterunt * curationis. *Resumptiuæ & Recorporatiuæ

De dolore dentium. Cap. IIII.

Fiunt dolores dentium nunc omnium, nunc aliquorum, nunc unius, cum sibi uicinantibus gingiuis, ut etiam contumescant, ac sæpe ora faciant subinflari, uel eorum aliquas partes crescente paßione * terebrari. *abscedere suppurare Nam sæpe dentes & gingiuæ computrescunt, corruptis oßibus quibus natura inserti sunt, & recedentibus tumore cogente gingiuis. Sed etiam nūc erit curationis diligentia partienda, ut initio doloris, uel certe si ita paßio recurrendo tardauerit, superpositionis, alia adhibeatur curatio, alia * lenimenti. *lenimento. Quapropter adhuc * recedentibus *recentibus paßionis motibus, uel in asperitate superpositionis doloris constitutis, conuenit abstinentia cibi, atque requies corporis, ut initio causæ aqua quæ uirtute constringat collutioni oris adhibenda sit, ut est à plerisq; conscripta decoctio in aqua & uino herbæ syderitis, uel acaciæ, uel leuces, quam etiam polium uocant, aut mandragoræ, sed non sine cautione, ne quid ex ipso liquore transuorent ægrotātes: item pentaphylli herbæ, aut papaueris, necnō personatiæ, aut * herba phlomō *herbæ Phlomi in pusca * decocta: *decoctæ uel ex cornu ceruini drachmis quinque, & aceti hemina usq; ad sui medietatē decocta, uel de * pinguis *caricæ pingues. cū aceto decoctæ, aut alterci radices cum uuæ lupinæ succo, & uino sufficienti simul coctæ. Erunt præterea ex his aliqua, * parte *parti in doloribus * constituta, *constitutæ apponenda, uel lenientia, uel simili uirtute * medentium *medentes materiæ materiarum. Tunc cum dolor uehementescere cœperit, lecto tradendus est æger, atque blando * tempore *tepore calefacere

* calfaciēdus, & facientibus * supino capite collocandus, sed paulo prominentius à cætero corpore subleuato. Tum articuli fricatione calefaciendi, atque musculi buccarum lana oleo calido infusa circuntegendi, appositis saccellis ex pollinibus calidis confectis. Tum oris collutio ex oleo adhibenda dulci atq; calido, uel fœnigræci succo, aut alica * ptisana, uel glycyrrhiza, aut lacte cũ melle. Et si nimius fuerit dolor phlebotomia adhibenda. Tũ tertia die quò sanguinis facta detractio est, sorbilibus atque calidis cibis ægri nutriendi, sed plus perungendi. Alia quoque die si dolor * steterit atque durauerit, & officium cessauerit uentris, erit * amouendus ex simplici clystere, & loca in dolore constituta ferro laceranda, appositis cucurbitis secundum buccarum musculos, atque gingiuarum locos. Aliquando etiam ipsæ gingiuæ scarificandæ, uel circunseparandæ à dentibus ferramento, quod pericharactera uocant. Est etiam mitigatiua ex oleo uaporatio, quæ fit ex feruenti oleo quo lanam melotidi inuolutam tingimus, * tunc gingiuis * altrinsecus imponemus, hoc est, interiori atque exteriori parti, & ipsis quoque dentibus, quantum æger ferre feruoris potuerit. Sed prætegenda uicina sunt, lana præmissa, ne facile pustulentur. Alia quoque uaporationum genera quæ sunt à ueteribus tradita erunt adhibenda: ut, thuris granum igne calefactum & tenui linteolo inuolutum dolentibus dentibus apponatur, & ita mordeat ægrotantes, ut ex * ipso uapore resumantur. Item thuris triti puluerem singulatim linteolis pluribus illigamus: tunc eorum singula oleo calido prætincta ægrotantibus offerimus mordenda, dentibus scilicet in dolore constitutis. Aliqui etiam scyllæ paruum modum aiunt

[Margin notes: * Ptissana; * perstiterit; * admouendus; Alij. mouendus; περιχαρακτῆρ. (περιχαρακτὴρ); μηλωτίς.; * & tinctam; * vtrinsecus; * ipsius]

aiunt oleo concoquendum, quod nos differendum probamus, ac lenitatis tempore adhibendum. Siquidem ob acrimoniam scyllæ recorporatiuam habent uirtutem. Oportet præterea etiam mentum uaporari exterius: & spongiis expreßis ex aliqua coctione laxatiuæ uirtutis ad mitigandam materiam,* ex ipsa adhibere fomentum. Tum cerotaria apponenda probamus ex oleo* ciprino, uel irino: item malagmata sensim calefacientia: tunc lauacro, atq; uino, & cibo uario utendum. * Ac si tardi temporis dolor fuerit effectus, ut chronia paßio uideatur, & nunc superpositionibus asperata, nunc lenimentis emollita, oportebit superpositionis tempore in iisdem adiutoriis perseuerare: totum uero corpus resumere, sicut frequenter docuimus. Præterea tempore exercitij erit offerenda cera, quam ægrtantes mordendo dentes exerceant, sicut nuper demonstrauimus de paralysi * scribentes. Vltimo autem tempore, gestatio erit adhibenda & fricatio capitis atque oris, sed ipsius manibus ægrotantis paruißima, plurima uero ex alienis, sed longitudine temporis potius quàm uehementia, ne caput nimietate moueatur. Tunc, ne partes refrigescant, uel impleantur etiam, à plurimis erit corpus confricandum, ut duobus ministris ab humeris latera, & aliis duobus ab inguinibus * curata. Tunc à resumptione, paulo fortius erunt partes recorporatione curandæ, ut post fricationem strigili non obtuso, uel * aspero pannis buccarum musculos usque ad ruborem fricari faciamus, & nunc dropacem illiniri * tunc etiam ipsos dentes atq; gingiuas uehementius fricari, dantes præterea iugiter oleum calidum sorbendum, atque continendum, & despuendum, item aquam frigidam. Tum

* ex ipsis
* cyprino
* At
* pag. 328.
* crura
* asperis
* nunc

interpositis duobus uel tribus diebus, ex humore in quo fuerit * decocta mali punici cortex, adhibemus oris collutionem, uel in quo sit prætincta ignita galla, uel ex aquis sua * uirtute medentibus. Item dentium confricamentis utendum, quæ constringere, atq; fortificare ualeant, sicuti libris medicaminum ordinauimus. Vomitus uero post cibum factus omnibus est contrarius, & maxime in ista constitutis passione: nec aliter Venus obesse probatur, & uinolentia. Multi autem ueterum medicorum accessionis tempore ea medicamina adhibenda iusserunt, quæ * anodyna Græci uocauerũt, nos indoloria dicere poterimus, quæ aiunt nocturno tempore adhibenda, profecto sensum, non dolorem auferentia. Adhibent etiam fumigationem dentibus, ut bitumen cum simili pondere myrrhæ, uino conspersæ, mollibus prunis * impositæ, iubentes ore aperto ægrotantẽ fumum accipere, cum fuerit melius hæc propter inflationẽ capitis prohibere, & offerre mulsum calidum, uel quenquam mitigatiuum liquorem continendum, uel, ut aiunt, carbonibus infundendum, ut exinde exhalatione facta solatium capiant ægrotantes. Item iubent circundandos atque inuoluendos dentes ex opio, galbano, pipere, uel lasere, & peucedano, & herba quam tithymalon uocant. Hæc quidem etiã corruptis dentibus adhibenda probauerunt, necnon tenue linteolum apponendum, prælinitũ oleo cocto uel sale, & cedria, uel ex croco, atq; pipere longo, & rosa recenti, & iride illyrica, galbano, cocco cnidio, styrace, nitro, cum melle medicamine confecto: quæ omnia ob acrimoniam lenimenti tempore locum * potuerint inuenire, quanquam sit etiam fugienda satietas medicaminum plurima. Omitto quod tithymali succus appo

*decoctus

*ut aluminosis & salsis

Libri medicaminum Cælij.

*Narcotica intelligit.

Medicamina indoloria ἀνώδυνα.

*impositum

*poterunt

appositus dentes infringit: non aliter etiam ferrei * altheres exhibiti, * qui dentium dolores mitigent locorum mortem faciunt, & ipsorum dentium laxitatem, qui aiunt ungendas gingiuas accessionis tempore amurca:* cum simili modo infecta lana ex oleo ueteri & myrrha, cum uino & oleo resoluta, atque * craßitudine mellis deducta, cum secundum methodon aliud sit tempus medicaminum lacessentium. Alij præsente dolore in * contraria partis auricula aiunt balsami succum mittēdum:*cum succis supradictis simili modo uel folio. Hijs omnibus resolutis, uel oleo decoctis, aut in quo decocta sint ederæ nigræ folia decem, & squyllæ medium, in oliuæ magnitudinē, spe auocandæ materiæ * deprauati, uel maioris doloris illati causam * anteriorem auocantes, obscurantésque auocatis sensibus * ægrotantes. Alij eius partis, quæ dentis dolorem sustinet, nari, ederæ succū* infundentes, cum olei parte dimidia, ex ferramento quod rinenchyton uocant: Adhibent etiam sternutamenta, & apophlegmatismos, & * odoris medicamina, quæ iugiter aiunt apponenda, & * sint uirtutis lacessentis, quæ stomatica uocant: quorum singula, tanquam recorporatiua, non mitigatiua, in lenimento adhibere probamus. Alij statim ad auferendos dentes dolore pulsatos accurrunt, nescij quoniam detractio amißio partis est, non sanatio. Quapropter sicut alias quoque partes in tumore constitutas non detractione, sed mitigatione curamus, sic etiam dentes curandos accipimus. Etenim si quisquam dentium fuerit excesus, exigit primo mitigationem, tum sui detractionem faciendam. Quippe cum non sit à periculo remotum doloris

Ἀλθῆρες
ferreici
* Pericl:aracle res.
* Locorum uero mortem faciunt, & dentium laxitatē, qui ut dentium dolorem mitigent, aiunt
* aut
* in craßitudinem
* contrariæ
* aut siccis supradictis omnibus utendum, simili modo resolutis, uel oleo decoctis, in quo etiam decocta
* decepti, &
* interiorem euocantes
* ægrotantem
* infundunt
Instrumentū
* oris
ῥινέγχυτον.
ἀποφλεγματισμός.
* sunt

*capitis & cerebri
Erophilus.
Heraclides Tarentinus
Erasistratus.
ὀδοντάγωγόν.
*Græcorū quidam vocāt & ὀδοντάγραν
Dentiducum plumbeum.
*Delphos
*nocet sanis
*oporteat
*materiam
*aquæ
*Diamoron. describit Paulus.
*Apud Gal. κ. τόπους. pag. 715. duæ sunt descriptiones Medicamenti è fructibus.
*Diaopωron: ut.c.2.l.3.tale fuerit Electuarium de fructibus Mesues: aut trochiscus Ramich.
oenanthinum
*oenanthinū unguentum Diosco. describit.

tempore dētes auferre, & maxime integros, hoc est, qui non fuerint exesi, uel corrupti, aut mobiles. Consensus etenim superiorum *partium necessariò sequitur & musculorum, & oculorum. Herophilus denique & Heraclides Tarentinus mori quosdam detractione dentis memorauerunt. Nam Erasistratus plumbeum inquit * odontagogum, quod nos dentiducum dicere poterimus, apud * Delphum in Apollinis templo ostentationis causa propositum, quo demonstratur, oportere eos dētes auferri qui sint faciles, uel mobilitate laxati, uel quibus sufficiat plumbei ferramenti conamen ad summum. Sic autem putant, quod si omnis dens dolore uexatus, & qui * necet sanos, est detrahendus, * oportet etiam omnes auferri, si omnes fuerint dolore possessi. Quomodo autem sint auferendi dentes exesi uel moti, nisi seruari potuerint, libris medicinalium Responsionum docuimus. Ac si aliquando ex humore gingiuarum uisi fuerint commoueri, oportet constrictiuis uti collutionibus, quarum* materiæ ex parte superius diximus. Adhibendum etiam oleum lentiscinum, & * aquas cœlestes, & lac asininū: est enim densabile: item decoctio mali punici, uel gallæ, aut acatiæ, aut rosæ, aut murtæ nigræ, aut mali cydonij, uel platani baccæ. Vngendæ præterea gingiuæ medicamine, quod appellamus * diamaron. *Item * diaporos & Diaroos, & Diomphacion, & * œnanthio. Item si quædam emerserit gingiuarum sanguinatio, corallij tusi puluis cretus intus ponendus, & alumen cum melle. Item eruca cum aceto apponenda. Sed hæc sunt primo coquenda igni motu uersata.

De apprehensione, siue oppressione, quam Græci Catalepsin appellant. Cap. V. Κατάληψις.

HAnc paßionem ueteres tanquam specialem, uel propriã tradiderunt, quasi nullo ex genere ue- Chrysippus.
nientem, ut Chrysippus memorat: * quod de ipsa Ni- Niceratus.
ceratus conscripsit librum, probans scilicet etiam ue- *sed
teribus medicis cognitam, quod nos confirmamus. Sed Cælij libri cele
quia nunc tarda, nunc celer à methodicis adprobatur, rũ paßionum
quanquam sit à nobis celerum paßionum libris plenis-
sime * tradita, etiam nunc erit ordinanda. Quippe sæ- *cap. 10. li. 2.
pe in tardum * ueniens motum, & propterea chronia *venit
nuncupanda. Sequitur autem patientes febricula, &
uocis amputatio cum oculis patentibus, atque impalpe *luminum
bratione, difficilior eo tempore quo statum sumpserit *immobili atque hærenti
accesßio: & * omnis immobilitas, cum palpebrarum
* impoßibili atque horrenti positione, quæ * declina- *paroxismi
tione facta aliqua ex parte accipiat motum. Etenim *circumtactis
admota manu ac digitis, * circuntractis oculis * tenus *tensa
palpebra * recognoscitur ægrotantis, atque * obtutu *recolligitur
inter nota translationem manus in quãlibet partem *obtutus inter motæ
* declinata sequetur conuerso scilicet uultu. Dehinc *inclinantis sequitur
inclamati oculos intendunt, lachrymantes sine ulla re
sponsione: & si odoramenta iucunda fuerint admota,
* declinatione quadam moueri intelliguntur, frequen- *delectatione
ter adducentes spiritum, hauriendæ exhalationis cau-
sa. At si tetra odoramẽta fuerint admota, recusare ui
detur ac fugere. Item dulcia atque amara ori admota,
labijs uel linguæ illita, sentiunt: non aliter si ulla fue-
rint punctione pulsati: * ex nostro officio tentam ma *&
num * suo replicant, uel colligunt. Item laceßiti col- *subitò
lugent, ingemunt, atteſtante uultus rubore, cum pul-

ſu magno, ex uehementibus atque fortioribus ſaltibus confecto. In declinatione uerò plurimus ſæpe ſudor ſequitur, ac feruens, & in dimiſsione limpidæ ſynceritati proximi efficiuntur. At rurſum in acceſſionem ſi redeunt ægrotantes, peiorante paſsione plurimus feruor accedit cutis, & ſpiratio celerrima, quam Græci tachypnœan uocant, oculorum conuerſio, manuum contractio, ſudoris ignei defluxio, maculis emergentibus in thoracem atque uultum, & primo * rotundus in *ſimilitudine ulcerum, quæ * iontus appellant. Ab apoplecticis hæc diſcernitur paſsio, quod in ipſis paruus atque creber pulſus inueniatur, & non ut in catalepticis maior atque percuſſibilis, & neque iucundum, ſiue tetrum odorem accipiant, neque dulcia & amara ſapiant: Item ab iis qui ex ſtomachi paſsione obmuteſcunt. Siquidem in his rurſum paruus atque imbecillis pulſus inuenitur, atteſtante ſingultu, cum manifeſto tumore in ſtomacho apparente. Hæc eſt diſcretio ſimilium paſſionum, ſed ei curatio adhibenda eſt, quæ epilepticis dicta eſt.

Ταχύπνοια.

* rotundis
* ſimilitudinẽ
* iontbous

φωνῆς ἀποκοπή.

De vocis amputatione, quam Græci phones apocopen vocant. Cap. VI.

Vocis amputatio fit ex clamore nimio, aut frigore, aut ardore, ſiue uſtura, faucibus aſperatis, uel etiam tumore nimio. Fit autem obtuſio, ſonitu emiſſæ per ſpiritum uocis * hirta, uel aſpirationis tractu grauata * locutio. Recenti denique paſſioni, atque eius initio conuenit adhibita requies, cum abſtinentia cibi: & ſpongiarum cũ aqua frigida expreſſarũ admotio gutturi per ambitum faucium, quẽ anthereona uocant. Ac ſi paſsio uehementeſcere cœperit, ut maiora

*hirto, rauco, aſpero.
*locutione

depo

deposcat adiutoria, adhibĕda phlebotomia. Tunc sorbilibus cibis nutriendi, adhibitis etiam gargarismis ex oleo dulci atque calido, siue calida* ex oleo: uel aqua mulsa: aut decoctione uuarum, cantabri, ficuum pinguium, palmularum, glycyrrhizæ, necnon etiam succo alicæ, uel* ptisanæ, ut ex eorum uaporatione, siue exhalatione accensum spiritum rapiant ægrotantes. Tum etiam spongiarum adhibenda uaporatio, atque usus electariorum ex melle decocto, & * nucleis, & lini semine, & ouorum uitellis, & * draganto mulso * & uino præmollito. Dehinc sorbili ex amygdalis medicamine utendum. In declinatione uerò lauacro, atque uario cibo, & uino, deambulatione, uel gestatione. Ac si querela tardauerit egrotantium, erit in lenimento adhibenda drymyphagia, dropacismus, defricatio: tum etiam uomitus ex radicibus, atque uaria gestatio, & uocis exercitatio, quod Græci anaphonesin uocant, adhibito præceptore, sicuti iam* dudum docuimus, temporum ordine seruato. Adhibenda etiam & arteriaca medicamina, & quæ partes in passione constitutas exerceant, à Græcis * amyctica appellata. Quorum compositionem libris Medicaminum conscriptam dedimus.

* &

* ptissanæ

* nucis Pineæ fructu

* tragacantho

* ex

ἀναφώνησις.

* pag. 304.

Medicamina ἀρτηριακά.

* Bechica vocamus. Ea tussim mouĕt, & humorū in pectus labentiū, vel lapsorum expulsionĕ per tußim irritāt, & adiuuant.

ἀμυκτικά.

Libri medicaminum Cælij.

De influxione, quam Græci catarrhon vocant. Cap. VII.

Fit influxio nunc ad nares, quæ appellatur coryza: nunc ad fauces, quæ appellatur branchos: nunc ad thoracem uel pulmonem, quæ appellatur ptysis. Sequitur autem eos qui coryza uexantur, grauedo narium & frontis, cōstrictio fluorū oris: emūctio humoris: tenuißimo primò, tum craßi atque uiridis: sternutatio iugis, cum lachrymatione oculorū, acrioris qualitatis

κατάῤῥους.

κορύζα.

βράγχος.

πτῆσις.

*impetus, aut *recessionis

litatis uel mordentis. Aliquando etiam tußiculæ* impar atque obtusa apprehensio. Item consensus* seßionis oculorum, cum capitis atque uultus inflatione. Eos autem qui faucium influxione uexantur, quod Græci branchos, nos raucitatem uocamus, sequitur pruritus quidam secundum fauces, atque titillatus, uox obtusa & grauis, & impedita locutio, ut se præfocari sentiant ægrotantes. Aliquando etiam tußicula, & transuoratio difficilis. At si ad pulmones fuerit facta defluxio, thoracis grauedo sequitur, & tußicula uehemens, cum sputis spumosis, atque crassioribus, tum saniosis, attestante difficultate spiritus, quam Græci dyspnœan uocant. Aliquando etiam febricula, quæ noctis initio sumit exordium, cum uocis obtusione, & uomitu cibi. Sed hæc paßio à peripleumonia discernitur. Siquidem* sit una ex tardis paßionibus, & neque celeri atque acuta febricula corpus afficit. Item* discernitur à rheumatismo thoracis, siue influxione, quod cæteris communibus signis sequentibus dolor etiam inesse uideatur in ea parte thoracis quæ* pati perspicitur. Sunt autem caussæ antecedentes, ex quibus influxiones supradictæ nascũtur, ut sæpe probatur* perfricatio profunda, uel extensio uomitus. Veterum igitur methodicorum alij stricturã hanc paßionẽ uocauerunt, uelut expreßis humoribus, atq; coactis, in alia* uenire loca eam fieri asserentes: Alij solutionẽ, ut Thessalus manifestat, atq; eius* decessores, ut Themison. Mnaseas uero & Soranus, cuius etiã nos amamus iudicium,* cõplexam inquiunt esse paßionẽ, nunc strictura superante, nũc solutione. Etenim constrictio atque dolor accidentia sunt stricturæ, quæ Græci symptomata uocant. Multorũ uero

liqui

Margin: δύσπνοια. — περιπλευμονία. — *est — *Peripneumonia. sub. — ῥευματισμός. — *in Peripneumonia uero nullus dolor sentiatur. — *perfrictio — *uenientibus — Thessalus — *qui ætate illũ præcesserunt. — Themison. — Mnaseas. — Soranus. — *complicatam — συμπτώματα.

liquidorum egestio solutionis est signum. Quapropter obtinente strictura, conuenit ægrotos iacere loco lucido mediocriter, atque calido, adhita abstinentia usque ad tertium diem, quem Græci diatriton uocant, cum requie corporis, atque animi, appositis lanis* limpidis, ac mollibus, oleo dulci atque calido prætinctis, colla* circundãtes, & thoracem: tum oris collutio adhibenda, siue fotus ex aqua calida. In ipsa autem diatrito * perungi ægrotantes oleo calido, atque dulci: fouenda facies ex aqua calida. Cibus dandus sorbilis ex alica uel farre, oleo & anetho, & paruo sale* cõfecto, uel ex melle. aut* alica ex mulso *confecta sorbilis transuoratio, non sine cautione atque coniectura * utriusque paßionis, ne * alteram faciat superiorem. Ac si paßio permanserit, alia die cataplasmata laxatiua adhibemus, iis scilicet partibus quæ fuerint in querela. Tunc cucurbitam infigentes scarificamus, ac deinde spongiis uaporantes loca relaxamus, aut calidis lanis contegimus narium partes: tum gargarismum damus calidum mulsum, aut decoctionem cantabri, & palmularum pinguium, & * noxarum, & glycyrrhizæ, uel eius * succo resoluto ex aliquo liquore laxatiuo. Item electarium damus ex lini seminibus & sesami frixi, acetabulis * singulis, & oui elixi uitello, & nucleis numero uiginti, & amygdalis amaris * expolitis decem * ampli drachma una, * traganti drachma una, passo cretico * demollito, & mellis decocti sufficienti: quod medicamen in auellanæ modum sumptum sub lingua teneant ægrotantes: tum defluens ac * desiccatum sensim atque paulatim transuorent, uel mel oleo concoctum. Multi autem* sub fabam fractam, quod Græci etnos acton uocant, idq; linguæ sup-

* non succidis
* cicundãdo
* perungendi
* confectus: ut pag. 342.
* alicæ
* confectæ
* stricturæ & solutionis
* alterutram
* myxarum
* succum resolutum
Electarium.
* singulorum
* expoliatis
* amyli
* tragacanthi
* emollita, & melle decocto
* eliquatum
* subiiciunt.

positum ac defluens transuorant, quo asperitas arteriæ * liniatur, uel ex * amylo, & ex mentha, & amygdalis amaris confectum medicamen, quod habeat palmularum dulcium contritarum drachmas octo, & nucleorum drachmas quatuor, & amygdalæ purgatæ drachmas duas, glycyrrhizæ succi obolum unum, hoc est, drachmæ partem sextam, * dracanti drachmam unam, collectis omnibus atque infusis * ex uino * protropo. Ac si uenter officiũ non agnouerit, simplici uentris laxatiuo utendũ. Et si fuerit caput grauatũ, adhibenda detonsio, appositis deinde laxatiuis medicaminibus. Tunc cibus alternis diebus dãdus. Cùm autem paßio mitescere cœperit, danda olera, ut malua, lapathum, atriplex, quã Græci * andraphasin uocant, beta cũ ptisanæ succo, uel alica, aut mulso, & pisces teneri, & uolantũ teneriora. Ipsis etiã locis apponenda cerotaria ex meliloto cocto confecta, uel malagmata simplicia: tum lauacrũ atq; uinum adhibendum. Ac si superans fuerit defluxio, quã Græci rheumatismum uocãt simili abstinentia utendũ est frequẽter. Sed frigido atq; obscuro mediocriter loco ægrotantes iacere iubemus, & * abstinendos à potu, quo sitiendo siccentur: uel adstringentis uini parum dandum, cuius usus cùm fuerit permissus, oris collutio frigida ex aqua, paulatim, atq; parua probatur: tum appositio spongiarum ex aqua frigida expressarum, uel pusca, iisdem partibus quæ fluore uexantur, hoc est thoraci, atque gutturis summitati, quam Græci anthereona uocant, nos rumam, aut lanæ limpidæ infusæ oleo * uiridi conueniunt. Dehinc dabimus ore continendam, uel gargarizandam aquam frigidam, uel puscam, aut succum herbæ * calidaris, quam Græci helximen uocant, aut plantaginis, quam

* leniatur
* amylo
* tragacanthi
* in
Vinum protropum.
* πρότροπος, πρόδρομος, οἶνος, πρόχυμα, vinum sponte defluens, antequam vuæ calcentur. Mustũ lixiuium, aut vt lego, musteũ lixiuium Columella vocat. Magna ex parte id olim dulce fuit.
* Andraphaxin
* abstinere
* vel astringentis vini parum dandum, cuius
ἀνθερεών.
* τῇ ὠμοτελλᾶ: è virentibus oleis expresso.
* calycularis: vt pag. 369.

quam iidem arnoglossum uocant, aut uuam lupinam, quam strychnon nominant, aut intybi, aut endiuiæ decoctionem, aut buxi, aut rosarum: item lenticulæ, palmarum thebaicarum, lentisci * uirgultis, aut rubi, * quam bathon appellant, singulis, uel in unum mixtis pro paßionis magnitudine. Aliquando etiam diamoron, siue * diasycaminon, cuius nota compositio, atque Medicaminum libris tradita comprobatur, ex * aliqua supradictorum liquore soluta. Tunc etiam epithemata constrictiua adhibemus, ut est mel decoctum cum alumine schisto, æquis ponderibus: uel aceto, & aloe: aut ex palmulis, & malis cydoniis, & his similibus: item cucurbitam constrictiuam, & electaria, uel catapotia, ut est diacodion simplex, & uinum [a] scuelliticum coctum, donec mellis habeat craßitudinem, solum, uel cum melle, admixto etiam cumino: item creticum uinum, uel passum similiter decoctum, aut tyrrhenum, uel protropum, & omne quod adiuncta dulcedine constringit, ut arteriam leniat, atque desiccet humorem: item mel admixto modico cumino concoctum, uel persicæ * lachrymo, uel plantaginis aridæ contusæ, atque cretæ puluere, uel rosarum aridarum, & aluminis. Item trochisci medicaminis * trigoni appellati. Tum cibi ordinandi supradictis iamdudum temporibus conuenientes, sed constrictiuæ qualitatis, ut est oryza, uel alica ex pusca, uel aqua frigida confecta, aut decoctio palmularum thebaicarum: item oua hapala, uel pultes paruißimo atque uiridi oleo confectæ, & oriza, uel milio, aut pulento frixo, aut alica, aut farre, aut ex amylo, uel ex ges * asteros, & melle decocto admixto * quiddam supradictis, quo coagu-

lentur.

* virgultorum
* quem baton
* Mora Latini vocant, συκάμινα Græci
* aliquo
Alumen σχιστόν.
Aliâs, ethaloo.
ardens.
Forte, squilliticum.
[a] a Sybeliticũ dulce, & omnis mordacitatis expers, vt & Theræum, & Caryinum, ca. 3. lib. 6. Meth.
* lachryma, gũmi quod ex arbore Persica stillat.
* Pastillus trigonus à Paulo describitur. Cõstat, seminis apij, & hyoscyami, sing. ʒ. ij. opij ʒ. iij. anisi ʒ. x. tritis in aqua.
Medicamen Τρίγωνον.
γῆς ἀστήρ.
* astere: aster genus terræ Samię, crustosę, & cotis modo prædensę, * quidem

lentur, & uirtutem medendi maiorem sumant. Item thebanarum palmularum decoctarum admixtione in pulmentis uti possumus, uel ex aridis palmulis pane confecto, & oleo uiridi, atque * rore syriaco, uel aceto, & galla. Ipsa quoque pulmenta, aut cibos aridos dare debemus: tum hapala oua, uel lac, decocta cum amylo ad modum cotylæ unius, uel duarum, quod est pondus unciarum decem, uel uiginti. Dehinc danda olera cõstringentia, ut intyba, plantago, cauliculi: sed hæc omnia cocta, atque aceto condita: tum pisces durioris corporis, atque uolantia non pinguia, * sed magis torrida, uel ex aceto & aqua cocta. Tunc declinante paßione uinum dandum est asperioris naturæ. Dehinc adhibenda gestatio prætecto ore, quo spiratio nulla tangatur iniuria: dehinc lauacro utendum. Ac si paßio tardauerit, superpositionibus ac lenimentis uariata, erit in lenimento adhibenda deambulatio, & uocis exercitium mite: tum leuis unctio, ac defricatio, & cibi ex media materia dandi, scilicet pro qualitate paßionis, solutione aut strictura obtinente, qui erunt quodam profectu augendi, au minuendi, per regulam cycli, usque ad uolantum, atque agrestium, & porcinæ carnis percoctam partem tertiam: sicq; panem ante pulmenti oblationem, si obtinens fuerit fluor, cum aqua dabimus: etiam * uuarum fabrilium, uel pensilium siccatarum acinos, uel intybi thyrsum aceto prætinctum, adhibito lauacro longo dierum interuallo, tum drimyphagia. Dandum etiam * lasar cum aceto atque * liquamine: ac deinde locis patientibus adhibẽdæ cucurbitæ * recorporatiuæ, quas Græci metasyncriticas uocãt, & maximè anthereoni, hoc est thoraci, uel gutturis circulo, quam rumam uocamus:

* Rhoe: vt infrà cap. 13.

Oua ἁπαλά.

* & magis tosta

* fumi vapore siccatarum, cap. 3. lib. 4.

* laser

* Garo, pag. 237.

* quales sint vide pag. 324.

mus: tum resinæ* cabialis, hoc est dicaminis illinimentum uel dropacis: dehinc etiam ex puluere* nitreo lacera fricatio, quam Græci* mixin appellāt, uel smegmata, quorum compositionem Responsionum tradidimus libris, uel* lemnida cum oleo, aut* piretro cum pipere. Item unctiones ex oleo syriaco, & opobalsamo, & laurino, atq; irino oleo, & butyro, & pice liquida* apponenda naribus, atque narium cauernis: Tunc etiā sinapismus, & gargarismata ex sinapi, uel aqua marina, aut decoctione thymi, origani, hyssopi,* glaucij, quod nos pulegium uocamus, & horum* similibus. Dehinc mutatio locorum appetenda & magis mari timorū: tum usus aquarum naturalium, quibus erit caput fouendum. Decessores uero medici, nondum rigore methodico obtinente, in quibus est Erasistratus, secundo libro Salutarium præceptorum, & Asclepiades tertio Celerum paßionum, item Themison Salutari libro, atq; primo tardarum paßionum, quas chronias appellant,* meratum potum dari iusserunt. Ait enim Asclepiades duplicandam uel triplicandam quantitatem uini solitæ temperationis, adeo ut uni cyatho unum admisceri iusserit, quo uini & aquæ quantitas coæquetur. Sed hoc facit in tardante paßione. Etenim recentem atq; nouam curans, libris quos ad Geminiū scripsit salutarium, uinum prohibendum tradidit. Erasistratus uero etiam pileum uini calidi infusione inflatum capiti imponēdum iubet: Lateribus uero ac præcordiis lanas apponendas, uino atq; oleo calido madefactas: Quorum, primo,* neruorum uitiabilis est merata potio, atque capiti faciens inflationem: Dehinc etiam* abstinentis uino, uel solutæ consuetudinis grauabilis: atque noxius est usus pilei uino calido præfusi,

* cadialis, hoc est liquaminis. Cadialē vocat Resinam liquidam, quod cadis adhæreretur.
* Nitri lancinans
* μύξις. σμύγματα.
* lemnistida
* pyretro
* apponendas
* Gleconis
* similium
Erasistratus.
Asclepiades.
Themison.
* meracum
Asclepiadis libri Salutariū ad Geminium
* neruis vexabilis est meraca
* abstinentia à vino, vel soluta consuetudo: relicta vini miscendi ac diluendi.

uel lanæ tinctæ lateribus ac præcordiis circunpositæ, ob * dolorum uehementiam. * Lusius secundo libro Tardarum paßionum, cum de iis quæ faucibus accidunt disputaret, hoc est de supradictis fluoribus, etiam aridam ficum torridam, atque uino infusam ante cibum dari iubet. Siquidem rudis atque noua difficilimæ * sit digestionis. Sed * hinc ait mixtum calidum sorbendum, hoc est, uinum cum aqua supradicta, * meratum. Idem admixtam sandaracham, quæ sit ex oui albore conspersa, in quantitatem oboli unius igni imponendam iubet, uel radicem herbæ * tunsicularis, quam uehion appellauit: tum per infundibulum ore rapere fumum adducto uento imperat ægrotantes, cum sit capiti uehementer contraria supradictorum incensa fumatio. Generaliter autem, atque communi repulsione arguendos Erasistratum & Asclepiadem arbitramur, primo quod nõ uiderint pro paßionis motu in curationibus urgentiora nimis præponenda: Themisonem uero & Thessalum, memorantes constrictiuam * curationem, * libro hæc demetico atque secundo Regulari, quem dieteticum uocant, culpandos arbitramur, quod non uiderint aliquando stricturam fieri superiorum: Item * plurima sulphurosa admiscenda quod satis sit probauerunt, & lanis quibus thorax circundatur, * aspergenda, ordinantes etiam odoramenta yris illyricæ aridæ contusæ, atque eius oleum: item opobalsamum, & * melantium linteolo ligatum naribus frequenter admouendum, & anisum, & cuminum, & rutam, uel destillationem amaricini olei, & samsucum, & styracem, uel ex eo oleum confectum, quod styracinum dicitur: item hedicroum, uel murram cum thure & sulphure, & radicibus

sylphij

* vaporum
* Lucius vt pag. 334.
* est
* dehinc
* non meracũ
* tußicularis, quam Bechion appellant:
* curationem, illũ libro Epistolarũ ad Dimantem, hunc secundo Regulari. Epistolæ Themisonis ad Dimantem citantur. lib. 4. cap. 1.
* plurimũ sulphuris admiscẽdum cibis
* aspergẽdum
* melanthium siue Atriflorũ

sylphij, quæ omnia caput implent, & propterea sunt euitanda magis accesßionis tempore: in lenimento uero ratione recorporatiuæ uirtutis, atque interiectio tempore, per interualla adhibita poterunt adhiberi.

De Tusicula. Cap. VIII.

TVßicula nunc arida, nunc humecta corporibus irruit, multos ac *pingues humores excludens: & quibusdam sola, quibusdam adiuncta respirationis difficultate, quam Græci dispnœan uocant, item sanguinis egestione, aut phthisica paßione, uel horum similibus affectis corporibus. Sed de iis tußiculis quæ aliarum fuerit appendices *paßionum, singulatim scribentes docebimus: de iis uero quæ suæ sunt, atque propria uexatione corpus afficiunt, nunc tradimus curationem: quæ ita erit adhibenda, ut de catarrho scribentes docuimus: discreta *scilicet specie, quo poßint electaria atque pota medicamina, uel catapotia, siue alia quæq; sub regula medicinali recte mederi corporibus. Monendi etiam ægrotantes, ne ultra modum competentem * retinendo spiritum * alterent potius tußiculam quàm mitigent, quod quidem si fuerint moderati, eius motum facilius amputare datur quam nimis spiritum continendo. Tum apponendum per quod æger adducto spiritu accipiat uaporem ex mulso, uel alica, aut succo *ptisanæ: uel eorum quiddam sorbeat: aut ex aqua calida uaporem accipiat. Videnda etiam uua, ne ob tumorem sui, aut indulta laxitate, tußiculã prouocet. Tum gargarismatibus, uel inunctionibus utendum, circa thoracem atq; gutturis summitatem, Græci anthereona uocant. Epithemata etiam apponenda, nunc laxatiua, nunc constrictiua, quorum spe-

* crassos.

δύσπνοια.

* aut pleuritidis, Peripneumoniæ, inflammationis hepatis

* stricturæ atq; solutioni de quibus supra multoties verba fecit.

* Nam detentionẽ spiritus in hoc morbo quidam vtilẽ indicauerunt.

* irritent

* ptissanæ

cies ex antedictis erunt accipiendæ, ne sæpius eadem dicere uideamur.

De Sanguinis fluore. Cap. IX.

SAnguinis fluor occultis ex locis uenies uelut sæpe salutaris est, ita uehemes ingerit periculum, quibusdam extemplo, ob redundantiam fluoris, celerans mortem,* corpore disiecto: quibusdam in postremum effecta phthisica paßione, uulnere non coeunte: siquidem primo tumet, dehinc excoriatur, atque fluidum ex *uapore fit. Sunt autem quæ conuentum siue glutinationem uulnerum impediant, plurimæ, uel innumerabiles causæ. Etenim natura altiora plurimum feruere necesse est, atq; fluida* qualitate manere, & multo uel aßiduo motu pulsari. Obstat etiam, quod occulta, atq; alta, atq; celata sint uisu, & à uicino medicaminum tactu remota.* Frustrantur etenim frequenter eorum illatæ qualitates, priusquam locis patientibus *aduenient, itineris detrimeto, cum non statim, uel extemplo illibata partibus patientibus admouentur. Sunt autem paßionis antecedentes causæ, ut sæpe approbatum est, percußio uel casus, item exclamatio, uel ponderis perferendi conatio, uomitus uehemens. aut Venus plurima, & tußicula perseuerans: item abstinentia hæmorrhoidarũ ueterum, quæ fuerint* inertia amputatæ, nec iuxta methodicam rationem curatæ: item catarrhus. Sed non erit secundum has differentias curationis regula commutanda. Nominatur autem sanguinis fluor duplici significatione, propria, & abusiua. Nam propria est, qua ex supernis partibus labens fluor significatur, ut de capite per sensuales uias: Abusiua est qua etiam ex inferioribus ascendens fluor significatur, ut ex pulmone, uel stomacho, nausea

** uiribus prostratis, & accisis.*

** madore sordescit ac pus reiicit. aph. 16. lib. 7.*

** sanguine multo abundare*

** Diuanescũt hebetantur.*

** adueniant*

** imperitè & ignoranter. Inertia dixit pro citra artẽ*

nausea, aut tussicula exclusus. Improprium est enim fluorem uocare id quod ascensu quodam, non lapsu fertur. Sed hæc Græci uersa uice posuerunt, deriuationem nominis intuentes. Hi enim* anagogen uocant quod magis ex inferioribus ad superiora fluorem significat. Differt præterea fluor sanguinis à sputo, quod neq; fluor sanguinis sputum dici potest. Paruam enim materiæ significationem sputus refert, fluor plurimæ: neque sputus sanguinis fluor est supradicta ratione. Paruam enim materiam sanguinis ex gingiuis, aut uua, aut faucibus emissam, sputū magis quàm fluorem recte nuncupamus.

ἀναγωγή. *eadem ratione vox hæc introducta est, qua & Græcis ἀναφοράν dici posthac scribit, infra. c. 14.

Quot, vel quæ sint differentiæ fluoris sanguinis. Cap. x.

Differētias etiam fluoris sanguinis ueteres quæsierunt. Et quidam aiunt unam solam esse uel intelligi, hoc est uulnerationis, ut Themison libro Tardarum passionum. Alij uero eruptiones, ut Hippocrates, Euryphon. Sed Hippocrates solarum uenarum, Erypho uero etiam arteriarum. Alij duas differentias posuerunt, eruptionis, & putredinis, ut Asclepiades. Alij tres, eruptionis, & putredinis, & osculationis, quam Græci anastomosin uocant, ut Erasistratus. Alij quatuor, adiicientes* expreßionis, siue sudationis, ut Bachius, adserens ex gingiuis sanguinē fluere sine ulla uulneratione, & in curationibus fracturarum sæpe fasciolarum ligamenta maculis sanguinolentis aspersa reperiri. Demetrius Herophili sectator, duas inquit esse principales differentias fluoris sanguinis: unam incisuræ, aliam sine ulla incisura. Speciales uero plurimas, quas principalibus subiiciendas ordinauit. Etenim quam memorat* incisuram fieri, in

Themison. Hippocrates. Erypho. Asclepiades. ἀναστόμωσις. Erasistratus. * διαπήδησιν Græci vocant. Bacchius. Demetrius. Erophilus. * incisura

duas diuisit partes: quarum alteram uocauit eruptionis, alteram putredinis. Eam uero quæ sine ulla diuisura est, in quatuor diuidit partes: quarum unam * uarietate fieri dixit, aliam expreßione siue sudatione: tertiam defectione uel debilitate corporum, quã Græci atoniã uocant: quartam osculatione: uult enim eam differre à supradicta, id est, * expreßionis, quam tertiam nominauit. Osculari * enim inquit corpora nimia plenitudine, siue uirtute medicaminũ osculantium, quæ Græci anastomatica uocant: & magis inquit uenarũ ultimos fines: exprimi * etiam sanguinem, siue excludi per uenarum latera. Alij Asclepiadis sectatores unam esse dicunt differentiam fluoris sanguinis, hoc est eruptionem. Siquidem omnem sanguinis solutionem eruptione fieri Asclepiades memorauit, negantes eam osculationis differentiam, siquidem * sit impoßibile sanguinem crassum * tenera fieri per oscula, uel excludi. Item putredinis esse differentias negant, siquidem * ex iisdem, non * ex aliis locis acrior humor * fieri uideatur. Alij uero eundem Asclepiadem non * naturaliter putredinis differentiam ab Erasistrato constitutam expugnasse dixerunt: non enim ex aliis locis acriore ueniente liquore * pulmonem fieri in putredine accepimus, sed eundem quadam paßione in putredinem, uel acerrimos transire liquores. Nos autem iuxta Sorani iudicium hac quæstione nullis commodis curationes adiuuari probamus: sed dicimus tres esse differentias fluoris sanguinis, hoc est, eruptionis, uulnerationis, & putredinis, siue lacerationis ex tußicula uenientis, sicut operantium manus iugi fricatione laceßiti uulneratur. * Item sudatione sine uulnere, siue ex * uarietate

*raritate viarum fieri vt in fine capitis, raritas vasis ad tunicarum vasis laxitatem pertinet: expreßio ad sanguinis liquidioris & nimis fluxilis tenuitatem.
ἀτονίαι.
ἀναστομωτικά.
* expreßione
* etiam
* enim
* est
* tennia ferri
* ex aliis locis, non ex iisdem
* Nam acer humor qui rodit, in parte quam vlcerat gignitur: qui autem vasa diuidit, & perrũpit, aliunde immittitur.
* ferri
* rationabiliter
* pulmonis fieri putredinem Soranus.
* At
* raritate

rietate uiarum effectus fluor * osculationis differentiam tenet, siue expreßionis, uel cuiuslibet alterius causæ.

*siue osculatione, siue expreßione, siue cuiuslibet alterius causæ ratione, ruptionis differentiã tenet.

Quomodo intelligamus differentiam fluoris sanguinis. Cap. XI.

QVæsitum etiam quomodo supradictæ differentiæ intelligantur, uel apprehendantur. Sed discernuntur hoc modo. Nam eruptionis esse intelligimus fluorem, quoties repente ægrotantes atque * limpidum sanguinem fluunt, nulla querela uulneris præcedente. Vulnerationis uero differentiam dicimus, siue putredinis, uel * defricationis, cum adiuncto humore purulento sanguis excluditur, & non repente uel coadseruatim: præterea antecedente longi temporis, uel multorum dierum tußicula, uel catarrho. Item sudationis dicimus esse, cum nullus fuerit uulneris sensus, aut acceptorum cibo uel potu acriorum materiarum mordicationis affectio. Qui sunt loci ex quibus sanguis fluit? Loci sunt plurimi, summitas faucium, arteria asperior, quæ etiam faux nuncupatur, pulmo, thorax, & membrana quæ interius latera cingit, à Græcis hypozygos appellata: item membrana quæ thoracem à uentre discernit, à Græcis diaphragma appellata, quam nos discrimen dicere poterimus: item stomachus, uenter, & secũdum aliquos iecur, ac lien, & uena maior, quæ spinæ cõiuncta est. Quomodo intelligimus ex quibus locis sanguis feratur? * Intelligimus locos ex quibus * sanguis fluor, uel lapsus fertur, * quod erit aptißimũ, ob adhibẽdã curationẽ iisdẽ, uel eorum uicinis partibus, & nõ, ut quidam existimant, commutãdæ curationis causa, cum generaliter eadem cunctis

*limpido sanguine

*corrosionis, lacerationis, ut pagina præcedente.

ὑπόζυγος.

Διάφραγμα

Discrimen

*Discernimus quidem

*sanguinis

*quoniam est

*probemus
*sanguine

adhibenda * probamus, ijs igitur qui ex supernis faucium * sanguinem fluunt, primo paruus intelligitur ferri, aut si plurimus, non spumosus. Præterea cũ quodam excreatu despuitur: ipsæ quoque partes sumpto cibo, uel potu, aut gargarismate mordicãtis materiæ, dolore pulsantur, & inspicientibus nobis * expressa lingua, uisu locorum probatur asperitas. Plerunque etiam, ut Erasistratus ait, tubercula, quæ Græci condylomata uocant, uisibus occurrunt, quæ* sint similia hæmorrhoidis, ex quibus sanguis fertur, ijs uero qui ex arteria sanguine fluunt, paruus atq; flauus sanguis ferri perspicitur: & sæpe saliuis uel humoribus complexus, in imaginem capilli unius, aut multorum. Sequitur etiam pruritus, ac mordicatio, & magis circa extantiam gutturis, cum quodam titillatu, & tußicula leui: Tum deinde plurimus sanguinis fluor: uox * hirta cum dolore, qui nunc * tactu mouetur, nunc tußicula uehementi: plurimus, tenuis, & spumosus, & plurimum feruens sanguis excluditur, attestante thoracis grauedine, & aliquando dolore, cum uoce hirta, & sæpe * cibo quodam, cum infracto sonitu, eo tempore quo sanguis excluditur, ijs uero qui ex diaphragmate, quod iamdudum discrimen uocauimus, & cætera * prædictos sequentur communia. Sed dolor inferius à pectore fit, rotunditate quadam thoracem pungens. Eos autẽ qui ex hypozygo sanguine fluunt, multa similia supradictis sequuntur: sed dolor secundum latera uel pectus, aliquando etiam inter scapulas fit: ipse quoque sanguis minus flauus, * minus excluditur. In* eos qui ex stomacho* sanguinem fluunt, sine ulla tußicula uomitus sanguinis sequitur, nigri, atque gelati, & nunc solius, nunc cum admixtione cibi,

*depressa

κονδυλώματα.
*sunt

*rauca: obtusa
*titillatu

*tabo

*prædictis

* & minus copiosus
* ijs
*sanguine

atte

attestante dolore inter utrasque scapulas, ad* superiores tendentem, & magis eo tempore quo quædam remordentia transuorauerint ægrotantes. Accedit etiã animi desponsio cum fastidio cibi, & saliuarũ * fluor, & corpore frigido, & pulsu obscuro, uel demerso, ijs uero qui ex uentre* sanguinem fluunt, cum supradictis, quæ sunt cunctis communia, sequitur etiam dolor, & mordicatio, uel tormentum inter præcordia, & aliquando sanguinis particula per officium uẽtris *excludetur. Item ijs qui ex iecore uel splene * sanguinem fluunt, uel ex uena magna, quæ spinæ coniuncta est, ut quidam memorant, sensu loca designantur. Nam in dextera parte præcordiorum*dolorum dolore auriginco sequetur eos qui ex iecore fluunt. Item in sinistra parte præcordiorum hæc accidunt, quoties ex liene sanguis ferri perspicitur: uel secundum spinam, quoties ex maiore uena ferri dicitur. Sed Soranus alta consideratione ex ijs* locis per uentrem, ac per eius officium ferri sanguinem magis quam per os posse credibilius approbauit, ijs uero qui ex gingiuis, uel uua, uel faucium lateribus, uel tonsillis sanguine fluunt, supradictorum nulla sequuntur, sed locorum uulnerationem ore aperto oculorum approbat uisus. Item ij qui ex capite * sanguinem fluunt acceptũ primo, uel exceptum internis uisceribus, * atque ita redditum, si in arteriam defluxerit, excludunt: deinde, cum tussicula, uehementi etiam,* quam de pulmone feratur similitudinem dabit. Sin uero in stomachum defluxerit, uel uentrem, commota nausea uomitur, *etiã quam ex ijsdẽ locis ferri uideatur similitudinẽ* dabit. Sed discerni hoc facile potest, siquidem ægrotantibus feruor igneus ora * pertractans antecedit, & capitis

* superiora tendente
* fluore,
* sanguine
* excluditur
* sanguine
* dolor cum colore auriginoso sequitur in ijs
* Hepate. Splene uena magna.
* sanguine
* ac postea
* quæ ueluti si de
* & etiã tanquam
* dat.
* perurens

grauedo, uel dolor, & extensio uenarum, & magis ea rum quæ tempora uel frontem cingunt. Sequitur etiã faucium titillatus, & aliquando per *narium quædam sanguinis distillatio, uel per eas cauernas quæ ad fauces ex capite descendunt, quod aperto ore, atque *experta lingua uisu probatur, & *uicina loca quoq; sanguinolenta apparebunt. Aliquando etiam * remeantis materiæ causa laxiora * transuorationis efficiuntur loca, & ægrotantes excreatu quodam sanguinem respuunt, accipientes ex supernis, adducto spiritu, ut sæpe muculenta consueuerunt dormientes. Præterea in ore collectus * excitat sanguis: uel transuoratus, & in stomachum, uel in uentrem ueniens premit permanens ægrotantes, aut eiectus releuat: & ij qui passione afficiuntur, acceptis uel transuoratis remordentibus materijs nullam interiorum mordicationem sentiunt, quod necessariò eos qui ex stomacho fluunt sequitur. * Ac si in arteriam flux erit, tußicula rursum excluditur: quo reiecto ægrotantibus tußicula mitigatur. Siquidem nulla inesse uidetur interioribus remanens causa, quæ tußire prouocet ægrotãtes: nisi forte, quod est rarißimum, aliqua corpuscula gelati sanguinis inhæreãt interioribus locis. Itẽ de pulmone fluens discernitur, quod iam præcedente tußicula in fluorem ueniant, inde tußire non desinant. Communiter autẽ, cæteris inter se paribus signis, ex arterijs ueniens sanguis * tenerior, ac rubri coloris, & spumosus esse perspicitur: ex uenis uero craßior, & atri coloris. Hæc est locorum singulatim posita significatio.

*nares
*exertæ
* quia uicina quoque loca
*cõmeantis
* transpirationis
* ad excreãdũ
* At:
* tenuior

De effectu siue exitu supradictarum passionum quem Græci Apotelesma uocant. Cap. XII.

ἀποτέλεσμα.

Quæsi

Quæsitum de euentu, siue exitu, uel effectu passionum. Nam Erasistratus facile curabiles succulentos homines dixit, atque fortes, & paruicolles, quos microtrachelos appellauit, hoc est, qui minimæ longitudinis habent colla: difficile autem curari posse tenues, ac debiles, & porrecta collorum longitudine formatos. In his enim, inquit, summa cum difficultate * sanguis & tußis plurimam per colli longitudinem * tractus, & quod obsident uuida plurimo tẽpore habitudinem gutturis, siue cannæ, quam arteriam uocãt, ob hoc graues atque tardas tußiculas faciunt. Asclepiades difficile curabiles inquit succulẽtos, atque carnosos, ob uehementiam spirationis. Eadem ratione etiam ætates medias, & pueros: celerius etenim inquit spiritũ ferri, & in sputis * perficiendis offensione carnium retardari. Plurimi deinde etiam * affectiones uitæ quæsierunt, & regiones, & temporum annales partes. * Item per putredinem factum fluorem * difficile curabilem dicunt, ab eo qui eruptione fuerit effectus: siquidem putrefactæ partes non * coëant. Nos uero iuxta Sorani sententiam fluores sanguinis alios dicimus esse nouos corporibus atque recentes, alios tardi temporis atque inueteratos: & alios solos, alios cum * tumore, alios etiam cum febricula, & tußicula: & alios iuges, alios dimißionibus intercapedinatos: ordine seruato, aut inordinatos, & superpositionibus ac lenimentis magnis, aut paruis: & detracta uirium fortitudine, * ac seruata. Hæ sunt enim urgentiores differentiæ, secundũ quas diligentiam uariamus curationis, siue * seruata, siue incerto motu existente paßione. Sed difficile curabiles fluores, præ cæteris dicimus tardos magis recẽtibus, ob iugẽ perseuerationẽ: item

Erasistratus
μικροτράχηλοι.
* sanguinis
* tractus est: et quod
Asclepiades
* perferendis
ἐπιτηδεύματα:
* Idem
* uitæ genus: studia in quib. uitã exigimus.
Soranus.
* difficilius
* coeunt
* phlegmone
* aut
* certo

item cum tumore, uel febribus ab iis qui soli esse perspiciuntur. Etenim supradicti spem futuræ conglutinationis negant, & ob * hoc complexioni contraria sæpe adiutoria poscunt, quæ sint * diuersis aduersa: item iuges fluores ab iis qui dimißionibus mitigantur. Etenim graue, atque minimè tutum omne quod nulla fuerit mitigatione uariatum: item inordinati ab iis qui ordine seruato corpus afficiunt. Est enim insidiosa curationi temporum inopinata uarietas. Non aliter etiam superpositione asperati fluores curatione difficiles ab iis qui in lenimento constituti sunt, iudicantur, ob prædictam rationem uulnerum. Item ij qui plurimum corpus affecerint, atque uires ægrotantis insumpserint. Dat * etiam adiutoriis medicinalibus fortitudo corporis uiam. Hæc denique etiam in uulneribus nudis, hoc est, in exterioribus partibus corporis constitutis fieri cernimus, cum iuuenibus, uel ut specialiter dixerim, athletis & laborantibus hominibus facilia uulnera fieri uideamus: senibus uerò, & omnibus imbecillibus, difficilia. Quapropter etiam in * uacuis, uel exercitatis corporibus Asclepiadis dicta minimè conueniunt. Item ulceratione facti fluores difficiles curatione ab iis qui eruptione fuerint * affecti iudicantur. Siquidem transcenso, atque prætermisso initio nouitatis fructu * caruerint, quo facilis glutinatio fieri solet: negat enim tarditas * facultatem. Item eruptione facti fluores ab iis qui sine eruptione fuerint, difficiles sunt curatione. Eius enim factæ glutinationes alterius paßionis initium referunt. Item ex partibus * multis factos fluores, ab iis qui paruo motu agitantur difficiles curatione accipimus. Est enim motus cohærentium partium disiunctio. Item ex

occultis

* hanc complexionem
* dictis
* enim
* nec plethoricis, nec cacochymis.
* effecti
* carent,
* facilitatem
* multū motis

occultis partibus uenientes ab iis qui * proprias tenuerint partes. Etenim adhibita adiutoria occultis uel celatis partibus, uitiata suæ uirtutis synceritate, perueniunt. sanis primò locis excepta, ac deinde transmissa: ij uerò qui ex primis locis fluores ueniunt, indomita adiutoriorum uirtute curantur. Denique à stomacho, uel uentre, aut faucibus uenientes, facilè curabiles approbamus. Etenim pota medicamina patientibus primò locis adueniunt, & non nimio, aut iugi naturæ motu * exercitatis. Ii uerò qui ex hypozygo membrana fluores uenerint, difficiles curatione iudicantur: & magis si ex diaphragmate, quod nos iamdudum discretorium diximus: item ex arteria, hoc est pulmonis calamo. Omnium præterea maximè difficilis atque grauior curatione ex pulmone fluens accipitur, ob iuge spirationis officium. Iis enim qui omnẽ fluorem de pulmone uenientem incurabilem dicunt, assentiendum nõ est. Sed iuxta Sorani sententiam difficilis est eorum curatio iudicanda: quippe cum uulnerationibus thoracis sæpe pulmo penetratus non intulerit mortem, ut iis exclusis uel * cadentibus, febri adhibita decisio in cicatricem uulnera fecerit conuenire, ut omnes approbant Chirurgi, memorantes in bello quendam sagittatum penetrato pulmone conualuisse, sanguinemq; à sagitta uomuisse, nec tamen mortem fuisse consecutam. Hæc sunt quæ de effectu, siue de euentu fluorum credidimus ordinanda. Etenim ex capite ueniens fluor generaliter est curatione facilimus: siquidem non multos sustinet motus. Nunc nobis necessariò dicendum remanet, * ne cui cœnotetesi sanguinis fluor adscribatur. Aliqui etiam Thessali sectatores recenti incisuræ, siue * uulneris paßione subigi dixerunt.

* superficiarias tenẽt: vel vt paulo pòst, primas

* vt pulmone. Referendum hoc ad supradicta: nẽpe ægrè curari fluorem, qui fit ex parte motu iugi & nimio exercitata.

διάφραγμα discretorius.

* vel exeũtibus, obortáque febri adhibita curatio his, nẽpe sanguine puro, tenui, feruido, spumoso,

* num alicui cœ ioteti

* vulneris passioni subiici

dixerunt. Non enim oportet locorum differentia cœnoteton mutare uirtutem. Externam igitur corporis eruptionem recentem dicimus incisuram, quo erit cōsequens, ut etiam interiorum eruptio huic cœnoteti subiiciatur. Sed his respondemus, quòd paßio non chirurgia, sed dietetica traditur curatione. Omne etenim adiutorium, quod adhiberi uidetur supradictis fluoribus est dieteticæ partis, non chirurgiæ. Quapropter * dieteticas scriptores libris regularibus, quos dieteticos uocant, de hæmoptycis scripserūt, quos nos sanguinem spuentes nuncupamus. Chirurgi uerò in chirurgumentis hoc memorare non ausi sunt. Ipse quoq; Thessalus secundo libro Dietetico de fluore sanguinis scribens, nihil in chirurgumentis memorauit. * Et impropriam, quòd sola dieta * curetur, in adiutoriis adhibendis chirurgiæ cœnoteta scribere. Nos uerò iuxta Sorani iudicium, siue in exterioribus, siue interioribus corporis eruptionem factam, recentem diuisuram rectè dici probamus, atque etiam solutionem cognominamus, sed in exterioribus * attentionem recentis uulneris * iudicamus. Hæc enim nos necessariò rapit, siquidem solutioni diuisura * dominetur, & figmentorum uel fabularum coniunctionem ex initio deposcit, atque hæc diuisura aptißima uidetur, quæ non in omnibus * sunt congrua * solutioni. Etenim * sagittarum * diuisuræ laxatiuæ necessariò accipiuntur. Interiorum uerò eruptionum diuisura urgente solutionis cœnoteta ipsam magis cogimur iudicare. Siquidem

* diætetices ἀιμοπτυικοῖ.
* Est verò improprium in eo quod
* curatur
* indicationem ἔνδειξιν
* potius quàm solutionis.
* dominatur, & filamentorum, siue fibrarum
* est
* solutionibus
* membris adhuc infixarum
* diuisuræ
* laxandæ solutiones. Diuisura omnis fibrarum coniunctionem postulat: at non item omnis solutio. Nam sanguinis fluxus qui accidit hærente adhuc sagitta, quamuis solutionis morbus sit, laxandum & diducendum uulnus ostendit, vt telum extrahatur, id quod solutionem auget, & coniunctioni fibrarum contrarium est.

dem prior * oculis occurrit * solutio, ac deinde diuisura ratione atque intellectu mentis apprehendi uidetur. Secundò, quòd cùm sint multæ differentiæ fluoris sanguinis, omnes uni subiici solutioni uidentur, hoc est, eruptionis, & ulcerationis, & sudationis. * Quæ non cogatur. Hæc causa fluoris differentias quærere, aut aliæ cœnoteti eruptionem adscribere, aliæ ulcerationem, & non eidem * sine ulcere,[a] uel ruptione, * uel emißione emissum fluorem. Tertiò, quòd nullo adiutorio chirurgiæ uti * cogamur, sed omnibus congruis solutioni, * qua sæpe consequenter etiam glutinationem partium perfecerunt. Ad summum quidem, est recens incisura siue uulnus cœnotes, sed ex medicaminum regula, quam Græci pharmacian appellant, dieteticæ parti ingesta aptè * curatur: quibus * etiam supradicta paßio curatur, * obstinente iudicio solutionis. Hæ sunt fluoris sanguinis cœnotetes. Eas enim * qui iis cognominari atque conscribi possunt præscripta lectione tradidimus. Nunc curationem necessariò ordinamus.

* in externis vulneribus facilius à nobis diuisura cognoscitur, vt quã oculis intueamur: solutionis verò morbum esse, non adstrĩctionis, haud ita facilè nos intelligimus, quoniam ex Methodi & artis principiis statuendum hoc est. At in internis vulneribus solutio quã sanguinis fluxus ostendit, prior cognoscitur, ex eaq; diuisuram factã deprehẽdimus., cùm in externis potius diuisura solutionẽ denuntiet.

De curatione. Cap. XIII.

OPortet igitur ex qualibet parte sanguine fluentes iacere loco mediocriter frigido, atque obscuro, lecto immobili, & schemate * declinato, ut paulo * promptius caput leuatum habere uideantur, stramentis non nimiè cedentibus, neque calidis, & ut potuerint, uno atque eodem schemate perseuerantes, hoc est, immobiles: præterea animi intentionibus solutos. Vehementer enim * motibus corporis ani-

* magis (sub.) in internis cõsideramus solutionẽ quàm diuisuram.

* Quare non cogimur hac causa.

* siue ¶ a siue * siue sudatione * cogimur * quæ * adnumeratur * medicaminibus * obtinente * quæ in his nominari, eas nempe cœnotetas diuisuræ & solutionis * reclinato corporis * altius * humoribus

morum curæ sæpius turbationes addiderunt. Erunt etiam solo consternenda folia atque rami lentisci, uitis, mali * punici, talliæ, murtæ, salicis, pini, & horum similium, quibus sine capitis iniuria constrictiuus aer *adnatus atque confectus congrue *ægrotantibus inspiramentis inseratur. Non enim cibi atque potus ratio, ac diligentia curanda est, quæ interuallis distantibus adhibetur, quo constrictionis faciant commodum, uel fluentia retineant, potius quàm aer, qui * pausabiliori inspiratione adductus, omni parti atque particulæ corporis ingressu suo fluentia facit cohiberi, miti densitate persuasa. Conuenit præterea, ægrotantes * delatiore lecti sessione * declinari, ut omnifariam immobiles curandi perseuerent: prohibere etiam occasiones, quæ *poterint passionem in commemorationem perducere, ut locutionis, uel uisus: ne aut eadem plurimis *fabulis reuoluendo, aut inspiciendo quæ exclusa sunt, uiso admoniti commoueantur. Conuenit denique etiam sanguineos colores parietum, uel straminum, siue operimentorum declinare. Adhibenda præterea cibi abstinentia permittentibus uiribus, usque ad tertium diem, non ob *relaxanda corpora, sed quo altiora, quorum est officium accepta digerere, immobilia perseuerent. Omnis etenim ciborum * appropriatio motu quodam necessario *perspicitur. Quo fit, ut ea quæ sunt aptissimè* cōglutinãda, motu resuluta differantur. Quapropter ob acceptorum digestionem, *ciborum sumi prohibemus, & abstinentiam utilissimam iudicamus. Prohibendi denique ægrotantes ab officio locutionis, ut si quid uoluerint, usibus nutus, uel scriptura dari significent: magis quando ex pulmonis cannula, quam Græci arteriam uocant, uel ipso pulmone

* punicæ, thaliæ
* inductus
* ægrotãtium
* mitiori, leniori
* in arctiore
* reclinari
* poterunt
* multa oratione, & sæpius repetita sanguinis exitum in memoriam reuocando.
* Nam Methodicis inedia laxat, potus & cibi adstringũt
* accessus, appulsus, vel etiã ὁμοίωσις, assimilatio.
* perficitur.
* conglutinata
* cibum

mone, aut thorace sanguinis nascitur fluor. Conuenit etiam articulorum tenacior ligatura, si fluor uehemens fuerit.* Densitati etenim articulorum patiētes consentiunt partes: item spongiarum mollium, ac limpidarum & leuium, ex aqua frigida, uel aqua & aceto, uel decoctione mali punici, uel rubi, aut lentisci, aut *myrtæ patientibus partibus appositio, hoc est, ex quibus sanguinem ferri agnouerimus. Et erunt hæc iugiter commutanda, ne naturali corporis uapore tepescant. Ac si spongiæ uisæ fuerint ægrotantibus graues, erunt apponenda *ptygmata ex supradictis liquoribus infusa, aut succo plantaginis, uel intybi, aut herbæ *calicularis aut uuæ lupinæ, quam Græci strychnō uocant: uel semperuiuæ, quam aizoon appellant, aut polygoniæ, & acaciæ ex aceto solutæ. Ac si ex capite fuerit sanguinis fluor, erit psilothro * expoliandū: tum fomenta adhibenda ex oleo uiridi, aut roseo, aut lentiscino, aut melino, aut murtino. Sin uero plurimus fuerit fluoris lapsus, radendum caput, atque Gypso illiniendum, uel acacia ex aceto & magis frontis atq; temporum partes. Perseuerāte fluore cucurbita quoq; apponenda, subiecta flamma plurima occipitio. Si autem etiam per nares ferri uideatur, *erunt *stypteria immittenda sicca, uel aceto infusa, uel *alia qualibet ex liquoribus supradictis. Ora quoque spongia ex aqua frigida expressa iugi tactu detergenda. Tunc etiā cataplasmatū adhibendus est usus ex rebus cōstrictiuis atq; epithematibus, quæ paulo post cū suis nominibus ordinabimus. Danda etiā aqua frigida, uel pusca frigida aut gargarismus sine ullo *percussu, quoties ex proximis partibus gutturis sanguinē ferri uiderimus. Ac si per *inferiora, uel altiora ferri sanguinem uide-

* arctationi: & adstrictioni

* murta

* inuoluti panniculi, & multiplices

* calycularis

στρυχνόν.

ἀείζωον.

* capillus detrahendus

στυπτήρια.

* erit

* Alumen

* alio quolibet

* odore graui, & caput feriente

* inferiora, vterum, sedem vrinæ vias: altiora vomitum

rimus, sorbēdos dabimus cyathos duos uel tres. Quod si minime mederi ualuerint, etiam succus plantaginis, aut intybi, uel uuæ lupinæ, aut * polypodij, aut herbæ calycularis, aut rosæ erit offerendus, & neque plurimus iugiter, ne eius percussu partes noceantur, aut liquidorum influxio, quæ quidem sint constrictiuæ uirtutis, redundantia tamen, laxare uideatur: neque rursum longioribus interualis. Sic enim frigus à nobis illatum naturali * uapore obtusum parui temporis * medullam dabit uitiatam, tum tertia die transacta, hora accessionis solitæ articulos leuiter ungimus frigido atque uiridi oleo. Dehinc detergemus faciem quoque, spongia aqua frigida expressa * retangentes: cibum damus paruum, constrictiuum, ut panem ex aqua frigida, uel pusca, aut alicam similiter, uel oryzam decoctione thebaicarum palmularum confectam, uel easdem ex aqua * recenti: aut si plurimum ualere hæc uoluerimus in aqua cœlesti tamdiu coctas donec liquor mellis habeat crassitudinem, aut ex * malis cydoniis. Tunc etiam danda oua tremula ex pusca, aut * rore syriaco aspersa. Dandus etiam panis simplex, aut in his infusus, tum interposito spacio tēporis dandus potus aquæ frigidæ paruæ. Dehinc permittentibus uiribus alternis diebus æger nutriendus, etiamsi nondum repressus fluor uideatur, usque ad id tempus, quo cicatricem firmatam senserimus. Quod quidem Themisonis atque Thessali sectatores usque ad septimum diem * seruari dixerunt, hoc est, trium diatritorum spacium. Vt enim Antipater ait tertio Epistolarum libro ad Gallum scribens, Naturalis est ratio trini numeri, non solum in his diebus, ~~sed~~ etiam in omnibus diatritis. Sed est melius, ut Soranus ait, quoniam non

* polygoniæ, vt supra
* tepore
* medelam
* contingentes
* recentes. Nā vetustæ palmulæ dulcescunt, & minus adstringētes fiūt.
* mala cydonia: tum
* Rhoe Syriaco
Themison.
Thessalus.
Antipater.
* seruandum
Soranus.

non æquali tempore, nec dierum numero cūctis poterit cicatricis firmari soliditas, ob alias causas, & ob fortitudinem corporis, ac debilitatem, pro differentia naturali uariatam, neq; nos unum atq; eundem signare* poterimus finem. Dehinc sequētibus diebus aliqua erunt emplastrorum apponenda, aut epithematū constringentium, atq; frigidantium, quæ sunt plurima particulariter. Etenim Thebaicæ palmulæ uino* acriori infusæ, uel aceto contritæ admixtis malis cydoniis decoctis, aut mali punici corticibus, aut alumine, uel acacia, aut hypocistide, aut galla, aut œnanthe, aut aloe, aut cerotario ex oleo roseo confecto, uel melino, aut myrtino, aut lētiscino, aut œnanthino, aut mixta etiā mastiche trita, aut melle decocto, galla contrita *aut aspera, aut puluere mali punici, uel mannæ thuris admixto alumine* Liparo, quo malagmatis sumant omnia qualitatem tum linteo, uel panno illinita patientibus partibus apponenda: uel illud medicamen, quod libris Celerum paßionum memorauimus, de cardiacis scribentes, & appellauimus diarhoos, uel ex polento, & uirgultis rubi, uel arnoglossæ, aut herbæ sideritis, uel uuæ lupinæ, aut* calicularis, aut anulorum uitis, aut semperuiuæ: item intyba cum pane ex aceto, aut palmulis, aut murtæ mollibus folijs, aut eiusdem semine uiridi, ante cibum offerenda: uel ante cibū dare oportet elixum* aut non coctum panem, & plantaginem ex aceto coctam, & uiridi oleo, asperso* rore syriaco: item bulbi ex aqua & aceto, & *rore syriaco cōfecti dari poterunt cibo. Non aliter etiam cochleæ erunt offerendæ: habent enim quiddam glutinis naturalis* utraq;, & compaginandi uirtutem, cum proficiente curatione. Danda etiam pomorum quædam, ut

* posse
* acerbiori
* & aspersa
* Liparæo in insula lipara confecto. Plin. cap. 15. lib. 35. Medicamen diaroos.
* calycularis
* & non diu
* Rhoe Syriaco
* Rhoe Syriaco
* vtraq; aquaticæ & terrestres: vel Pomatiæ & vulgares: vel nudæ & tectæ.

* tosta præ-dempto

* fabriles vuas vide c.3.lib.4.

* tragacantho

* leniter

* sella

* vulnera.sub.

mala cydonia cocta recenti mulso: uel * torrida præsumpto tegmine, farina consperſa, aut sorba aut mali punici grana, aut * fabrilium uuarum: item uolantium non pinguia, ut sunt pectora turdorum, uel pullorum matrem sequentium, item columbarum, aut phasianorum, aut attagenarum, aut perdicum, quarum erunt murta pectora penetranda: tum etiam porcinæ carnes, cerebrum, pedes, auriculæ, ora, uel auricularum summitates, quæq; fuerint nutribilia, nec tamen difficilia digestione. Dandum etiam catapotiũ ex melle decoctum, sub lingua detinẽdum, singulare, aut admixto gummi, uel * draganto. Etenim sufficienter decoctum mel, sicut in externis corporum, glutinat diuisuras, nõ aliter etiam interioribus mederi necesse est, atq; iam glutinata solidare proficiente curatione. Dabimus etiam uinum, & magis illud quod non fuerit mordicantis uirtutis, hoc est quodam sensu linguam remordentis, tum ad summam paulatim erunt ægrotãtes resumendi, cum præcautione uehementium commotionum. Sunt enim * leuiter atq; sensim mouẽdi, portatoria * scilicet, uel cathedra longiore, & firmato corpore lauandi. Etenim lauacra feruoris causa, atq; motus illati, quod corpora celerato spiritu agitant, recẽtium glutinationum, atq; mollium uulnerum redulcerantia probantur. Cum enim oporteat coherceri atq; densari patientia loca contraria qualitate, necessariò * uexantur feruoris illati causa. Inflata etenim parua ex occasione, atq; turgentia redulcerantur. Præcauẽda deniq; etiam uehementia exercitia, & magis retẽto spiritu peracta: tum utendũ peregrinatione terrena atq; maritima: & si corpus uiderimus non attestante fortitudine augmẽta carnis accepisse, erit abstinentia

nentia cibi imperanda: tum sequentibus diebus paruus dandus est cibus uino detracto. Etenim cicatricis nouitas, quippe * ex uenarum uasculis confecta atque nondum fortificata, si carnis pondere fuerit prægrauata, necessariò rumpetur. Semper autem oportet uentrem mitius emollire. Acriores etenim clysteres incongruis motibus lacerant cicatrices, atque recursum faciunt paßionis. At si uehemens atque plurimus fuerit sanguinis fluor, erunt extendendæ adiutorij uirtutes. Acetum denique * syncere dabimus ore retinendum, uel gargarizandum, aut sorbendum, spreto quorundam iudicio, qui asperum, uel tußiculam commouens, atque fluorem prouocans acetum dixerunt, siquidem etiam gelatum sanguinem soluit. Etenim asperat, uel tußiculam commouet, si iugiter atque immodice fuerit datum. Soluit autem eius percußibilem uirtutem distantia temporum, oblatione uariata, quæ non sensibili tactu, sed * remißibili quadam digestione longioribus actibus immoratur. Item quod fluorem non prouocet demonstrandum non est, siquidem * sit manifestum, in externis corporibus uulneribus constitutis necessariò fecisse densitatem, & propterea conducibilis atque glutinantis uirtutis * fuerit approbatum. Danda etiam acacia aceto soluta, aut pusca, aut ex supradictis liquoribus: non aliter etiam hypocystis, uel licium indicium, aut omphacium, uel balaustium, aut œnanthe, aut polios herba, aut gentiana, aut * macir, * aut * ponticũ, uel * ægyptia spina, quam acãthan uocant: quarũ nunc sunt radices infundendæ, uel decoquendæ, nunc earũ succi uel lachrymæ admiscendæ: siquidẽ * sint frigidæ atq; cõstrictiuæ uirtutis cõuenientia obturamẽta: itẽ * corticis uasculi uetustißimi uini,

*super uenarũ osculis
Acetum.
*synceram
*leni
*est
*fuisse
*macer
*Rhaponticũ
* pastillos ex Aegyptia spina describit Aetius pag. 465.
*sunt
* quidã hic facem interpretãtur. Ego uero, Picem siccam in fundo doliorum uini repertam, eorũ præsertim in quibus uinũ dulce uetustatẽ adeptum est. Eius & Sabinæ puluere curatum Aegyptium quendã fuisse iam ad Hydropis initium perductum Aetius tradit pag. 568.

exusti, & triti puluerẽ asperum tribus cyathis puscæ frigidæ, aut decoctionis, *qua supra diximus, bibendũ *dari, in modũ cochleariorũ duorũ. Etenim constringit cortex inueteratus, & magis antiquißimi uini, *cõmutatus, tarditate tẽporis aucta uirtute. Vtendum etiam trochiscis cõfectis ex supradictis speciebus, item *ex rosæ seminibus *trochiscos, quorum compositionem Responsionum libris, de medicaminibus *dicẽtes, tradidimus: item eo quod appellatur dielectrum, item eo quod œnocraton, & *alia similia, quorum compositionem, ut supra dictum est, Medicaminum libris tradidimus. Ac si coadceruatus perseuerauerit sanguinis fluor, utendum etiam uehementioribus quibus obtusentur altiora, *sua & teneritudinis causæ, tamen erunt ocyus adhibenda, ne paßionis ipsius impetu in manibus nostris uitam linquere cogantur ægrotantes. Prædicto igitur periculo eorum proximis aut ministris, *uel producta uita spem sæpe uanam dederint sanitatis, erũt hæc adhibenda: supradicti corticis cinis exustus cum liquida pice spongiæ impressus: decoctio lentisci, & *roris syriaci, & *elygmatium supradictorum *suorum. Nam hæc conficiuntur hoc modo. *Agmine uitis ustis, & uirgultis, atq; ex eorum cinere confecto *liquamine, scilicet aqua imbriali admixta, quã uulgo cisterninã uocant, dabimus ex ipsa bibendos cyathos tres, uel quatuor, nullis aliis speciebus admixtis. Nam quidã in his, si febribus adficiãtur, etiam uinũ immiscuerunt *uiuidum, uel spongiæ ustæ cinerem, qui conficitur hoc modo. Spongia expreßa aceto, atq; pice liquida madefacta uasculo nouo includitur testeo: tum circuntegitur luto, & usq; eo inuritur, donec carbonescat: dehinc *trita in puluerẽ, ex quo

*quam
*dare oportet,
*potus,
*Pastillos ex Rosis, & ex Succino describit Paulus. Quidam legendum putãt, pastillos ex Rosis, Διὰ ῥόδων, & ex Seminibus, Διὰ σπερμάτων. vtrosq; hic conuenientißimos Paulus descripsit
*trochiscis
*differentes
*aliis similibus
*suæ tenuitatis causa, quæ
*&
*Rhois Syriaci
*ecleima
*succorũ. Alia
*Annulis
*lixiuio
*vuidum: humore multo dilutum.
*teritur

quo cochlearis unius quantitas aquæ uel puſcæ frigidæ mixta datur bibenda: uel ſi uirtutem medicaminis augere uoluerimus, tinctam, ut ſupra diximus, ſpongiã * liquidæ picis puluere bituminis aſpergimus. Decoctio autem lentiſci conficitur hoc mõdo. Eius uirgultorum ſumentes ſufficientem modum, aquæ imbrialis infundimus ſeſtarijs duobus: tum decoquimus: & cum ſemel uel ſecundo ſcatere uiderimus, expreſſas detrahimus lẽtiſci comas: tum liquorem decoquimus, donec ad tertiam partem deducatur, cuius cyathum admixtum duobus cyathis aquæ bibendum propinamus. Non aliter etiam electariorum decoctio conficitur. Ob electarium autem conficiendum erunt ſumenda mala punica recentia uel infuſa, niſi fuerint mollia, quibus cõtuſis atque compreßis, aliquantum detrahimus ſuccum, atque decoquimus, donec mellis craßitudinem ſumat. Et quantum medicaminis uirtutem * tendere uoluerimus, tanto ualentius mala exuccamus, quo expreſſa ultimum atque craßiorem ſuccum dimittant, ut etiam eorum cortex ſi quid humoris habuerit, ſudet. Conuenit etiam medicamẽ, quod Themiſon ordinauit hoc modo. Mali punici partibus duabus aloë admixta parui cochlearis quantitate cum aqua frigida offerenda. At ſi ſolutio perſeuerauerit, addenda etiam conſtrictiua cucurbita patiẽtibus partibus: tum * diæteon emplaſtrum, quod uehementer aſtringit ſuperimpoſitis ſpongijs aqua puſca infuſis, ut ſupra ſcriptum, ciborum conſtrictiua qualitate permanente. Dandum etiam noctis initio medicamen, quod * diaporon appellant, uel diaſycaminon, ſiue catapotia, quæ Medicaminum libris prædiximus. Nunc autem perficienda conſcripſimus hoc modo, Gummi & acacia

* liquida pice

* intendere

Themiſon.

* Dia iteas
Diæteon emplaſtrum.

Dia ὀπώρων.
Medicamen diaporon.
Diaſycaminon.

æquis ponderibus, admixto alumine sciſſo ad duplex pondus, ſunt colligenda decoctione papaueris, & danda quibuſdam in duplicem modum. At ſi quiſquã non plurimum ſanguine fluxerit, nec tamen materia ferri ceſſauerit, conuenit etiam tertia die phlebotomiã adhibere. Etenim ex eo quod ſanguis ferri non quieuerit, maniſeſte conijcimus glutinationẽ non fuiſſe perfectam diuiſuræ, ſiue uulneris partium, & propterea in tumorem ueniſſe perſpicimus. Omne etenim uulnus, quod uſque in tertium diem glutinari non potuerit, neceſſariò tumeſcit. Theſſalum deniq; indigna accuſatione appetitum Sorani ſentẽtia recte purgauit. Tertia etenim die phlebotomandos ſanguine fluentes conſtituit, nutriens conſtrictiuo cibo, non in conſequentia ordinans adiutoria, ſed tanquam complexis paßionibus apta, ut contrarijs contraria obijcere uideatur. Ac ſi etiam intra diatriti tempus fuerit atteſtata partium grauedo, uel dolor, aut ſpiratio difficilis, uel tußicula ſicca, phlebotomare conuenit, atque aërem loci paruißimi* trepidare, & iiſdem partibus lanas oleo calido uiridi expreſſas apponere, uel ob ſanguinis fluorem ea ordinare, quæ glutinare ualent, ſed uirtutis frigidæ non ſint, neque tranſuorationis aſperent loca, nec tumorem commoueant.* Plurima dabimus etiam ſamiæ terræ, quam * ges aſtera uocant, unciæ partem tertiam, cum duobus uel trybus cyathis aquæ tepidæ: non aliter etiam amylum, uel * argallici radicem, atque foliorum eius ſuccum. Conuenit denique ſub lingua retenta eius radicis particula, ſiue amyli, ſiue terræ ſupradictæ. Danda etiam ex gummi ſiue * draganto, & thure, & opio, & his ſimilibus cõfecta electaria. Tunc tertia die accepta diatriti temporis

Theſſalus. Soranus.

*tepidare

* Plurimis

*gen γῆς ἀστήρ

* Symphiti. c.2. lib. 5

* tragacantho

poris obſeruatione, non ſolius fluoris, ſed etiam febrium, erunt ægrotantes oleo calido atque plurimo, & uiridi perungendi. Facies quoque aqua tepida fouenda. Cibus dandus complexioni paßionis aptus, & pultes ex oryza uel alica frixa, ſiue *ſimplici, uel milio, & decoctio Ptiſſanæ calidæ, ſed non oleoſæ, ac potius ſiccæ, uel ex oleo uiridi confectæ, aut cum palmulis, uel amylo, admixto * ges aſteros, aut argallici radice incocta. Cæteris uero diatritis, hoc eſt interuallis dierum trino numero ſeruatis, cogentibus doloribus erit utendum fomentis, atque cataplaſmatibus laxatiuis: tum etiam cum ſcariſſicatione cucurbitis, ſiue hirudinum appoſitione, quas ſanguiſugas uocant: Tum uaporatio ſpongiarum apponenda. Sin uero etiam fluor periculoſus fuerit ſanguinis, cum tußicula uel aſperitate gutturis, erit utendum quidem conſtrictiuis epithematibus, ſed calidis: dandum etiam ſorbendum mulſum ex melle decocto, & à uino abſtinendũ: danda denique aqua potanda calida, ſed paruo modo: tũ ſorbilia, quæ paßioni uirtute apta mederi poſſunt, ut eſt amygdala † ex puſca, in mulſo decocta, quæ abijcienda, & admittendum amyli quantum ualeat mulſum in quandam craßitudinem redigere. Deinde ſimilibus electarijs, atque ſub lingua continendis medicaminibus utemur tempore * amißionis, ut eſt mel atticum admixto gummi, uel * dracanto decoctũ, aut glycyrriza, uel eius ſucco: niſi quiſquam ægrotantiũ hoc improbauerit nauſea commotus, quo eius ſtomachus facile ad uomitum moueatur: item ex lini ſemine trito, & * tracanto drachmis duabus, & amygdalis expoliatis XXV, & ſtrobilorum granis XXX, & oui unius toſti uitello, & amyli drachmis duabus, infuſo

*cruda

*Ge aſtere

† expolita. expoliata, ut paulo poſt.

*remißionis

* tragacantho

* tragacanthi

passo sufficientis quantitatis, quo medicamen electarij craßitudinem sumat. Sin uero etiam rauci fuerint ægrotantes, erit mel decoquendum cum cæteris speciebus singulatim, resoluto* tracanto, ex infusione paßi confecto. Terminatur enim hoc asperitas faucium, & transuorationis partes leniuntur, & tußicula mitigatur, sputaq; sanguinolenta reprimuntur.* Danda etiã noctis initio, nisi febrium obstiterit acceßio, simplex * Diacodion. Continuum uero medicaminũ usum, quæ tußicularia sunt appellata, siue eorũ immodicam quantitatem necessariò fugiendam mandamus. Est enim melius simplicibus atque cõsuetis mederi rebus. Illa enim temporaliter quidem mitigare uidentur tußientiũ motum, sed paßionem totam faciunt deteriorem. * Ac si attestante tumore fluor perseuerans produxerit tempus, in ijsdem perseuerare conuenit, quæ supra memorauimus, admixto etiam lacte.* Si minui tumorem uiderimus, dandum quoque lac amylatum, & panis laganum pultibus infusum, sed ex fermento confectum, quo panis habeat qualitatem, faciat etiam medelam meliorem. Strobilus deniq; cum suis fructibus, quod in semet habeat* resinale, *ptisana decoctus. Dehinc profectu cedente erit panis cum malua decoquendus, sed nõ exquisite conditus, Danda etiam *ptisana cum lenticula, quam Græci* psisanæon uocant, & apponenda extrinsecus cerotaria ex murtino uel lentiscimo, aut melino oleo confecta: tum urgentius augenda resumptio, ut supra demonstrauimus, ita abstento sanguine, quo ad* fiet glutinatio perfecta. At irruente tumore erit conijciendum, uel aduertendum, utrum glutinatio fecerit retentionem,* cum neque grauedo,* neque dolor, aut punctio, uel pulsatio, uel saltus partium, aut exten

* tragacantho
* Dandum
* describitur a Paulo
Tußicularia medicamina
* At
* Sin
* resinale quid dã, ut pag. 389
* ptissana ptissana
* Ptissanophacen
* fiat
* & an
* an

extentio, uel febris cum arida tußicula, aut stridor, aut singultus, uel quæpiam * sanitati impedita * saucietas ægrum sequi uidebitur: * sed sit æqualis, atque ordinata aspiratio perseuerans. Tum si tumoris causa fuerit retentio sanguinis temporaliter effecta, quæ necessariò sordidum atque humectum uulnus efficit, phthisicorum fluorem * pronuntiamus: ac cum producto tempore sanguinis fuerit * ruptio uariata, erit curatio pro motibus temporum uarianda, ut superpositionem emergentem eadem curatione curemus. In lenimento uerò leues atque quietos adhibemus motus, sub magisterio aliptæ uel musici, quo etiam uocis exercitium artificis præcepta moderentur. Cibus dandus ex mediæ qualitatis materia, adhibitis resumptiuis cyclis, in quibus non erunt repentinæ mutationes faciendæ, sed ex mediæ qualitatis materia primus ordinandus est cyclus, dehinc ex uolantum, secundus: tunc ex agrestium, tertius, atque ex porcinis carnibus ultimus. & coniunctis deinde duobus * contiguis ordo dirigendus, atque ita omnibus, & singulis materiarum speciebus erunt magis constringentia procuranda, ut in oleribus intybum, plantago: in marinis squillæ, mulli: in * uolantibus perdices, phasiani, attagenæ: in agrestibus, lepores, capreæ: & si celeriter ægros craßificari uiderimus, erit abstinentia intercalanda: tum uenter emolliendus. Vtendum præterea partiliter nunc aquæ potu, nunc uini leuiter remordentis: deinde ueniendum ad recorporatiuæ curationis materiam, latenti motu adhibita drimyphagia, ex pisce gobione, admixto melle. Dandi etiam pisces, & suis cerebrum, una tantummodo die: interuallatis diebus, adhibitis localibus adiutoriis recorporatiuis, ut dropace, partibus primò, quæ

* sanitatis
* anxietas
* sed & an sit
* fore, ut æger putria & purulenta multa spuat, & phthisicus efficiatur.
* eruptio iterata
* primo & secundo: secundo & tertio: tertio & quarto.
* uolantibus

quæ fuerint remotæ à patientibus, tum uicinis, ac deinde ipsis: addendus etiam ex sinapismo rubor, quem Græci phœnigmon uocant, atque sicca fricatio: tum torrendum corpus sole, quod Græci heliosin uocant: adhibenda quoque paroptesis, & aliquando* sicca cibatio, aliquando cum pane palmulæ offerendæ: & * imitanda consuetudo frigida lauacri, atque potus paruus scilicet primo, ac deinde auctus * suggestione, quo poßint etiam iis ægrotantes uti *partiliter. Facit enim duriora corpora, atque ualentia, acceptorum uel gestorum * differentiæ contrariorũ mutatione uariata, quanquã sint ex eodẽ genere uenĩetia. Vtilis præterea nauigatio approbatur, & peregrinatio: inde enim res salutares uenient. Præcauenda etiam Venus: facilè autem hæc paßio refricatur. Hæc est secundum methodicos ordinata curatio. Apud ueteres uerò dissonantia sunt ordinata. Etenim de schemate iacendi, atque phlebotomia, & ligatione, & constrictiuis, uel frigidis cataplasmatibus, & aceto bibẽdo, uaria disceptatione pugnatum est. De schemate inquam iacendi: siquidem alij supinos iubent ægrotantes iacere, uel super eas partes quæ non patiuntur. Asclepiades * consequenter approbat supra partes quæ patiuntur esse locandos ægrotantes: siquidem cum scriberet necessarias curationes, adprehensa* causa sic fuerit elocutus, etiam sanguine inquit fluentes ita esse locandos.* Siquidem Erasistratus phlebotomari præcepit patiẽtes. Alij uero eius sectatores etiã fieri principaliter damnauerunt hoc adiutorij genus, tanquam uirium uexabile: item plurimi nostrorum, tanquam laxatiuum, & propterea inconueniens fluori sanguinis ex solutione uenienti, & * indignum ad constrictionem. Alij adhibendum

φοινιγμός.
ἡλίωσις.
παρώπτησις.
* absque potu
* ineunda
* potu largiore paulatim cõcesso.
* uicißim, & alternis.
* differentia
Asclepiades.
* inconsequẽter
* causa perficiendas localibus,
* At quidem Erasistratus.
Erasistratus.
* nõ idoneum

bendum probauerunt, ut Hippocrates de morbis scribens: Diocles libro quo de paßionibus, causis, & curationibus scripsit: Praxagoras libro tertio de curationibus: item Asclepiades libro, quo de clysteribus scripsit: Debinc Themison secundo libro Tardarum paßionum: & Thessalus secundo libro regulari: sed adiecta discretione. Etenim si tertia, inquit, die rursum sanguine fluxerint ægrotantes atque plurimo: quo intelligitur tanquam in complexis paßionibus, hoc est, strictura obtinente, faciendum approbasse. Alij uerò omnes statim, atque sine ulla dilatione, phlebotomandos dixerunt, & magis si ex thorace, uel pulmone sanguis fluxerit, uel plurimus, auertendæ materiæ causa, quo patientibus partibus derelictis, aliorsum feratur, hoc est ad eas quæ non patiuntur, uel ob educendam materiæ multitudinem. Deniq; sæpe inquiunt faciendam consuetudinem, si oportuerit, semel, & secundo, uel tertio, quo * recurrens ex brachio, post * abstinentiam sanguis, iterum auocetur, uelut Themison ait, * secundum se, & laxamenti esse, & minutionis, ne initium * toris efficiat. Item ut alij euacuandas * uenas, quò exeant latè celerius concedant atque coeant diuisuræ, uelut Asclepiades, ad minuendum sanguinis cursum siue * spirationem, quibus paßio adiuuatur. Item de ligationibus pugnauerunt. Siquidem Xenophon & Dionysius, & Erophilus primo libro Curationum, & Erasistratus, probant articulorum faciendam constrictionem. Herophilus uerò capitis, & brachiorum, & fœmorum: Erasistratus magis inguinum & alarum. Etenim * laxationem, sensus sanguinis approbat fieri * retentionem. Asclepiades uerò ad ipsum scribens libros Paraceuasticos, ligationem excludit,

Hippocrates.
Diocles.
Praxagoras.
Asclepiades.
Themison.
Thessalus.
* in partem affectam
* suppressa vacuatione, & clausa plaga.
* secandam venam esse
* tumoris fiat
* venas concedunt amplo vulnere, quo latæ existant, nec celerius coeant
* spirationis difficultatem
Xenophon.
Dionysius.
Erasistratus.
Herophilus.
* laxatione
* vacuationem
Libri Asclep. παρασκευαστικῶν.

cludit, eamq; * neque Erasistrato congruam, dicens *osculari nõ posse sub discrimine uenulas, quod Græci diaphragma uocant, * uel misceri eas quæ supra diaphragma esse uidentur. Omnes etiã nostræ sectæ principes id approbasse uidentur: impressa etenim, inquiũt, ligatura uexat, non impressa inutilis esse perspicitur: item Antipater tertio libro Epistolarum, ait, teneri materiam quidem ligatione, sed cùm fuerit indulta, uel relaxata, in repentinum atque immodicum fluorem * ueniat. Siquidẽ abstinentiæ causa altiora * pendendo latere potius, quàm teneri uidentur. Item de * constrictis cataplasmatibus plurimi dissenserunt. Nã Erasistratus hæc approbat: Asclepiades excludit, tanquam materiam imprimentia, uel coercendo in * latum reuocantia. Item acetum alij tanquam tußiculam uel fluorem commouens expulerunt, uel quod duras partes densando faciat. Themison uerò his repugnans adhibendum iudicauit, attestante etiam Thessalo. Alij aiunt eius acrimoniam uel nimietatem temperandam admixtione aquæ. Plurimi uerò contrariarum sectarum etiam clysteres, atque urinales aiunt uirtutes adhibendas. Diocles taurinum gluten bibendum dicit, farinæ concoctum & rubo: uel cum nepita amylum, uel marrubium, uel rosmarinum in aqua pusca dandũ. Motus uerò alij adhibuerunt, non solum fricantes, sed etiam deambulationem imperantes post cibum, ut Erasistratus. Asclepiades uerò de communibus adiutoriis scribens, gestationem in * hæmopticis prohibet. Vtuntur quidam præterea etiam purgatiuis medicaminibus ex * papauere, uel helleboro, aut diagridio, quod Græci scammoniam uocant, ut Diocles: item sudorem mouentibus, & uomitum, ut Praxagoras, qui etiam

* negat esse
* occludi ligatione non
* nec vinciri
Antipater.
* venire.
* suspensa
* constrictiuis
* altum
* hæmoptycis
* seminis papaueris syluestris & corniculati acetabulum ventrem ducit: tantundem verò seminis aphrodis vomitum prouocat. Dioscor. σκαμμονία.

etiam plurima urinalia ordinauit. Sed hæc facilè iudicantur ex iis quæ secundum methodicos tradidimus. Demonstranda tamen eorum contradictio, & breui ratione formanda. Peccauerunt igitur, qui supra patientes partes ægros iacere uoluerunt. Omnis enim impreßio, siue * affectio incongrua glutinationibus approbatur. Ceciderunt etiam falsa intentione decepti, qui non addita discretione phlebotomiæ memorauerunt usum. Non enim in omnibus oportuit prohiberi, cùm fluorem sæpe fuerit uehemens strictura complexa: & si secundum Erasistratum osculatio uenarum ex redundantia materiæ ueniens, fluorem faciat, conuenit uti detractione. Facilè enim corrigi uel reparari parua uirium uexatio potest: plurima tamen ex adiutorio patientibus utilitas fuerit. Neq; item in omnibus * erit approbanda phlebotomia. Nam nullo tumore apparēte uexabilis iudicatur. Etenim corporis fortitudo necessariò depurgatur, & stomachus uitiatur, atque debilitate irruente difficilè coeunt diuisuræ, & eadem patienti uidebimur ingerere, quæ prohibenda suscepimus. Quippe cùm non auersio, sed potius * partitio sanguinis fieri intelligatur, & duplici egestione celerata, nullam * mortis habeat dilationem. Debinc erit anceps, utrum irruente rursum tumore phlebotomandi nécne sint ægrotantes: sed phlebotomati apertißimè interficiuntur: non phlebotomati magno adiutorio priuantur. Ligationes uerò non * tantum ad diuertendam materiam, ut suprà memorauimus, * quantum ad densitatem faciendam adhibendas probamus: siquidem imprimendo coerceant: sed mediocriter * adhibere, ne moderatione cessante, uexare potius quàm curare * uideantur. Peccat etiam Asclepiades, frigida uel

* afflictio. Alij affixio.
* est
* protrusio
* mors
* tam
* quàm
* adhibendas
* videamur.

* enim

* qui putauit his introrsum retrudi sanguinē, & ita uasorum ἀναστό-μωσιν augeri, cuius causa est redundantia.

* profuso

* data

* facere

* subuertunt

uel constrictiua epithemata recusando. Sunt * etiam inconsequentia Erasistrati * placitis, sed officio congruæ curationis efficacia. Nam solutionem constringunt, diuisuras conglutinant, quod ex uulneribus in superficie constitutis, & sub uisum uenientibus usu approbatur, quibus apposita apertißimè profuerunt. Peccant etiam non aliter, qui bibendum acetum negant. Non enim in omnibus fluoribus sanguinis dandum probatur, sed in iis qui * approbato atque largißimo fluore uexantur. In paruis enim aqua frigida sufficere potest, aut admixto paruißimo aceto. At sit tumor fuerit attestatus, ut complexam paßionem demonstret, proculdubio constringentia fugienda, quantum res pati, uel admittere possunt. Est igitur improprium, ut ea quæ incongruè adhibita nocere demonstrantur, etiam cùm necessariò connenire fuerint uisa, prohibenda existimentur. Etenim aduersantia solutioni tußiculam ex fluore uenientem mitigant, atque ipsum fluorem constringunt, & sanguinem retinent cohibendo, & neque noxam inurunt. Siquidem sæpe * reddita per digestionis uias patientibus partibus adueniunt temperata, atque admixta liquidis in alto constitutis: & propterea obtusa uirtutis uiolentia perdurant. Sunt etiam clysteres contrarij. Siquidem commouent corpus, eo tempore præterea, quo conglutinationem * faciendam nitimur. Hac ratione etiā urinalia medicamina atq; uentriflua magis noxia iudicantur. Siquidem turbant atque uexant, & * uertunt stomachum. Item proteruus omnibus uomitus, & propterea contrarius iudicatur. Rescindit enim uulnera, nisi quis eum iam solidatis cicatricibus ob recorporationem adhibendum probauerit. Est propterea

affectatio

affectatio sudorum, quam Græci* aphydrosin uocãt, ἀφύδρωσις.
contraria. Cum enim superflua atq; redundantia tol- * Aphidrωsin
lere uidetur, laxatiuæ uirtutis causa, coeuntia disiun-
git. Item taurinum gluten tensionem atq; duritiam fa-
cit. Motus uero corporis neq; excludendos generali-
ter probamus, neque *approbandos. Si quidem prius * admittendos
quàm paßio declinauerit, requiescere debẽt ægrotan
tes. In declinatione uero * sint mouendi, sed non post * sunt
cibum. Tunc enim ob digestionem celebrandam tem-
pus est quiescendi: quo fit, ut prius quàm cibum sum- *secundo
pserint ægrotantes gestatione sint mouendi,* secunda
etiam deambulatione. Etenim parua* adiectione ne- * concitationẽ
que ulcera refricantur, & in resumptione uirtus
corporis excitatur.

De Phthisica passione. Cap. XIIII.

PHthisis, siue ut plerique appellant phthoe, quod φθίσις.
corporis faciat *defluxionem, siue corruptionẽ, φθοή.
fit frequentius antecedente sanguinis fluore, aliquãdo *dißipationẽ
etiam longi temporis tußicula, siue catarrho, quo tho σύντηξιν
racis* altiora lacerantur, & primo leuius:* tunc ul- * profundæ &
cerata facientia collectionem intrinsecus * quæ cum intimæ partes
siccata fuerint, citius sumit paßio initium. Sed non se- *at cum vlcera fecerint
cundum has differentias erit efficacia curationis mu- * & non siccata
tanda. Siquidem antecedentes causæ, quãquam diuer-
sæ, unam facere paßionem uidentur. Sequitur autem
ægrotantes febricula latens, & sæpe quæ initium de-
clinante accipiat die, atq; ueniente luce leuigetur, at
testante tußicula plurima initio noctis, atq; fine, cum
sputis saniosis, ac paruulis primo, in iis qui non ante
sanguinis fluore uexantur: quæ quidem admixta sali-
ua latere,* secundo autem, etiã plurima ferri uidean- * deinde: dein
tur. Iis uero qui ex fluore sanguinis in istam ueniunt ceps: postea

paßionem primo sanguinolenta sputa efficiuntur, hoc est cruenta, quæ Græci hæmalopa uocauerunt: tum feculenta: dehinc liuida, uel prasina: & in ultimo alba, atque purulenta, dulcia, uel salsa, cum uoce rauca, aut* acuta, & difficultate inspirationis, atq; genarum rubore, & cæteri corporis cinereo colore: item sequitur oculos exoletus aspectus, & corporis tenuitas, quæ nudatis mēbris proditur magis quàm ex aspectu uultus. Quosdā etiā sibilatio uel stridor* thoracis sequitur, & crescēte paßione sudor superiorū partium usq; ad pectoris finē, cibi fastidiū, & maior appetitus sitis, & quibusdam * grauedo uulnerati pulmonis, ut etiā eius expuāt fibras, quibusdā punctio,* ulcera thorace: pulsus debilis, densus, ac deinde formicalis, quem Græci* myrmezonta uocant: Digitorum summitates crassescunt, obuncatis unguibus, quod Græci gryposin uocant. Sequitur præterea inflatio pedum, & nūc frigus, nunc feruor articulorum: nasi summitas pallescit, atq; aurium * laminæ frigescunt. Tunc peiorante passione uentris efficitur fluor albidarum egestionum, & indigestarum, debilitatis naturalibus digestionis officiis. Discernunt præterea plurimi purulentum liquorem, phlegmata carbonibus imponentes, quo exusta probentur. Nam tetri * odoris esse necesse est omne quod natura fuerit mutatū, uelut ex * defluxione carnis ueniens. Item in aquam mittunt ægrotantium sputamina. Etenim naturalia facile soluuntur, uitiata uero atq; mutata, * perseuerant, quadā * tenuitate coacta subsidunt: siquidem* sint grauia, & contra naturam ex defluxione carnis uenientia. Vicinæ atque similes paßiones sunt phthisicæ, syntexis, quam nos defluxionem dicere poterimus, & atrophia, quam nos nutr

Sputa.
αἱμαλωπα.
* clangosa.
* ὄρεγμον uocat libris de acutis. cap. 10. lib. 2.
* grauis doloris sensus
* vlcerato
Pulsus
* myrmecizonta
μυρμήζων.
γρύπωσις.
* fibræ. Eadē voce vtitur pag. 320.
* Aphor. 11. & 12. lib. 5.
* colliquatione putredine.
* perseuerant quidem, &
* ex tenuibus densiora facta
* sunt
σύντηξις.
ἀτροφία.
Paßio
ἐμπυικά.

nutrimenti cessationem uocamus, item empyica passio, siue * anaphoretica, quam nos purulentem, siue *uomisluam dicere poterimus, quod ex uomica interioris *collectionis purulenta per tußiculam * excludunt sputa. Sed hæc discernuntur. Siquidem ex his atrophia longo tempore facit tenuari, nullis etiam attestantibus sputis, sæpe etiã sine ulla tußicula. Etenim longo tempore febricitantes, atque tußientes, * limpidis adhuc sputis affecti, necdum phthisici iudicantur, in phthisicam uero paßionem proni ac decliues esse noscuntur. Item empyica paßio, siue ut supra diximus, anaphoretica, discernitur à phthisica, non aliter quàm ulcerum collectione. Quippe cum empyicos sæpe antecedat pleuritis, uel peripleumonia, & tumor immensus, & febres uehementes cum horroribus frigidis, & inordinatis. Dehinc quod sæpe coadceruata puris copiam excludant repente Empyici, ac deinde egestione facta, febribus atque horroribus præteritis liberentur, ut aut omnino iis careãt, aut ex parte afficiantur: in phthisicis ea quæ supra diximus antecedant, & liquida paulatim, non coadceruata excludantur, & pro modo auctæ paßonis etiã febres augeantur. Communiter autẽ hæc paßio strictura, atq; solutioni erit adscribenda, & subiacentibus *paßioni tẽporalibus * cœnotetis. In quibusdam etiã ulcerum differentias monuimus * promouendas. Sunt enim necessariò intuendæ. * Siquidem complexa sit regulæ, quã diætan uocant tum medicaminum ratio, quã pharma-cian appellant. Deniq; si tumens ulcus fuerit, quod intelligitur ex dolore consequenti, & cæteris tumoris signis, conuenit ægrotanti calidus locus, & abstimentia unius diei: tum fomentatio laxatiua,

ἀναφοριτικά. * eadem ratione vox hæc formata est, qua supra dixit à Græcis vocari τὺν ἀναγογλω pag. 317.
* vomicofluam
* abscessus
* excluduntur
* minimè vitiosis alienis prauis

πλευρῖτις: περιπλευμονία

* paßionis temporalis quæ tẽporũ certis interuallis exacerbatur.
* cœnotetibus
* proponendas
* Siquidem cõplexa est tum

atque cataplasmata, & cucurbitæ appositio cum sca-
rificatione, & uaporationibus spongiarum, & to-
tius corporis perunctione: cibus quoque sorbilis, ca-
lidus, & magis panosus, obseruatis temporibus singu-
lorum adiutoriorum, ut sæpe docuimus: at si tumens
non fuerit ulcus, ob purgationem sordis erunt aquæ
mulsæ cyathi duo uel tres offerendi ante cibum, uel
* tosti — fœnigræci sæpe * torti decoctus succus, sed non ita
* cauebitur — ut uiscosus fiat, quod* seruabitur: Si secundo uel ter-
*lenius bullire — tio*mollius scatere cœperit, deponatur,* quod sit co-
* quoad — lore uinosus, ac deinde uni cyatho liquato admisce-
tur mellis cochleare: habet enim uirtutem fœnigræci
semen mitißimæ detersionis: uel certe mulsum dabi-
mus ex lini semine fricto, atque trito, admixto pul-
uere, aut * liquato linteolo limpido, uel farina* me-
* ligato in lintheolo — regmi. Si autem maior purgatio fuerit facienda, irim
* immersa — illyricam atque * herbum dandum probamus. Opor-
* eruum — tet etiam * herbum rubrum aquæ infundere, donec
* eruum — infletur: tum testa calefacta atque ignita molere, te-
rere, ac deinde tum tenuißimo cribello eius pollinem
mulso aspergere in cochlearij quantitatem: uel ex
melle decocto electarium facere, admixto scilicet pol-
line supradicto. Sed propter uehementiam * herbi,
* erui — erit coniicienda sordis magnitudo, ut si fuerit putruo-
δυσώδης — sa, quam Græci dysoden appellant, tum solo * herbi
* erui — polline* utemur: Sin uero non ita fuerit cogens cau-
* vtamur — se admixto sesamo* iri illyricæ æqualis ponderis, aut
* iridi — superantis, pro paßionis magnitudine. At si pluri-
mum putruosum apparuerit ulcus, ex iis quæ ferun-
* erui — tur, non solum per os conuenit * herbi pollinem da-
ri, sed ex ipso confectum etiam cataplasma cum ace-
to atque melle extrinsecus apponere. Tunc etiam

lenticu

lenticula ſimili uſu adhibenda probatur. *Et præ- * Eſt
terea purgatiuæ uirtutis ariſtolochia & dracontia
herba, ſiue quæ appellatur aron. Eius generis etiam
marrubium approbatur, quanquam ſit ſtomachi ue-
xabile, purgatiuæ tamen uirtutis. Oportet autem eius
manipulum tribus aquæ ſextariis decoquere, donec
ad tertiam partem redeant: tum marrubium detra-
ctum proiicere, atque admiſcere mellis boni libram,
& rurſum decoquere, donec ad ſuam ueniat craßi-
tudinem. At ſi marrubium uiridius fuerit, tundendum
atque exuccandum, & in unum cyathum ſucci libra
mellis miſcenda, & ita decoquenda: aut aquæ ſexta-
rij tres decoquendi, ſiue admiſcendi, donec mellis craſ-
ſitudinem ſumant. Faciūt etiam ex ſtrobilis, & amy-
gdalis, & lini ſemine, uel ſupradictis, electaria: item
ex amygdalis, & *ptiſana cum melle & lacte ſor- * ptiſſana
bile medicamen, & primo cum pane *acceptum in- * accipiendum
fuſo *melle: tum etiam ſingulare ſorbendum, paruißi- * melli
me, ad modum unius cyathi uel duorum: dehinc plu-
rimum, longe ante tempus alterius cibi: quanquam ſit
in quibuſdam hoc ſolum cibo ſufficiens. Etenim copus
nutrit, & uulnera reterget, & cruentos, uel purulen
tos iuuat. Dehinc cum tenuia ſputa ferri uiderimus,
facit etiam ſtrobili decoctio, quæ conficitur hoc mo-
do. Viridem ſtrobilum ſumentes, fructuoſum, qui in
ſemet habeat quædam reſinalia, *quem tribus ſexta- * aquæ
riis immixtum decoquimus, donec pars dimidia liquo-
ris inſumatur: tū detracto ſtrobilo erit reſiduæ parti
liquoris miſcēda mellis libra, uel glycyrrhizæ: *Tūc *tum deco-
decoquendo donec craßitudinem ſumat. Conuenit etiā quēndum
ex *ſquillitico uino electarium confectū, *ex quo erit * Scybelilito
ſextarius unus libræ mellis admiſcendus, & gummi * in quo

uino perfusi selibra: tum decoquendum mel donec uinum insumatur. Potest præterea etiam melilotum linteolo ligatum tempore decoctionis immitti: item succus glycyrrhizæ simili modo, atque eodem tempore misceri probatur. Conuenit etiam* Diocodion medicamen cochlearis quantitate sumptum, uel butyrum cum melle in electario datum, & præterea purgatiuæ uirtutis atque siccatiuæ hoc medicaminis genus: marrubij succi uiridis sextarij tres, mellis libra una: quæ cum fuerint coctione crassificata,* iris illyricæ immittendæ sunt drachmæ duæ. Sed oportet neque semel, atque eodem tempore omnia hæc ægrotantibus dari. Varias etenim materias posuimus: siquidem iugis speciei unius oblatio satiat ægrotantes, & propterea recusatur, neque accessionis tempore hæc danda mandamus. Quapropter* uni etiam cætera in curationibus monemus intuenda, quo purgato ulcere humanioribus cibis utamur, hoc est ex mediæ materiæ qualitate. Conuenit interea motus latens, pensili primo lectulo, uel cathedra longiore, atque in uicina porticu.* Adhibita etiam perunctio primo sedenti, ac deinde recepta fortitudine stanti: purgato ulcere damus uinum album, atque lene, mediocriter remordens. Tum lauacrum adhibendum, quando etiam sicca conuenit cibatio singularis, uel cum palmulis thebaicis: & pulmentum in cibum * dato: uel arnoglossa herba, & uolantum non pinguia: item sub lingua amylum* datum, quod* retentum defluxionem ne ueniens subiectis partibus patientibus irruat, & paulatim adiuuat cicatricem: uel mel decoctum simili modo* datum, aut paruo amylo admixto: Tum etiã trochiscus, qui appellatur *trigonos, uel mel uino remordenti admixtũ, * parti

*Diacodion
*iridis
*vnicè
Lecti pensiles
*Adhibenda
*datum:
*dandum
*retineat
*dandum
* uide supra pag. 351.
τροχισκὸς.
τρίγωνος.
*pari

suæ

ſuæ quantitati, & decoctum, donec * incoquatur uinum: tum etiam antidotum, quod appellatur theriaca, & mithridatios, quæ in ſemet habet ſiccandi atq; recorporandi uirtutem: item * zopirios: & * dieriſimus. Apponenda præterea extrinſecus emplaſtra, quæ in cicatricem ducere ualeant, ut eſt * melinon, ac deinde ſic cantia magis. Tum cum firmum apparuerit, lenimentum, erit * amitaonion imponendum uel * polyarcyon malagma, admixto * cerotario ex oleo cyprino * confecto parte tertia: ſiquidē hæc ſingularia primo tempore ægrotantes ferre minime * poßint. Tunc cyclica regula adhibenda, ſed quæ non repentinas habeat ordinum mutationes. Denique nunc uinum, nunc aquam potare permittimus, iuxta cycli rigorem. Danda etiā drimyphagia, quam deſpuentibus ſanguinem memorauimus. Adhibenda etiam localia adiutoria, ſimiliter cucurbita, dropaces: & ſympaſmata: & paropteſis: & ſinapiſmus, & bibendum medicamen, quod * diapipereon appellatur. Valet enim calloſitatem ulceris tenuare, atque ſiccare. Fugienda præterea bibendi medicaminis ſatietas, & eligendus conſuetorum uſus. Magis ſiquidem inſueta materia uexatus ſtomachus, atq; faſtidio ſupinatus * prodat ægrotātes. * Et propterea uehementer utilis naualis geſtatio, atque longa nauigatio, lectio, uocis exercitatio, & omne quod dare corpori fortitudinem poteſt. Veteres autem medici alij nihil de iſta paßione memorauerunt. Sed Diocles libris, quibus de paßionibus atque cauſis, & curationibus ſcripſit, iubet initio cibos detrahi, nihil de fine abſtinentiæ ſignificans aut quouſque ſint ægrotantes retinendi: tum ſudores commouendos, quibus neceſſariò uires auferuntur, & neque hoc quemadmodū faciendū

*inſumatum
*hanc Paulus deſcribit
* dieriſimum.
* Deſcribitur ab Aetie.
* Amythaoniū emplaſtrū deſcribitur à Paulo
* Polyarchiū deſcribitur à Paulo: & Celſo.
*cerotarij
*confecti.
*poſſunt
συμπάσματα.
παρώπτησις.
* vel Dia δυοῖν πιπέρεων, vt pag. 415.
vel διὰ τριῶν πιπέρεων, vt cap. 10. lib. 5.
*prodit
*Eſt præterea
Diocles.

ἀνακοιλιασμός. sit ordinauit. Vtitur etiam * anacœliasmis, quorum qualitates non memorauit, adijciens uerrendum, siue

* medicamẽtis quæ supra uentristua dixit pag. 384.

deducendum à pulmonibus humorẽ, quando fuerat mitigandum potius ulcus quàm repurgandum: item uomitum ex oxymelle adhibendum, * quo corpus desijciendo ulceratas lacerat partes: atq; hoc iugiter, & post cœnam faciendum probat: dehinc proterua mentis cæcitate deceptus etiam psichrolusian imperat adhibendam, & allium dandum, quod necessariò * uexet ægrotantes inflando: tum uino flauo utendum, siue nigro, & * propterea duro, atque post prandium deambulatione uexandos imperat ægrotantes, & nulli adiutorio sua tempora reddenda perspexit. Praxagoras secundo libro curationum, ijs qui pulmonis ulcere afficiuntur initio helleborum probat, atque sitim faciendam: tum resumendos: nõ aduertens primo resumptione, tum helleboro utendum, quo poßint eius laborem perferre ægrotantes. Ad summam, non resumpto uiribus deficienti helleborum non conuenit, Resumpto autem, uel fortificato exclusa * phthisica paßione comprobatur, & propterea usus hellebori recte prohibetur. At Themison secũdo libro Tardarum paßionum quædam recte, quædã caduca proteruitate cõposuit, ex quibus est etiam * pendentis thori gestatio, quo plurima parte diei ac noctis motu exerceantur ægrotantes, cum necessariò acceßio uespertino tempore aspetetur, atque luce surgente leuigetur: quo non solũ laboriosus, uerum etiam intemporalis, & inordinatus motus ab eo adhibitus probatur. Etenim initio lucis, & dimißionis tempore nutriri cibo conuenit ægrotantes. Est etiam noxium allium, quod imperat dare: siquidem inflationem maximam facit. Vnctio item ex feruen

ὀξύμελι.

* quod

ψυχρολουσία.

* exeat

* præterea

Praxagoras.

* quæ uomitione ab Helleboro incitata, ac ulcere propterea irritato, nocentior & deterior fit,

Themison.

* pendẽte thoro

Allium inflat

feruentibus adhibita uirtutibus, quam circa uesperam
probat adhibendam, cruribus atque brachijs cōtraria
iudicatur: tunc enim febres ardescunt. Imperat præ-
terea inter duos uel tres dies ægros lauandos, cū cor-
pus elimatis uiribus debiliter lauacri frequentia, &
sordidet atque humectet ulcera. Præterea * herbum, *eruum
dehinc intybum, & plantaginem dat, cum sit horum
usus differentia temporum * separatus. Herbum enim * separandus. Eruum
purgationis adhibetur causa: frigerantia uero cicatri *Idem
cis obducendæ. * Item imperat ulcera facienda extrin-
secus, ijsdem quibus intus inesse senserimus, quod est
pernitiosum. Putat enim auersione humoris facta ad
exteriores partes altiora ulcera præsiccari, & pro-
pterea diutißime differendam ait sanitatem exterio-
rum ulcerum, donec * illa clauduntur. * Imponenda *alteriora claudantur.
nanque ait emplastra, quæ humoris prouocant deflu- *ulceribus extrinsecus factis
xionem, cum humoris defluxio iuxta * sapientia placi
ta nullius commodi teneat fidem: sic etiam plurima lo *sapientum
calia adiutoria adhibenda conscripsit, quæ multo tem
pore * magnificas ulcerationes, hoc est, quas nos ex- *manificas. χειροποιητὸς.
trinsecus infiximus, in cicatricem uenire * cohibeant, *prohibeant
impediens plurima quæ congrue adhiberi possunt, ut
defricationes, dropaces, cucurbitas, sinapismos,
paroptesés, & alia quæ cum uehemen- παρόπτησις.
tißime prosint, ulceratione cutis
præfecta adhiberi non
* poßint. *possunt.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBER TERTIVS.

* * *

De Suſpirio, ſiue anhelitu, quem Græci Aſthma vocant. Cap. I.



Nhelatio, ſiue ſuſpirium ab accidenti nomen ſumpſit. Vocatur præterea ſecundum aliquos ſpirationis difficultas, quam Græci dyſpnœan uocant, ſiue orthopnœan: ſiquidem ſeſe præfocari ſentiunt cum iacuerint ægrotantes, atque erecti facilius* ſpirent. *Itē, ut alij dicunt, contrario uocabulo ſuæ uirtuti nomen accepit. Nam cum * ſui ratione conuertat ac deprauet, tanquam corrigat, orthopnœa nuncupatur, quam nos ſpirandi dicere correctionē poterimus. Multa enim contrariæ interpretationis uocabulū ſumpſerunt, ut* fella, quæ Græci glycea uocant, uelut dulcia, cum ſint amariſsima. Grauat autem atq; premit hæc paſsio magis mulieribus uiros, & iuuentibus ſenes, atque pueros, & durioribus natura corporibus teneriora, hyberno atque nocte magis, quàm die uel æſtate: in quibuſdam ex initio generatur: in quibuſdam perfectis irruit paſsionibus, ſed magis ex profundo frigore ſequitur patientes ſpirationis difficultas, & *frequēter natura, celerior magis quàm tarda: item

δύπνοια. ὀρθόπνοια.

* ſpirant.

At vt

* ſpirationē euertat

Fella γλύκεα.

* Plin. cap. 10. lib. 27. Holoſteon ſine duritie herba eſt, ex aduerſo appellata a Græcis, ſicut fel dulce

* frequentia maturans.

item præfocationis sensus secundum thoracem, atque grauedo, & feruor igneus: item enteron ad superiora conductio, & cùm paßio uehementescere cœperit, stridor, atque sibilatio * pectoris, cum uocis debilitate: tum extensio colli, atque uultus, cum rubore, & oculorum suspenso * attentu: iacendi potestas schemate supino: tußicula nunc orida, nunc uuida, cum sputis tenuibus, & spumosis, aut craßis, & uiscosis, & sudoribus, & calore morbido, atque pulsu humili. At si grauior impetus superpositionis fuerit, ora ægrotantium liuescunt, * & quidem excluso per nares humore mucilento, releuantur, atque præfocationis carent metu, quod non aliter cedit, etiamsi per oculos lachrymarum fuerit fluor. Variantur autem tempora passionis superpositionibus & lenimentis, & nunc limpidis atque synceris, nunc sordidis, & paßionis tractibus implicatis, ut etiam tunc leuis difficultas inspirationis inesse uideatur, quæ facilè prodetur, si ægrotantes itinere ascensibili gradiantur, aut ocyus pergant, uel indigestione, aut usu uenereo affecti, uel frigore, atque puluere, siue fumo grauentur. Differt autem hæc passio à peripleumonia, quòd neque cum febribus necessariò fiat, & semper tarda esse uideatur. Item secundum aliquos discernitur ab orthopnœa. Siquidem hæc cum stridore atq; præfocatione asperatur: orthopnœa uerò cum * thoracis euersione atque singultu, aliquando etiam cum sanguinis fluore. Item secundum aliquos magnitudine discernitur. * Vehementem enim dicunt orthopnœan supradictis paßionibus. Sed est melius, ut uno atque generali concursu, paßionum potentiam iudicemus, ut nunc uehementem paßionem dicamus, & magis acceßionis tempore, nunc leniorem, &

m agis

ἔντερα.

* ὀξγμὸς cap. 10. lib. 2. Acutorum.

* obtutu. Alij intuitu

* cum enim per nares id exit, auertitur humor in pulmonem fluxurus, & intercipitur, aliaq; via reiectus periculo suffocationis liberat.

περιπλευμονία.

* stomachi

* vehementiorem

magis dimiſsionis tempore. Eſt autē paſsio ſtricturæ, quapropter conuenit, ut mox corpus inuaſerit, ſiue cū repetendo ſuperpoſitionem aſperauerit, iacere ægrotantes altioribus ſtramentis, thorace atq; capite ſubleuato, loco lucido, atque calido mediocriter, adhibita requie, & abſtinentia cibi uſque ad tertium diem, ſi uires permiſerint: pectus tegendum lana, atque fouendum oleo dulci, calido: * adhibita quoq; articulorum blanda calida manu fricatio, ut etiam tenendo * medeamur temporibus admotis tempore quo acceſsio uehementeſcit: * & cucurbitæ leniſsimis raptibus detrahendæ. At ſi præfocatio coëgerit, & uires permiſerint ægrotantis, adhibenda phlebotomia, & diatriti tempore, unctione antecedēte: ſorbilis, atque calidus, & uarius in dimiſsione offerendus cibus, atque alternis diebus, donec paſsio declinet. Sin uero imbecilles uiribus fuerint ægrotātes, diurnis diebus dabimus cibū: ſed ea die qua abſtinere oportuerat, paruum. Ea uero qua dare licebat, paulo plurimum. * Sin uero officium non agnouerit, ſimplex clyſter adhibendus, & ante cibum mulſæ ex melle deſpumato duo uel tres cyathi * præbibendi: cataplaſma laxatiuum, atque cucurbita cum ſcarificatione adhibenda thoraci, & * in utraſq; ſcapulas, ac magis paulo inferioribus locis, quo ſine ulla quaſſatione partium, eius raptus efficiatur. Tum uaporatio ſpongiarum, atque cerotarium, & malagma quod diachylon appellant, uel * mnaſeum: Atq; ita lauacrum, & uinum, & uarius * reddendus cibus. In lenimento uero ſi paſsio tardauerit, erit adhibenda reſumptio, geſtatione, uocis exercitio, deambulatione, unctione, fricatione, corporis retēto ſpiritu: tum lauacro, atque cibo ex pulmētis mediæ qualitatis: Dehinc ad

* adhibenda
* premamus. Sic tamen legitur pa. 401.
* ſunt &
* Si venter
* præbēdi: tum
* inter ſcapulis
* deſcribitur a Paulo. μάλαγμα. διάχυλον. μνάσειον.
* dandus

ad recorporatiuam curationem transeundum. Adhibenda drimyphagia, atque cæterarum transitus mutationum, quas sæpe cyclos ordinantes docuimus. Tum etiam ex radicibus uomitus, uel si paßio coegerit, etiam helleboro prouocatus. Iubemus præterea acetum * scilliticum ægrotantes ante cibum sorbere, uel cum aceto nitrum, siue laser, aut hyssopi decoctionem cum fico contriti, uel nucleo pineo, quem Græci * pityda uocauerunt, admixto mulso: item abrotanum tritum cum sulphure, atque aceto ex * mulso confecto, uel urticæ semine, aut * radicum, & horum similium electariorum, ut est melli admixta resina terebinthina, aut * cartamum, quod nasturtium uocamus, aut sesamum cum aloe, & amygdalis amaris: aliquando etiam pipere, uel oui uitello: uel illud electarium quod * diascylles appellamus, cuius confectionem de Medicaminibus scribentes tradidimus. Tum etiam cucurbitæ recorporatiuæ adhibendæ thoraci, atque * interscapulo: dehinc dropax, paroptesis, heliosis, sinapismus, acopa, recorporatiua malagmata, ut est Diadaphnidon, uel Dialoe, uel * Diaeuphorbio: dehinc nauigatio atque peregrinatio terrena, & potio theriacæ antidoti, & aquarum naturalium usus, quarum præstant in Italia * cotyliæ appellatæ, * siue albæ, uel nepesinæ: tum etiam cataclysmus, hoc est, aquarum illisio supernè, iisdem locis qui patiuntur. Vtilis deniq; maritima, & plurima mare tenus conuersatio, atque consuetudo frigidi lauacri, quam * psichrolusian appellant. Aliqui autem aduersarum sectarum principes etiam dauco cum aceto & melle ægros potauerunt, siue * iri cum mulso, & uentrem plurimum deduxerunt, dando de diagridio, quod scammonian Græci appellant

* scylliticum
* pityida
* melle
* iridem, & horum similia electaria
* cardamum
* DiaScylles
* interscapulis
* Dieuphorbium
Balnea in Italia.
* cutiliæ
* siue albulæ, siue nepesinæ
* psychrolusiã
* iride

pellant, obolos tres, cum duplici pondere aloes siue hieræ, quam catharticam uocant, uel ammoniaci salis obolum, siue opopanacis simile pondus, uel * cneoron, aut polion herbam, uel peplion, aut calchanthum, uel thapsian, aut asininum lac, & castoreum, non solùm lenimenti tempore, sed etiam in augmento, siue superpositione paßionis. Alij uerò etiam urendum thoracem, uel caput crediderunt. Themison quoque secundo libro Tardarum paßionum in quibusdam eisdem *compeccasse uidetur, cùm plurimum uentrem purgãdum credidit ex diagridio, atque in ipsa acceßione. Vtitur præterea cõstrictiuis, atque his acrioribus, & imperat dari * tapsiæ succum cum opopanace, aut sagapeno, ex quibus stomachus necessariò uexatur. Hic denique erit memorandum, * quia potis medicaminibus non sine cautionibus utendum est, ut neque eorum plurima satietate uexandi ægrotantes. Item in impetu uel asperitate paßionis recorporatiua adiutoria prohibenda. * Erit enim cœnoteta consideranda, qua facilè medicamina qualitatis ratione accedente * correctius approbamus.

* thymelæam
συνεμαρτάνειν
* thapsiæ
* quod potu medicaminum
* Est enim cœnotes
* conuenientiora

De stomachicis. Cap. 11.

A Parte corporis quæ patitur stomachica paßio nomen accepit, sed non omnis stomachi querela illico paßio nuncupatur, nisi fuerit ex multorum concursu signorum, & perseuerantia confecta, atque corporibus tardans, repetendo superpositionibus & * lenimenta. Plurimi igitur singulatim speciales curationes eius tradiderunt, nunc de stomachi duritia dicentes, nunc de uentositate, de rheumatismo, & debilitate, & horrore ciborum, & fastidio. Themison quoque primo libro Tardarum paßionum * solutionem circa

* lenimentis.
Themison.
* solutionem vocat cœliacũ morbum

stomac

ſtomachum appellauit rheumatiſmum, ſecundo libro ῥευματισμός.
uentoſitatem. Theſſalus ſecundo libro regulari curationem ſeparauit ſoluti ſtomachi atque inflati. Nos uerò communiter ſub una propoſitione de omnibus dicere curabimus, qua, uentoſitatem uel ex tumore duritiem confectam ſtricturæ iungimus: faſtidium uerò, ſiue horrorem ciborum, & corruptionem * ambiguam, utriſque principalibus * paßionibus ſubiicientes. * nidoroſam, & acidam * ſtricturæ & ſolutionis Antecedentes cauſæ quæ ſtomachi paßionem faciunt, cæteris quoque paßionibus generandis communes eſſe probantur, ſed magis * iſta iugis indigeſtio * iſtam parit, ſiue poſt cibum * genitus, & perfrictio profunda: * vomitus item mœſtitudo, & medicaminis inſueti potatio. Sequitur autem in paßione conſtitutos acceßionis tempore animi defectio, articulorum frigidus torpor, aut uariatus per membra acrior naturali feruor, qui magis medias teneat manus: tum roſcidus ſudor, & animi anguſtia, iactatio, anxietas, ſiue * concatenatio * contractio mentis, & deſponſio, coloris mutatio, pulſus paruus, celer, imbecillus, corporis tabes, cibi faſtidium, uel maior ciborum appetitus: tum corruptio acceptorum cum acore uel in * bromoſam, uel * fumoſam tranſeuntium qualitatem: * cœnoſam, putidam * nidoroſam Quibuſdam etiam uocis amputatio, & dentium * confrictio, ſiue concubitus: * contritio inſeparabilis capitis grauedo: aurium tinnitus, quibuſdam ſitis inſatiabilis, & cùm in acceſſu tumor maior fuerit excitatus, oris ſiccitas, & ſaltus ſub præcordiorum partibus: tum dolor in eadem parte, aut etiam inter palas tenens, ſiue * latius, cùm ſe tremor uberior * infuderit: * latior * diffuderit dehinc tranſuorandi difficultas cum præfocabili ſenſu. Quo denique commoti quidam noſtræ ſectæ principes, Epiſtolarum libris hoc accidentiæ genus

*ſtomati

* ſtomaticam ſynanchen uocauerunt. Dureſcente autem ſtomacho ſine ullo feruore atque dolore, cætera communia ſigna ſequũtur: tum igneus earundem partium ſenſus, & magis inter palas, ſi omnis aruerit ſtomachus: ſin uerò in ſuperioribus, erit tranſuorandi difficultas, donec ad eius fundum accepta perueniant: aut ſi in * eodem fundo, quem Græci baſin appellant, fuerit durities, erit tranſuoratio facilis, ſed poſt eius perfectionem grauatio ſequetur, tum durities, atque extantia in interioribus præcordiorum. At ſi uentoſitas fuerit ſtomachi, tenſio ſequetur inflatione coniuncta: tum capitis plenitudo cum * oppreßis atq; iugibus ructationibus, * teſtante grauedine, quæ magis accepto cibo ſentiatur. Tum ſonus in interioribus liquidorum tanquam ſemipleni folliculi, errante uento per innania: atque * ita tenſione laxata * erunt ructatione * releuandi. * Et ſi etiam inteſtina fuerint * conflata, rugitus interiorum ſequetur, quem Græci * borborigmon appellant. At ſi ſolutio fuerit ſtomachi, quam rheumatiſmum uocauerunt, ſequitur ſaliuarum fluor, & quibuſdam iugis ſputus, & oris humectatio nauſeabilis, cum mordicatione interiorum: quibuſdam plurimus uomitus craßioris, uel tenacis, aut fellei, & * praſini humoris, uel alterius cuiuslibet ſubſtãtiæ circa ſupradictos colores. Sin uerò occulta fuerit ſolutio, quam Græci adelon appellat, aut * immenſa ſigna uideantur, quæ Græci logotheoreta uocauerunt, ſequitur debilitas pulſus ægrotantis, & ueluti ſtomachi pendentis atque trementis ſenſus, marcor ac defectio animi, quam Græci lipothymian uocant, quæ ſumpto cibo temporaliter depellitur reſumptione ſuffecta, non tamen perſeuerabili: nam rurſum in eandem

* relabent

* ſtomachicã στοματικὴ συνάγχη.
* eiuſdem βάσις.
* expreßis
* atteſtante
* iſta
* ægri
* releuantur
* Quod ſi
* inflata
βορβορυγμός, * borboriſmũ, vt lib. 4. cap. 3.
* porracei
Solutio ἄδηλοι.
* immanifeſta λογοθεώρητα ſigna.
λειποθυμία.

*relabēt defectionem, in imagine * ultimæ paßionis. *relabuntur
Quo fit ut nisi quis celerius sumpserit cibum, summa *periculosissimæ
defectione iactetur. Sic deniq; plurimi*impausabiliter *ἀδιαλείπτως
ter tota die atq; nocte cibū sumpsisse ueteribus tradun
tur. Nanque Asclepiades memorat Praxagoræ famulum
lum ternos bilibres panes per singulos dies accepisse:
quibus comestis nō aliterpaßione afficeretur, quàm * accepisset.
si nihil*acciperet. Sed ab ista paßione phagedæna di-
scernitur: siquidem in ipsa non*insumantur, uel dige- * insumuntur
stioni traduntur accepta, sed grauatione sequente *euomuntur
euomantur. Hæc sunt quæ de stomachi reumatismo *rheumatismo
occurrunt. Sed*circa regulam methodicam discer- * secundum
nentes superpositionis tempore, cōtrariarum adiuto-
ria paßionum stricturæ ac solutionis, quæ suis specie-
bus & signis approbantur, in lenimento, communi sæ-
pißime curatione utemur, quam recorporatiuam di-
cere poterimus, à Græcis metasyncriticam appella-
tam. Cum igitur primo stricturæ paßio corpus inua- * ægritudinis
serit, atq; noua tempore causa fuerit*ægrotantis, siue
in superpositione constituta, turbando, aut dolore, aut
uentositate affecerit patientem, conuenit eum iacere
loco lucido, atq; calido mediocriter, adhibito strami-
num, atq; operimentorum calidorum usu, & si uires
permiserint, adiuncta abstinentia usq; ad tertium diē,
& acceßionis tempore omnifariam requie, tum arti-
culorum blanda conuenit defricatio, cum quodam ca-
lidarum manuum amplexu, ut etiam tenendo medea- * & quod
mur. Dehinc uaporationes inter scapulas, siue palas Græci
adhibendæ: pectori quoq; saccelli calidi ex cantabro * Describitur
confecti, siue polline:*nam Græci*omphacomeli uo- à Paulo &
cant, & harum*similium materiarum. Conuenit etiā Aetio
multiplicati linteaminis uaporatio, siue pānorum, uel ὀμφακόμελι.
* similes materiæ. Conueniūt

πτύγματα plagellarũ, quæ Græci ptygmata uocãt, oleo tinctarum: * cucurbitæ igni externo uaporatæ, atq; leniter appositæ, iugi atq; frequẽti mutatione: aliquãdo etiã testea uascula, quæ Græci amphoras uocant, siue uitrea: tum fomentatio studiosa ac iugis, ex oleo calido atq; dulci, uel in quo maluæ agrestis radices decoctæ sunt: si singultus fuerit, sicyonio: si inflatio cum ruta uel anetho. At si uocis fuerit amputatio, in * accessionis affectu, decumbentibus, erunt spongiis aqua calida expreßis ora uaporãda, & distinctio dentium facienda digitis immißis, quibus lenius gingiuas deprimamus: tum capitis fomentatio, & resumptionum moderamenta adhibenda, ut panis calidus, uel cucumis, aut melo, uel terræ gleba aqua calida infusa, & oris collutio ex aqua calida, & accessione urgente parua potatio: ac si in uehementiam paßio uenerit, adhibenda phlebotomia, qua perfecta, si tertia fuerit dies, quam Græci diatritonuocant, erit ægrotans unctione curandus, calido scilicet ac dulci oleo: tum oris adhibenda collutio: cibus offerẽdus paruus, leuis, calidus, sumptione facilis, ut sorbile quidquam ex pane atq; melle, & sale, & anetho confectum, siue pulticula * molli, uelut ex pane, aut alica: & oua sorbilia: Tum alternis diebus, permittentibus uiribus, æger nutriendus, donec paßio declinet. Potus præterea dandus est plurimus, sed neq; maioribus haustibus hauriendus, neq; coadceruatim atque eodem tempore, quo potius * ignotos impleri, quàm relaxari faciamus. Iis autẽ partibus quæ fuerint in tensione constitutæ, cataplasmata conueniunt laxatiua, ut est præ cæteris ex lini & fœnigræci pollinibus, & semine maluæ, ex solo melle, & paruo oleo admixto confectũ, quo plurimo tempore corpori

* sic cornua aqua feruẽte uaporata balneatores adhibẽt.

* accessione affectus

* mollis

* intestina

pori poßit ſine ulla grauatione immorari:tum cucur-
bita adiuncta ſcarificatione, ſiue hirudinũ appoſitio,
quas uulgo ſanguiſugas appellant:deinde cataplaſma,
& uaporatio ſpongiarum expreſſarũ liquoribus ſæ-
pe memoratis. Declinante paßione ſi ulla durities fue
rit conſecuta, erũt cataplaſmata apponenda, ut nuper
docuimus, admixta reſina, ſiue in olei uicem liquida
pice:uel radice hibiſci,& adipe porcino recenti pri-
mo,tum ueterato,confecta,ſiue ex hordei pollinibus,
aut lolij ſemine,& arido fico,& hibiſco: Tum etiam
ex oleo calido embaſis, ſiue* ex uarietate eiuſdẽ per ἔμβασις.
diuerſa uirtutis,ut * fœnogræci decoctione,uel radi- *ob varietatẽ, per diuerſa eiuſdem
cis maluarũ,aut lini ſemine. Dehinc cibus uarius dan
dus,ſed qui nullam faciat inflationem, neq; digeſtione
*tardius approbetur, ſed omni facilitate conueniens, * fœnigræci * tardior
ut cerebrum porcinũ,piſces teneri,atq; olera quæ uen
trem mollire ualeant: Tum lauacra cõuenit adhibere,
atq; uino ægrotantem reſumere leni. Vtendum etiam
malagmate quod diachylon appellamus,ſiue Mnaſeũ,
uel diamelilotũ. Et ſi*uẽtoſitate fuerit ſtomachus af-
fectus,adhibendum * diaſamſucum, ſiue diaſpermatõ: *cœliacus morbus
quorum compoſitiones de medicaminibus tractantes
Reſponſionum tradidimus libris. Si*reumatiſmus fue * vtrunq; hoc medicamẽtum à Paulo deſcribitur
rit,quẽ nihil aliud quàm ſolutionem accipimus,conue
nit ægrotantẽ iacere loco mediocriter frigido,ſupino
ſchemate,atritis ac*teneribus ſtramẽtis utentem,ad- * rheumatiſmus
hibita requie,& abſtinentia, ſicut ſuperius diximus,
permittẽtibus uiribus:tum tenacior ligatio articulo- * teneris
rum,uel ſi cauſa coegerit:conſtrictio faciẽda appoſita
cucurbita ſtomacho, plurima flamma ſubiecta:dehinc
ſolutio cogente ſpongia frigida, atq; odoramẽta quæ
percutere minus ualeant caput, ut exhalatione ſui

frigus ingerant ægrotanti, ut mala cædonia, pira, sorba, mala punica, murta, lentiscum, rosa, uel pulentũ infusum, & his similia: oris collutio ex aqua frigida, siue pusca. Ac si plurimus fuerit saliuarũ fluor, expuere iubemus ægrotantẽ: siquidem retentus stomachum *soluat: transuoratus autẽ humectat atq; obducit, & propterea geminat solutionẽ. Sed hoc conuenit facere urgenti tempore, ne meditatio potius expuẽdi fiat, atq; exinde prouocatio fluoris augeatur. Perseuerãte paßione gargarismata sunt adhibenda ex supradictis, uel ex aliquo succo ad fluorem sanguinis præscripto, qui ualeat frigore atq; propria uirtute mederi, uel si res coegerit, ex iisdem spongiæ expressæ, sicut in aliis docuimus, gutturi admouendæ, siue pectori, & *interscapulo. Lenius autem atq; idem faciunt ptygmata ex supradictis expressa liquoribus. Constringũt enim saliuarũ fluorem, & nauseam releuant, quod non minus etiã masticata conyza, atq; exputa, siue mastiche cõtrita, & lactucæ albæ semen facere ualent. Possunt etiam* poto dari ea quæ congrue medentur, ut duobus aquæ frigidæ cyathis seminis lactucæ albæ aspergantur cochlearia duo, siue mastiches cochleare unũ: uel plãtaginis siue mali punici dulcis, uel acidi succus, cum particula menthæ paruißima, uel cucumeris semine cõtrito. Dandum quoq; medicamen confectũ, quod Dioporon appellamus, item Diamorõ, siue diarhoos, & his similia: quorum compositionem Medicaminum docuimus libris. Cauendæ præterea horrentium materiarum fabulæ, quæ quadam cõmemoratione uomitum commouere uidentur: utendum cataplasmatibus, quæ nuper de fluore sanguinis scribẽtes docuimus: & diatriti tepore adhibenda perunctio ex oleo Hispano, siue

* soluit
* interscapulis
* potui

ſiue lentiſcino, uel murtino, qua præcurato ægro, ora fouenda aqua frigida, uel ſpõgiis ex ea expreßis* detergi: tum cibo reficiendi ægri conſtrictiuo, ſicut de fluore ſanguinis conſcripſimus, atq; ita parua interpoſita dilatione frigidæ parum aquæ paulatim bibant. Quod ſi quiſquam non ualuerit ſuſtinere, calidam dabimus ſic ut nimio feruore conſtringat: imitatione enim uelut uſturæ partium perficit denſitatem. At ſi cibum ſibi in ſtomacho natare ſenſerint ægrotantes, conuenit articulorũ impreſſam ligationem facere, & ut in aquam feruentem manus ægrotantium mittere, uel ſi maiora cogunt, etiam cõſtrictiuam adhibere cucurbitam, & primo ori uentris, dehinc inter ſcapulas, ſiue palas, quod metaphrenon Græci uocant, & aliquando tertiam inferius à prima conuenit adhibere. Ac ſi cibus fuerit reiectus, ſecũdo nutriendi ſunt ægrotantes: & ſi* permiſerit ut diathriti rigorem ſeruemus, erit alternis *plurimis paruus cibus offerendus. quo quidem diurnis diebus, ſed non ſimili modo ægri nutriri* uidentur. Sin uero ſtomacho collectus humoris fluor mordicationẽ fecerit, ilico excludẽdus, ſi plurimum ſuperare fuerit uiſus: non quidem digitis* immißis, quo uomitum prouocemus, ne magis influant acriora, & ex partibus ſanis, uel quæ paßione contaminatæ non fuerint patientibus aduenire liquida faciamus, quippe cum conſuetudo ſæpißime tranſeat in naturam. At ſi plurimum edax fuerit humor, nec tamen ita ſuperfluus, ut ſua ſponte per uomitum excludi uideatur, ob* facultatẽ reiiciendi, quo minus euerſio fiat ſtomachi, damus potum & perſeuerante ſolutione, cataplaſmatũ, ſiue medicaminũ uirtutes augemus. Tum ſi orexis, ſiue appetitio cibi fuerit impedita, dabimus

[Marginalia: * detergenda — μεταφρενον. — * uires permiſerint — * plurimũ: ſic pag. 396. dixit paulo plurimũ cibum dãdum eſſe. — * uideantur. — * ſed naturæ ſpontaneo conatu — * facilitatem — ὄρεξις. Appetitio]

ea quæ naturam ualeant excitare, ut intybi thirsum, uel lactucæ, & magis albæ, atq; aceto tinctæ, tum albas oliuas, & panem pusca infosum, cum paruo pulegio, & sale, & Hispano oleo: item pultem ex* pane uel * tragoptissana, atq; pusca, & oleo, & sale paruo confectam, & anetho, uel porro capitato, uel* tragoptisana, quæ ex lenticula atq; alica conficitur: sed erit assanda lenticula. Tunc immittēda mala cydonia, uel orbiculata, siue* scaudiana, ut plerique uocant, uel mala, *pira, aut sorba, aut * pira duracina, quæ crustumina uocant, uel folia plantaginis mollia, aut intybi. Aspergenda etiam alicæ, siue oryzæ, grana mali punici, uel * uuæ fabriles: dehinc etiam uina quædam infundenda, ut murtinū, *malinum, uel ex malo punico confectum, aut hydromel inueteratum * uel quod melimelon appellant, aut hydromelon. Danda etiam Pruna damascena, & malum assum, uel elixum, uel quidquam ex supradictis. Sic etiam uolantum carnes quæ nulla pinguedine accipientē grauent, ut passerum pectora, uel perdicum, aut attagenarum: tum etiam quadrupedum leuia, deinde porcina crura, item maritima, quæ non sint cōtraria solutioni, ut squillæ, mulli, carabi, * bucini, spondylia, conchylia. Ac si cibus in acorem transierit in iisdem erit perseuerandum, atq; eodem potu, cui erunt aspergendæ coriandri seminis drachmæ duæ: Tunc etiam asperiori uino utendum, quod Græci hypausteron uocant. Perseuerante fluore, erit etiam trochiscis utendum, quos hæmoptycis, & cœliacis potandos scripsimus. Lauacrum interea tardius ac serius ordinandum, & multo atque longo

*Ptissana vox sua significatione cōplectitur omnia semina vesca, cortice detracto ad hominū cibos præparata.
* tragophacoptissana
Pira crustumina, vel duracina.
* Alica
* scandiana
* pyra
* pyra
* fumo siccatæ.c.3.lib.4.
* melinum
* Melimelon fit ex succo cydoniorum & melle: hydromelum ex decocto cydoniorum & melle. Vtrumq; Hydromeli nomine Paulus describit. His cū ositionibus tcunque similis est Miua simplex officinarum.
buccinæ, spondili, Vinum ὑπαυστηρόν.

tempore prohibendi ægrotantes bibere priusquam cibum sumpserint, nisi aliqua forte maior necesitas intolerandæ sitis occurrerit. Erunt nanque dandi cogentibus rebus ex uino asperiore aqua commixti duo uel tres cyathi. Sed si forte complexionis pasionum aliqua fuerint signa perspecta, erunt urgentiora conijcienda, quibus ordo magis seruiat curationum. Plurimi uero medici stomachichos putant eos qui duritia laborant, & singultu ijs que dant castoreum ex aqua mulsa solutum, quantitate pleni cochlearis, tribus cyathis aquæ miscentes. Eos autem qui fluore stomachi, hoc est rheumatismo laborauerint, aqua potant, miscentes aloë cochlearis pleni quantitatem, uel infusioni adstringentium uel decoctioni, uel succo. Sed erit præcauenda medicaminum dandorum satietas, ac magis * inlocandæ qualitatis, quam non solum ægre perferant ægrotantes, uerum etiam officio appetendi cibi deserantur, & propterea pasionis augeatur pernities. Hæc etiam de illo potando medicamine, siue antidoto, quod hieran appellant dixerimus. Facienda etiã laboriosa, atque dolore grauisima ignis ustura. Sed in lenimento * oportebat ægrotantium fortificare corpora, atque resumere uaria gestatione, & pro modo uirium, sub diuo deambulationes adhibere, siue lectionis exercitium, si fuerit literatus ægrotans, uel ut communiter dixerim, uocis: tum unctionem ac defricationẽ, & eos motus qui magis humeros ualeant exercere, retento spiritu, & nunc palæstra corpus agitare, tum lauacro rarisimo uti in ijs qui fluore uexantur stomachi: iugi autem, ac frequenti in ijs qui strictura laborare uidentur. Vinum uero, atque uariũ cibum constrictiuum * prioribus, * laxatiuum sequẽtibus

* abominãdæ
Alij iniucundæ

Antidotum ίερὰ.

* oportebit

* qui fluore laborant
* qui strictura afficiuntur

ordinamus, ut pisces teneros, echinos, ostrea, & olera mollia, accedente regula methodicæ disciplinæ, minuendæ augendæq; quantitatis. Dehinc adhibenda recorporatio, quam Græci *metasyncriticam uocant, ex acriori cibo, quem Græci drimyphagian appellãt, ex aqua *capparis confecto, & aceto, & sale, & cepe: *sed ex* depositis, quæ temporis requie nullo accepto marcore inflabilis uirtutis careãt qualitate. Dandæ etiam rapæ sinapi madidatæ, atque *salsum ex aceto & oleo conditum: uel aceto, & mulso, & sinapi: aut mulso ex uino confecto: quæ quidem erunt uarianda. Admiscendum etiam piper pro ratione uirium, atque paßionis magnitudine, ut nunc uno, nunc duobus, nunc tribus acribus pulmentis utamur. Conuenit etiam sicca fricatio cum aspergine *corporea facta. Tunc frigidi consuetudo lauacri, quam psychrolusiam appellant, & cibi sicciores, magis in ijs qui fluore, hoc est rheumatismo laborant: Tum rubor cutis faciendus inter scapulas, & in thorace usque ad uentrem, nũc ex feruentis resinæ * lenimento, nunc ex picis, nunc ex dropacis, primo communis ac lenioris, deinde compositi ac uehementioris: atque ita nitri fricamento utendum, & sole torrendum corpus, quod Græci heliosin appellant: aut paroptesis adhibenda ex carbonibus, uel parietibus ignitis, & *ceromate: aliquando etiam ex fico calefacto, tum defricatio ex nitro, atque oleo, & adarce. Adhibenda quoque acopa ex euphorbio, *& diagridio, & pyretro, & pipere, & sinapi, uel succo ferulaginis, *quem Græci thapsian uocant: ungendáque ijs solis corpora, uel admixta cera ea imponenda, donec sufficienter *inflari ui medicaminis partes uideãtur. *Conuenit etiã uomitus arte affectatus,

quo

* metasyncrisin
* & capparibus
*sed & ex
* conditaneis salgamis
*salsamentum
*corpori affricta. His uerbis designat τρίμματα, & συμπάσματα. ψυχρολουσία,
*linimento
*calfacto
*& Cachry
*quam ἀδάρκης. ἄκοπα.
*in tumorẽ attolli
*Hanc uomitus prouocandi rationem uomitum ieiunũ autor uocat pag. 323.

quo corpora* discecentur: & primo ex aqua mulsa, uel ex aceto scyllitico melli admixto singulari, uel adiuncto semine erucæ, aut cardami, aut urticæ, aut sinapi, aut* salsamenti multi ex aceto & melle: tum etiam ex radicibus: ultimo quoque helleboro lenticulæ admixto, uel orizæ, in ijs qui rheumatismo fuerint affecti: cum sorbilibus uero succis in ijs qui strictura. Adhibenda etiam ptarmica, quibus stomachus commotione capitis contremiscat. Item sorbendus, aut infundendus rhinenchyto ferramento naribus succus cyclamini, aut erucæ, aut anagallidis herbæ: gargarizandū sinapi ex aceto & melle * decoctio thymi, aut origani, uel pulegij, aut hyssopi, aut * squillæ succus cum aqua mulsa, & cætera similia, eius generis quæ fuerint, & magis cum * initia atque summitas stomachi callosa, uidebuntur uehementiore modo curationis indigentia. Tunc etiam adhibemus quædam acriora, uel horum exhalationem ægrotantes haustu suo hortamur adducto spiritu recipere, quo etiam altiora agitatione medicaminis demutentur. Sumpto igitur fictili uasculo immittimus puscam: tum admixto nitro, origano, cardamomo, mastiche chia, carbonibus subiectis decoquimus. Sed erit primo os uasculi prægypsandū, immisso calamo utraque ex parte forato, cuius summitati oui uacuati imponimus testam, ex utroque suo uertice perforatam: cuius altera cauerna calamo inseratur, altera uaporem fumet acceptum: tum ægrotantem iubemus ore aperto supradictam cauernam labijs amplecti, siue oui, ut supradiximus, uerticem, atque ita eius exhalationem excipere: cuius quidem feruor erit moderandus, ne nimietate partes exurat. Atq; ita si plurima & perseuerans mordicatio affecerit ægro

*eodem genere locutionis utitur li. 4. c. I.

* salsamento multo

πταρμικά.

ῥινένχυτον.

* Decoctio thymi potui danda, aut

*scyllæ

*initium

tantem, erit mitiganda ſimplicibus gargariſmatibus, ut aqua calida, & oleo, ſiue lacte, aut decoctione cantabri, aut ſucco ptiſſanæ, uel * noxarum decoctione, aut * amyli cum aqua. Oportet præterea etiam partibus in paßione conſtitutis apponere medicamen, quod Polyarchion appellamus, uel * Diadaphnion, & horũ ſimilium, quorum compoſitionem Medicaminum tradidimus libris. Dandum quoque medicamen theriacum bibendum, quod diechydnon appellamus: cuius quoque compoſitionem Reſponſionum dedimus libris. Tunc ægrotantes maritima natatione exercẽdi, atque catacly ſmo curandi, hoc eſt aquarum illiſione, ſuppoſitis partibus patientibus. Animo præterea ſecuro atque facili eſſe conuenit curãdos, & aquarũ naturaliũ uſum adhibere, ut quæ ſunt in Italia * Cotiliæ appellatæ, & Nepelinæ quarum lauacro atq; potu * aptißimo utendum, adhibita aëris mutatione longa, terrena & maritima: exercitationibus uarijs palæſtrarum, adhibito præceptore utẽdum, atque ita * ijſdẽ reſumptionibus corpus cõuenit recurare. Sic enim perſeueratione & uentoſitas excludetur ſtomachi, & aliæ quoque ſupra dictæ paßiones depellentur.

*mixarum
*amylo
Medicamen Polyarchion.
*Diadaphnidun
Diadaphnion.
Diechidnon.
καταχλυσμός
Balnea in Italia.
*Cutiliæ
*aptißimè
*his quidem

De Phagedæna. Cap. III.

Est etiam phagedæna ex ſtomachi paßionibus, qua affectos ſequitur cibi uehemens appetentia quam Græci orexin appellant, & * coadceruati accipiẽdi cupiditas, & immaſticata tranſuoratio, tum grauedo, atque tenſio, & propterea uomitus, quem * ſibi coacti atque oppreßi prouocãt ægrotantes, corporis macies, pallor, aliquando etiam uultus inflatio, oris * pedor, quibuſdam etiam gingiuarum putredo, cũ ſcabro dentiũ detrimento * tritus, uiſus obtuſio *, ſed paſſioni

φαγέδαινα.
φαγέδαινα ἀπὸ τοῦ φαγεῖν ἄδην ὁ. ἀκορίστως.
ὄρεξις.
*coadceruatim
*cibo
*fœtor
*& attritu:
* Hi multa deſunt.

ſioni genus philonij in problematicis daturos nos iterum pollicemur. Interpoſito enim tempore digeſtionis, rapiuntur accepta, atque repletis uijs, quos Græci poros appellant, obtunditur appetitus. Erit præterea curandum, tempore quo cibamus, ea miniſtrare quæ parum nutriant, ſed quanta ui queant, appetentiam obtundant, ut ſunt olera quæ non relaxent, ne uomitũ moueant, ſed conſtringant potius. Sic enim ſui quantitate famem * ſentiunt, atque uirtute propria digeſtionem non grauando perficiunt. Bibere autem * non prius quàm ſolidus * ſumitur cibus, iĵs qui fame urgentur utiliſsimum iudicamus. Siquidem potu impleti minus ſolidos appetunt cibos: phagedænicis uero hoc conuenire negamus: humectatus etenim ſtomachus in uomitum facile prouocatur, & liquefactus atq; ſupernatans cibus facilius nauſeam prouocat ægrotãti. Erit igitur ſenſim uomitus differendus, atque eius conſuetudo mutanda, ut interpoſitis diebus* parum demus aliquando cibum, & appoſitione cucurbitarum eius adiuuemus deſcenſum, qui ſolitis ſuis locis inſertus tenetur. * Alia uero uomitum permittamus, ac deinde paucis interpoſitis diebus prohibeamus, uel iterum adhibeamus, ſed in* adiutoriĵ uicẽ, hoc eſt ex radicibus, tum etiam ex helleboro, quo regulæ curationis adiutoria localia concurrant recorporatiua uirtute medentia, & partes ad fortitudinem naturalem ducant, quorum * uſu ex ſupradictis, atque in aliĵs paſsionibus ordinatis accipiendum ducimus.*

Margin notes: πόρος. | *queunt | *ſatiant | *nos | *ſumatur | φαγεδαινικοῖς. | *paruum | *alias | *adiutoriĵ modo ſpecie ratione. | *vſum

De Iecoroſis, quos Græci Epaticos uocant, & lienoſis, quos ſplenicos dicunt. Cap. IIII.

Margin notes: Iecoroſi ἡπατικοί. Lienoſi. σπληνικοί, uel σπληνητικοί.

Vtra-

VTraque paßio à locis patientibus nomen accepit. Siquidem est in iecore, uel in liene constituta,* tumore scilicet effecta, siue * collectione, uel duritia, atque saxitate, quam schirrosin uocant. Sed de tumoribus libris febrium docuimus. De collectionibus uerò, siue uomicis specialiter * docemus. De duritia uerò aut saxitate, * quæ cedente tumore efficiuntur, nunc prosequemur. Sequuntur enim quædam communia iecorosis atque lienosis, quædam specialiter propria: sed communia, grauedo, spirationis difficultas, & magis in itinere & ambulationibus cliuosis, tum piger motus, atque anhelatio, & sitis, & oris siccitas, coloris mutatio, pedum inflatio, aliquando etiam febricula latens, & hydropismi suffusio, cum continua cibi corruptione. Propria autem, uel specialia iecorosos hæc sequuntur, extans durities, siue scirrhosis in dextra parte præcordiorum, schemate rotundo, costis ex aliqua parte subiecta, & propterea ueluti decisa: ex alia uerò parte circumscripta, atque rotunditate terminata, color sæpißimè æruginosus siue * arquati similis, quem Græci icteron appellant, urina turbata, uelut sandarachæ colore: & acceßionis tẽpore dolor tendens usque ad dexterum iugulum, atque palam, & difficilis supra latus sinistrum iacendi copia. Siquidem adducuntur dexteræ partes suo pondere pendentes, & propterea * grauedine, atque doloris punctione ægrotantes afficiunt, tum fellosa stercorum egestio. Lienosis uerò extans duritia, atque saxea sub sinistra parte præcordiorum inuenitur, schemate longo porrecta, & ueluti pectus inuadens, uel umbilici sæpißimè transgrediens finem, atque latitudine superans, nunc minimè, nunc uehementer, ut omnia * conata uideantur, &

* phlegmone
* absceßu
σκίῤῥωσις.
* docebimus.
* quæ tumori succedentes
* arquato ἴκτερός.
* grauedine, ob pondus suspẽsi iecinoris: punctione, ob distractam & diuulsam mẽbranam cui iecur adnexum est, & quæ cũ Diaphragmate colligatur.
* cõnata, συμπεφυκότα: i. cohærentia, vt nihil videatur sub costis inane iacere, quod tamẽ vacuum in sanis deprehenditur: quãobrem & κενῶνα Græci vocauerunt.

tur, & inspicientes eo falluntur, ut membranam tumere, siue extare putent, quam Græci peritoneon uocāt, περιτόνειον. *color plumbeus, atque accessionis tempore dolor tendens ad iugulum sinistrum, & palam, & difficilis supra dextrum latus iacendi copia. Memorant plerique etiam multitudine pediculorum ægrotantes affici, & grauiore per somnum sudore, attestante ueretri in officio uentris erectione, & assiduo è naribus sanguinis fluore. Præterea oris fœtor ægrotantes afficit, cum gingiuarum putrefactione, & * defluxione.* (* colliquatione) *Sectarum principes meminerunt tenuari etiam cutem uentris, & *uenas nigras apparere,* (* varices) *atq; crassiores, & in cruribus ulcera difficile in cicatricem, uel indecenter uenientia. In his igitur communiter oportet superpositionum tempore, tanquam in tumore curando, calidum iacentibus prouidere locum: tum fomentis & cataplasmatibus, & cibis laxatiuis uti tempore, quo sæpissimè docuimus, sed tenuibus, ac sorbilibus. Tunc cucurbitæ atque scarificationes, & sanguisugarum conuenit appositio, quas hirudines appellant, & uaporationes. Ac si uehemens passio fuerit, adhibenda phlebotomia iis omnibus anteposita, tum clyster, si uenter officium non agnouerit: * sed ex decoctio fici singularis * impressi patientibus locis: * flectetur enim & exercitio quodam durities * resoluetur.* (* sed & — * impressa — * mollitur etiam — * ac resoluitur.) *Conueniunt etiam frequentes cyclorum mutationes: denique inter paucos dies adhibenda drimyphagia: tum radicum uomitus cum aceto * squilletico, uel certè helleboro erunt * disiiciendi.* (* scyllitico, — * adiiciendi) *Tum alia mutatione resumendi ægrotantes, adhibito usu aquarum naturalium, atque natatione maritima, & uaporatione * locorum natura spirantium,* (* talis est specus prope Neapolim, quē incolæ vocant la Grota di Tritoli.) ** quo etiam sudores moueantur, non ob* (* qua)

uirium

uirium fatigationem, sed quo poßit calida spiratione ac naturali * corporatio fieri patientium partium. Conuenit præterea etiam in littore sicco ex harena sole ignita paroptesis: tum malagmata quæ corpus ualeant papulare: & primò leuiora, ut est * polyarthion, ex caphiso fonte, & salibus confectum, quod *diahalos appellant: item ex tribus resinis, quod* diaretismum uocant: tum etiam, quod appellant* diamyrepsicen balanum: item Diaoriganum, & Diacardamum, uel Diathapsias, & Diasbestū:* Quorū omniū compositiones Respōsionum libris explicauimus. Sed ijs quæ sunt uehementia, ut est Diathapsias, ita erit utendum, tanquam sinapismo uti solemus. Hæc est secundum nos curatio eorum qui duritiam, siue scirrhosin in iecore uel in liene habuerint. Apud ueteres autem medicos plura, atque dissonans & turbulenta curationis ordinatio inuenitur. Alij enim phlebotomiam recusarunt in lienicis, ut Apollonius Citiensis: alij probauerunt. Atque horum alij ex dextro brachio iecorosos, & ex sinistro lienosos phlebotomandos dicunt: alij ex talo eius partis quæ patitur: alij ex medio digitorum, omnifariam uariis extimationibus tētati. Sumunt enim atque deposcunt ex iis partibus, quæ facilè diuidi poßint, phlebotomiam faciendam, hoc est brachiorum uenis, nisi fortè * ipsæ tumuerint, & ob hoc oporteat longè à patientibus partibus phlebotomiam adhibere, quo iniuria lateat adiutorij. Item alij de ustionibus adhibendis certauerunt: & quidam solis aiunt lienosis conuenire: quidam autem iecorosis, medicaminibus scaroticis adhibiti, siue cauteribus: & horum alij urenda, alij perurenda probauerunt, atque altius in lienicis cauteres infigendos; quorum quidam simplices

* recorporatio παρώπτησις.
* Polyarchion & Ctesiphontis, vt pa.324.
* Paulus describit emplastrum ex sale.
Διαρητισμός.
Διαμυρεψικὸς βάλανος.
Διάσβεστον.
Διὰ τριῶν ῥητινῶν
Διὰ μυρεψικῆς βαλάνου.
* Apud Aetiū cap. de scirrho lienis legitur Epithema aurei coloris Asclepiadæ, quod calcē viuam accipit.
Gal. ca. 7. lib. 14. Meth. ad flatuosi tumoris curationem emplastrū parat ex calce viua, & strigmētis gymnasiorum.
Apollonius Citiensis.
* ipsa Medicamina scarotica.

ſimplices, quidam triſulcos, quidam ſerratos approbant * frigidos. Tum uſtionis ulcera humectantes, atque in ea fluorem humoris longo tempore prouocantes, ſcyrrhoſin defluxionibus auferendam crediderunt, ex quibus tumores, atque indignationes, * & conſenſus cum uehementibus febribus neceſſariò ſequuntur. Siquidem peritoneos membrana, quæ eſt natura neruoſa, ignis uſtione uexatur. Fit etiam ſecundò impoßibile plurimis atque uehementibus adiutoriis uti medicantem, ut ſinapiſmo, cucurbitis rapidis, forti raptura motis, fricationibus, dropace, & his ſimilibus, cum cicatrices cæcitate uiæ, & hebetudine torpentes, tanquam mortuæ uim nullam medicaminum accipiant. Diuiſerunt præterea plerique etiam curationis officium, & alia iecoroſis, alia lienoſis conuenire probarunt. Hinc denique * quaſdam lienica uocauerunt. Iecori etenim cataplaſmata aiunt adhibenda ex abrotano, & ſeſamo: item bibenda medicamina, ut theriacam, * quam dioſcoridian uocauerunt, * diapatorion, uel diapyrion. Item anodyna, quæ nos indoloria dicere poterimus, ut ea quæ ſcribunt * diadion pipereon, & * lexypyreton, & chamæpityn, uel uiridis pini decoctionem ſingulatim, uel cum melle: item urinalia medicamina quæ diuretica uocant, ut eſt mulſum cum dauci decoctione, uel fœniculi radice, aut petroſelini: aut * abſinthij, aut mali cydonij cum œnanthe. Vtuntur etiam oleribus, ut lactuca cocta, uel incocta, aſparago, radicibus oluſatri. Ventrem quoque * deducentes antidoto quod hieran uocauerunt. In lienicis uerò epithema aiunt ſpecialiter conuenire ex cappare &

* figendos, alij rigidos.
* cōſenſus Methodici uocabant tenuißimorū corpuſculorum concurſus, coitiones, & coaceruationes, ex quibus fieri putabant phlegmonas, febres, & alios id genus morbos: quod indicat infrà pagina 418. Conſenſum tamen hic explicare licet, graues affectus per Sympathiā excitatos læſa neruoſa parte.
* quædam
* & quod διὰ σκορόδων
* Di Eupatorium, & Zopyrion: Zopyrium Aetius deſcribit.
ἀνώδυνα indoloria.
* Διαδυοῖν deſcribitur ab Aetio pag. 726. ex Archigene. à Galeno κ.τοπ. pag. 683. * Apud Gal. κ.τοπ. pag. 685. lexipyreti duæ ſunt deſcriptiones. * Abſinthium, aut malum cydonium * deducunt

myro

myrobalano, & aceto, sale admixto, quod oxyalmon uocauerunt, & herba cui nomen asplenos. Dant etiam * bibendam aquam. Dicunt specialiter lienem deducere, uel defluxione purgare, ex quibus est ad * nutriendum noxiæ cuticulæ, & aquæ ex lacu, in quo sæpißimè candens ferrum fabricatores tingunt, de qua iubent dari cyathos tres cum aceti cyatho uno. Item polion herbam, aut ormini semen in cotylæ quantitatem, aut capparis radicem cum * squillæ drachma dimidia, aut chamædryos, uel herpylli acetabulum, ex * aceto mulso cyathis tribus, uel hipposelini * semen cotylas duas, cum uini cyathis tribus: aut libanotida herbam, quam nos rosmarinum uocamus, cum fœniculi semine in cotylæ quantitatem ex uino mixto: item ammoniaci guttæ drachmam unam, cum * mulso ex aceto * confecto cyathis tribus, uel tamarisci ligno: item cibum uel potum sumere iubent ægrotantes in uasculis ex tamarisci ligno confectis. Quidam etiam decidendum, uel auferēdum lienem ordinare ausi sunt, * quod quidem uoce dictum, non officio completum accipimus. Sequentibus autem atque diuersis sese * implicantibus potionibus medicaminum uariorum stomachum uexant, uesicam commouent, atque totum corpus communiter in cachexiam mittunt, nescij quòd quædam ob acrimoniam propriæ uirtutis, laceratione quadam, communi potentia medeantur, & * nos per quasdam * inerrabiles proprietates: & quod neque alia iecoris, alia * uenis esse medicamina, rectè senserint. Omnia * etenim omnium corporis partium sunt communia, quando simili fuerint affectæ paßione. Regulantur enim siue diriguntur eorum uirtutes, non natura patiētis loci, sed genere paßionis extentæ atq; indultæ

ὀξύαλμον.
ἄσπληνον.
* bibendas aquas medicatas, quas dicūt
* nutriendum corpus innoxia cutilia
* Scyllæ
* aceti mulsi
* seminis
* mulsi
* confecti
* Plin. cap. 37. lib. 11. liene per vulnus exempto animalia viuere tradit, sed homini cū eo simul risum adimi.
* implicantes
* non
* inenarrabiles
* lienis
* Hinc apparet methodicos peculiares medicamentorum facultates, quæ certis corporis partibus tribuuntur irrisisse, atque repudiasse.

indultæ pro modo morborum. Hoc ergo est peccantium iudicium, sed eorum causa, qui rerum* magis historias amant. Cætera quoque à quibusdam probata, breui atque concinna oratione subiiciam. Diocles igitur libro quo de paßionibus atque causis, & curationibus scripsit, phlebotomat iecorosos * & dextero brachio, tum uentrem soluit helleboro nigro, atque papaueris succo. Dat etiam cum mulso rosmarinum, quem Græci libanotida uocant, & murram, & pini folia. Adhibenda quoque putat cataplasmata ex phœnicobalanis cum uino, atque lini semine, & sesamo, & pollinibus, * quos omphacomeli appellant. Dat præterea aquam bibendam, in qua sit cantabrum prælotum, & *ptisana ex tritico, quæ omnia sunt inflantia, atque stomachi uexatiua, & digestione difficilia. Lienosos uero, quorum gingiuæ sudauerint sanguinem, phlebotomat, & similiter uexat medicaminibus felliducis, quæ chologoga uocant, atque urinalibus, quæ diuretica appellãt. Praxagoras primo libro Curationum iecorosis adhibet uomitum, & uentriflua medicamina, & sudorem mouentia, & urinalia, & phlebotomiam, atque fricationem. Vtitur etiam uino non aquato, & ustione cauterum, & his similibus. Lienicos uero phlebotomat, & cataplasmatibus curat, utens digestibilibus cibis, & uino potat redolẽti, & aceto, adhibita fricatione, atque unctione, & lauacro. Dat præterea bibendam mulsam aceto admixto cum dauco, aut hyssopo, uel thymo, aut capparis radice uel foliis, aut semine, aut ætheriæ herbæ semine quam eryngion appellant, aut chamæleæ, uel chamæpitys, aut absinthij, aut marrubij, adhibens etiam uomitum. Erasistratus autem in iecorosis præcidens

[Margin notes: * vanas — Diocles — * ex — λιβανωτίς. — φοινικοβάλανοι. — * & eo quod — ὀμφακόμελι. — * ptissana — χολαγωγά. fellíduca. — Praxagoras. — Erasistratus]

superpositas iecori cutes atq; membranam, utitur medicaminibus quæ ipsum iecur late amplectantur, tum uentrem deducit, audaciter partem patiẽtem nudans. Aliqui Asclepiadis sectatores gestationes, & lauacra, & uaporationes cataplasmatum, atq; malagmatũ excluserunt in iecorosis, suspicantes tenuißimorum corpusculorum fore consensum, hoc est spiritus, quem leptomerian, eorum Princeps appellauit, atq; *in egestorum constrictione falsitate causarum adiutoria magna recusantes. Themison uero secundo libro Tardarum paßionum plurima in his methodico rigore ordinauit, sed proterua atq; caduca intentione, *etiam ex talo eiusdem partis phlebotomari iubet ægrotantes, atq; alternis uel interpositis duobus diebus sanguinis *interea fieri detractionem. Vulnerandam quoq; iecoris partem in superficie medicamine uel cauteribus existimat: & concedit esse quædam propria lienis adiutoria, ob eius* firmitatem, hoc est, quæ fuerint uehementia, ut cataplasmata, uel ustiones, *eo concedens, ut etiam ipsum quoq; lienem igneo cautere transpungendum probet, tribus uel quatuor locis, non aduertens, quia pro magnitudine paßionis ac uirium corporis, extenduntur atq; indulgentur adiutoria, & non pro specie patientis partis. Siquidem quædam quæ natura difficilem* habuerint sensum, & propterea non facile tactum accipiunt, morbo tentata, sensibiliora ceteris fiant, ut est plãtæ cauum, quod tumore, dolidum, atq; omnino sensibile & attentum fit: Atq; rursum ea quæ natura facile sentiunt, difficilioris seusus, paßionis efficiuntur causa. Quo fit ut sit iuxta regulam methodicam explosum, ut qui intẽtione cœnoteum ducitur, * corporis facilè ne aut difficile sentiant curet, sicut latius

Asclepiades

λεπτομερία.
* congestorum constrictionem

* Etenim

* iteratam

* sensus difficultatẽ & hebetudinẽ. Sic exponendum esse monstrant sequentia
* eousque

* habent

κοινότητες.
* corpora

latius de cœnotctis scribentes docebimus. Thessalus uero secundo Regulari libro omni ex parte immutatam, atq; eandem iecorosis & lienosis formam tradidit curationis. Sed quia plurimæ atq; uariæ his uisceribus irruunt speciales passiones, ut arquatus, siue aurigo, quã Græci icteron uocãt, & cachexia, uel atrophia, atq; hydrops, de his nunc ordinare curabimus.

De Aurigine siue arquato morbo, quem uulgo morbum regium vocant, Græci icteron appellant. Cap. V.

ἴκτερος.

PAßio uocabulum sumpsit secundum Græcos ab animalis nomine, quod sit coloris fellei. Fit autem ex antecedenti iugi indigestione, uel medicaminibus uentrifluis * potu datis, atque permanentibus, & minime exclusis. Sequitur in paßione constitutos mutatio coloris in fellis qualitatem, quæ primo apparet, ac magis uidetur in albidis partibus oculorum atq; plantarum talis uel uenis quæ sub lingua sunt: uentris quoque abstinentia, uel egestio albida, atq; argilosa: urina etiam craßior, & crocea: oris amaror, & sitis, cibi fastidium grauedo, & piger atq; segnis uisus, * insolitus motus animi difficultas, pruritus, & ariditas corporis, & ueluti exustione solis aspera cutis superficies: sæpe etiam iecoris tumentis inflatio, siue saxea durities, difficile autem ac rarißime splenis, uel stomachi * consensus etiam. Ex his enim plerisque uisum * & istam fieri paßionem, quæ sit quidem facile sanabilis, cæterum neq; ita felleum faciat corpus. Fit præterea nunc cum febribus, nunc sine febribus, & nunc celeriter circunscripta, nunc corporibus intardans, & propterea chronia appellata. Conuenit igitur cum

* potui

* inconsuetæ partium carno sarum palpitationes.

* συμπάθεια.
* est

primum corpus inuaserit* siue tardauerit, & in * superpositionem ueniens fuerit apprehensa, eam adhibere curationem, quam de* tumoribus in corporibus cõstitutis sæpe memorauimus. Deniq; si uehemens fuerit, etiam phlebotomiæ usus non reprobatur. In lenimento uerò, corporis exercitio, atq; cibis digestibilibus resumendos ducimus ægrotantes. Tum ad recorporatiuã uenimus curationem, prouidentes ut adiutoriis localibus, si qua durities in uisceribus fuerit, hoc est, in iecore, uel stomacho, aut liene, sicut superius docuimus, destruatur. Sic enim cumpaßionis genus fuerit amputatũ, etiã color naturalis corpori reddetur. Con iicienda sunt eius præterea accidẽtia, quæ Græci symptomata uocant, cum generali congrua curatione, id est, ut fel diffusum recorporatione adhibita detergentes, uarie deducamus, nunc clysteribus acerrimis, nunc absynthio * poto dato, uel intybi agrestis * succo uno uel duobus cyathis singularibus. Ac si declinationis tempus permiserit, etiam cum uino aliquando ipsa quoq; intyba comedẽda probamus, cocta, uel incocta, item asparagum, uel daucum, aut fœniculum: & ob plurimam oculorũ infectionem erit sternutatio commouenda, medicaminibus scilicet, quæ Græci ptarmicã uocauerunt. Item naribus infundendum * priusquã in lauacrum ueniant ægrotantes, ut quidam probant, struthium cum lacte, & ad speciem referendo, asinino uel humano, similiter etiam elateriũ quod appellant, hoc est cucumeris agrestis* succũ: item cyclamini, cum eodem lacte.* Fertur enim statim per nares, quæ multum tenuerat fellis infectio, & magis si æger ingrediens calidas cellas in feruens descenderit solium, atq; requiescens diurno tempore aqua calida fuerit uaporatus,

* ac
* superpositiones
* corporibus in tumore
συμπτώματα.
* potui
* succi
πταρμικά.
* Aet. pag. 585. ait pharmaca omnia quæ in potu accipiuntur, in balneo danda, cum ægri in solium descendere parant.
* succus
* Defertur

ratus, adhibitis aliquando etiam apophlegmatismis, quorum materiã sæpe memorauimus, item ijs quæ superficiem corporis lacessendo*iaculare uidentur, quæ appellata sunt* anastomatica, & propterea recorporatiua, in sudorem prouocant fellis infectionẽ, hoc est, dropax iugiter adhibitus, uel solis feruor torridus, quem Græci heliosin appellant, item naturalium aquarum exhalatio, uel medicaminum sudorem mouẽtium usus. Aspergendum denique corpus struthio, nitro, sulphure, & ijs aspersionibus quæ ob pruritum corporis adinuentæ sunt, à Græcis sympasmata * appellata: feruentiore* apua fouendi ægrotantes. Sic enim seruata regula generali etiam accidentia paßionis curabuntur. Non enim hæc solis in acutis * erunt paßionibus obseruanda, uerum etiam in tardis, quas Græci chronias uocant. Vtendum etiam aëris mutatione, & gestatione uaria, & littoraria moratione, animi quoq; laxamento ac iucunditate, & aquarum naturalium uoluptate, natatione uaria, & aßiduo uomitu, simplici, atque radicibus commoto, item drimyphagia, in qua præ cæteris capparis magis usus approbatur, & acetum*squilliticum, in quo sit infusa*anchusa herba, & bulbi, & * squilla igne torrida, id est subassata, cũ melle in electario data. Vinum præterea tenue probamus:* & perseuerãte paßione hellebori decocto corpus agitandum, uel si oportuerit, bibendum damus medicamen ex * herbo & ceruino cornu, in cotilæ quantitatem cum tribus cyathis mulsæ, in ijs qui adiuncta febre uexantur,* uel conditi, in ijs qui sine febre afficiuntur. Sed uitandam probamus frequentem, & uariam medicaminum potationem, quæ fella deducere promittuntur, siue uentriflua siue urinalia.

ἀποφλεγματισμοί.
*osculare
ἀναστοματικά.
*Anastomatica
ἡλίωσις.
συμπάσματα.
*appellata
*aqua
*sunt
*Scylliticum
*Radicis Anchusæ decoctum Dioscoridis nephriticis ictericis & lienosis datur.
*Scylla
*Sed
*eruo
*Conditum, lascari, uinum è dolio quod in ampliori & aqua pleno cõditũ est. Condita multa factitia & medicata describit Aetius pag. 927. Aetius pa. 584 hoc medicamẽtũ cũ vino simpliciter dandũ ait ijs qui febre carẽt cõditum lib. 5. c. 1. mulsum.

Etenim sitis extenditur, & solidioris cibi fastidium duplicatur, & corporis fortitudo minuitur, atq; cibi accepti corrumpuntur, & omnis corporis materia adulterio medicaminũ deterior fit, cum habitudo, ut supra diximus, omnis fuerit immutata. Quod facere uidemus eos, qui sæpißime ac iugiter herpylũ dari probauerunt & absinthium, & aloen, & diagridium, & *coloquintida, uel ex aloe & colocynthide Hieram confectam: item ex amygdalis, & absinthio, & aniso trochiscos confectos, & decoctiones recentis mulsi ex uino confecti, cũ hyperico, uel aristolochia longa, uel herba adianto, quã Latini capillum Veneris uocant, uel cicere albo. Aliquando etiam hæc mandenda probauerũt, item *rubea, quã Græci erythrodanon uocant, uel struthium tritũ cum fico arido, uel palmulis, aut sulphure, in ouis sorbilibus in parui cochlearis *quãtitate: aut certe ceruini cornu elimatum puluerẽ ad drachmam unam, cum uini cyatho uno, & aquæ cyathis duobus, uel *nepete, quam Græci calaminthen uocãt, aut radices pastinacæ, quã *staphylen appellant, decoctas in uini hemina, & dimidia, donec ad tertiæ partis liquor ueniat quantitatẽ, ex quo dandum probant cyathũ unum cum aquæ cyathis tribus aut quinq;, cũ dauci semine: aut apium aut zingiber, *meu, uel asarũ, aut radicẽ herbæ bryoniæ, item seseli, & *libani herbæ infusionẽ, uel decoctionẽ, & trochiscos ex herpyllo uel fœniculo confectos uel ex aristolochia, quos Diherpyllum, uel Diamarathrum, & Diaristolochian appellãt. Horũ enim uaria multitudo, uel usus frequens, causa sæpe ipsius fuit faciendæ paßionis. Non enim fellis detractio facta, illico curationis est causa, nisi totius quoque paßionis fuerit destructio

*colocynthida
* Rubiam
* quantitatem
* nepetham
* staphilinum
* meon
* libanotidis

ſtructio conſecuta. Sic igitur his utendum erit, ut ſupra demonſtrauimus: quidā Veneris probauerunt adhibendum uſum, laxationē carnis faciendam æſtimantes, ex quibus eſt Titus Aſclepiadis ſectator, & Themiſon. Sed eſt hoc neruoſitatis uexabile, quippe cum fortitudinem corporis tollat, quæ magis eſt ægrotantibus adquirenda. Alij aurum iugiter aſpicere uel intueri ægrotos præceperunt, ſiue aureos colores, his denique etiam operimentis utendum laudauerunt: ſiquidē ſimilia *rapiantur; & propterea morbi, ſiue colorū, aut fellis migrantia in alias *poßit tranſire materias earum concordantes colori, non conijcientes quod ſit magis credibile externa in ægrotum facilius tranſire. Quippe cum uiarum denſitate in ſuperficie corporis clauſa interiora teneantur: ac certe ſimilitudo paßionis magis *poßit prouocare externam uirtutem, occultæ ſuaſionis admonitione ſuperatam. Semper enim memoratione paßionum triſtes ac mœſti neceſſariò fiūt ægrotantes: quæ maxima cauſa eſt augendæ paßionis. Eſt autem maximum adiutorium, & magis *utilis ægrotantibus animi purißima laxatio, ſiue ſerenitas. Erit præterea perſeuerante paßione etiam longa nauigatio curanda, & unctio, adhibito præceptore, quo aßidua defricatione plenißima fieri reſumptio poßit.

Titus Themiſon.

*rapiuntur.
*poteſt

*poteſt

*utile

De cachexia. Cap. VI.

CAchexia nomen ſumpſit à corporis habitu malo: Cacian enim uitium uel uexationem Græci uocauerūt, hexin habitudinem. Sed principaliter eius curationem ante Themiſonem nullus ordinauit. Ipſam namq; ſecundo libro Tardarum paßionum, itemq; primo atq; quarto Epiſtolarum memorauit, item Theſſalus ſecundo libro regulari. Fit autem ſiue naſcitur

καχεξία.
κακία.
ἕξις.

hæc paßio intemperantia ægrotantis, uel curatione mala medicantis, aut post ægritudinem tardæ resumptionis causa, item ex medicaminibus sæpißime potatis, uel ex saxea duritie iecoris, aut lienis uel ex fluxu hæmorrhoidis longißimi temporis, aut uomitu, item ex febribus longo tempore corpore affecto, aut collectionibus, aut uomitu post uespertinos cibos, & his similibus. Est autem ipsa quoq; paßio sæpißime hydropismi antecedens causa, aut * macularum simili in superficie corporis accidentium. Sequitur cachecticos pallor subalbidus, aliquando etiã plũbeus color, debilitate, tardus ac piger corporis motus, cum inflatione inani, aliquibus etiam uentris fluor cum febricula in plurimis latente, quæ circa uesperam magis augetur, pulsus creber ac densus, cibi fastidium, & uini magis appetentia, urina fellea, & extensio uenarum. Est autem paßio sæpius stricturæ, sicut ex supradictis coniicimus, aliquando etiam complexa solutione, ob plurimum uentris fluorem, uel * simili quolibet fluxu. Quapropter conuenit complexa paßione laborantis, primo abstinere fluentia, & intemperantiam ægrotantis corrigere, uel curationes malas, aut medicaminũ potationes prohibere. In iecore uerò aut liene si qua fuerit durities, siue saxositas, destruere, ut nuper demonstrauimus: aut si fluor sanguinis fuerit plurimus, abstinere: hemorrhoidas uero auferre: febres quoque soluere, ut de febribus scribẽtes docuimus, collectiones congrua curatione sicut de ipsis scribentes monuimus sanare: & consuetos eis post uespertinum cibum uomitus paulatim detrahere. Ac si * horum nihil fuerit accidens, & sola in corpore uisa fuerit cachexia, erunt eius superpositiones ac lenimenta prouidenda, & uigilante

*macularũ & spilorum in. sordium. næuorũ. καχεκτικὴ. debilitas.

*similem quẽlibet fluxum laborantibus.

*fluoris sanguinis: febris: hæmorrhoidum.

gilante sine ulla ratione ægroto, aut * cibo corrumpente, animi attestante difficultate, cum pigro ac segni corporis motu superpositionem cognoscere: & propterea in requie retinere ægrotum, cum abstinentia cibi, quo turbatio corporis resoluatur. Item ea quæ fuerint extenta lanis contegenda, atque oleo calido fouenda, ac si uenter fuerit fluens, abstinēdus. Item si plurima fuerit corporis tensio cum grauedine, erit adhibenda phlebotomia ex brachio mediocriter, sed non necessariò in ijs qui hæmorrhoidarum causa inanes uidentur.* Ac deinde retētione facta cōstricti, sed non in omnibus qui communiter tanta, at tali fuerint strictura possesßi: tum perunctos conuenit refici cibo digestibili, ac leui, usque ad declinationis tempus & seruato genere accidentium, * alia cataplasmatibus, alia cucurbitis recurare. Cū uero declinatio apparuerit, plurimus ac uarius cibus erit adhibēdus. Similibus etiam superpositionem urgentem adiuuare oportet: at lenimento ueniente, quod facile approbamus * exercentibus asperitatibus paßionis supradictis, hoc est, ijs quæ superpositionem designant, erunt corpora resumenda atque fortificanda. Tum recorporatiuis utendum curationibus, quo reformata corpora, uel ut ita dixerim, resectis uitiosis carnibus, ac renascentibus *nobis reparata, ad memoriā redeant sanitatis. Quapropter æger, somno discusso, semet in lecto continere iubendus: etiam iacere paulisper: tum etiam neque repente consurgere, sed prætentato motu, discere, utrum se leuem ac digestum sentiat. Etenim si fuerit occurrens indigestio, erit requies adhibenda plurimo temporis spatio, donec grauedo digeratur: dehinc mediocri gestatione, atque paruo cibo utendum, si nō ex

*cibos

*videntur, sed vbi retentione illarum facta constricti sunt ægri: nec eadē quantitate in omnibus communiter, verū vt tanta, ac tali fuerint.

*cataplasmatibus, vt collectiones, duritiémque iecoris, aut lienis: cucurbitulis vero, præsertim reuellentibus, aut deriuantibus, uomitum, fluorem sanguinis, hæmorrhoidas.

* ex cessantibus

*nouis,

Alij bonis

*accessione, sed ex aliqua causa manifesta, temporalis acciderit corporis displicentia, quam Græci diarescesin uocant. At si nulla fuerit ægrotantis querela, erit à lecto leuandus, & ob expugnãdam frigoris iniuriam oleo leuiter perungendus: Tum gestatio adhibenda, & si uires permiserint, uel aëris temperies, sub diuo, & magis * intra muros, motu uehiculi. Si uero aliqua fuerit obstans causa erunt hæc sub tecto adhibenda, & pro uirium modo aut uehiculo manuali, aut sella, aut cathedra exercendus ægrotus. Tum gestatione perfecta parua deambulatio adhibẽda, uel uocis exercitium, atque ad unctionem ueniendum, sed præcalefacto intra uestes ægro. Quoties calidum habuerit corpus, tum deposita ueste erit linteolis leui defricatione tergendus, atque statim oleo paruo ungendus, & summo tactu fricandus: primo ab alio, postea à semetipso, retento spiritu: ut etiam * alia teneantur. Dehinc rursum ab alijs defricandus, tenacius quidem, sed non impreßius, quo poßit carnis inflatio * coagulari. Sed hæc erunt adhibito unctionis præceptore faciẽda, quo secundum proprias mutationes omnium partium motus æqualiter, ac totius corporis integret exercitium. Tum permittentibus uiribus etiam raptorio machinamento gestetur, ac deinde * recussabili † fera, quã Italicam uocant. Aliquando etiam harena asperso corpore, quam amon appellant, defricetur, per interualla dierũ adhibito lauacro. Cõuenit etiã psichrolusia nullis obstãtibus causis, quæ eã * prohiberi permittãt. Tũ uinũ dandum austerum album, * leue. Dehinc iubẽdus * superbibere, atq; siccũ sumere cibũ, uel certe quartã partẽ panis siccã manducare, adhibito usu assorũ pulmẽtorũ, & neq; curiose conditorũ, * ut pisces, clunes, uel

*nam si ex accessione id contingat à cibo prorsus est abstinendum.
διαξήρανσις.
*extra
*spiritualia te dantur.
*conciliari.
*repercußibili sphæra utatur.
† spæra
ἄμμος.
*ammon
*adhiberi prohibeant.
*lene
*parum bibere
* quales.

*uel agrestiũ leuiora, & iis omnibus iuxta regulã methodicam auctis aut minutis, interiecta uini abstinentia, & cibi parua sumpsione. Vtendum etiam locorum atque aeris mutatione. Tum * heliosin, quam nos corporis * torporem dicimus, * ita dropacis adhibendus usus, & pulueris nitri fricatio, & sinapismus specialiter, & usus aquarum naturalium, uel natatio maritima: item harena littoraria ignita circuntecto corpore torrendi sunt ægrotantes: nunc inter paucos, nunc inter plurimos dies, ut uires permiserint: * tum nauiculæ exercitium atque peregrinatio, quemadmodum in præcedentibus ordinauimus.*

ἡλίωσις. * helioseos * torrorem, vt cap. 4. lib. 5. * & * tum prodest et nauigationis

De nutrimenti cessatione, quam atrophian Græci vocant. Cap. VII.

ἀτροφία.

*NVtrimenti cessatio, quam Græci atrophian uocant, ab accidenti nomen sumpsit. Contingit in passione constitutis plurimus cibi appetitus, tum corruptio, quibusdam fastidium: item tenues atque latentes * tepore sunt, * neque febricula * iugiter, & quibusdam inter plurimos dies soluta. Ducitur præterea quædam etiam per urinam corporis defluxio, quam syntexin uesicæ uocauerunt, cùm plurima fuerit poti liquoris egestio, atque corporis subinde per dies singulos extenuatio etiam. * Nunc igitur conuenit, sicut in Cachecticis diximus, prouidere, ne qua pars corporis principaliter patiatur: oportet etiam congrua eidem morbo localia adhibere adiutoria, ut iecoris, uel lienis duritiei, uel fluori uentris, aut intestinorum, uel uesicæ, uel ulceri in interioribus constituto, aut collectioni, quam specialiter uomicam diximus. Ac si etiam febres fuerint consecutæ, iisdem quoque adhibenda medela. Si horum nihil in corpore uiderimus, sed sola fuerit*

Deerat quoq; principiũ capitis in exemplari, quod nos vt potuimus, sarsimus. * tepores * atque * iugis σύντηξις vesicæ. * *Hic*

fuerit atrophia consecuta, cõuenit ægrotum fortificari rationabiliter, atque resumi gestatione, pro uirium quantitate, scilicet quibus sæpe memorauimus generibus, & unctionibus ordinatis, plurimo oleo superfuso,
* manibus adhibita fricatione, & * ministris corpulentis & mol-
* esse debere fricatorum libus, quales * esse fricatores Salutaribus præceptis docuimus, quo contactu corporum laxiore ægrotantis exercitata membra soluantur. Tum temperato utendum lauacro, atque uino tenui, & pane limpido fermentato, & pulmentis ex media materia, atque iuxta
* uariandæ cycli regulam eorum augmenta ac detractiones * uariare non repetitis, nec perfectis ilico cyclis, sed unius tantummodo qualitatis, ut de cataleptico scribentes docuimus. Deniq; cùm ex uolantibus solis pulmentum adhibemus, initium ex paruulis ordinamus. Tum autem ex agrestibus tenerioribus, tum porcina & membrorum summitatibus. Conuenit præterea locorum atque aerum commutatio, & aliquando drimyphagia, uel simplex uomitus, tum etiam ex radicibus cõfectus, & localia aliis atque aliis locis adhibenda, & magis medianis partibus. Non enim sine plurima uexatione partium, quibus digestio celebratur, inesse corporibus atrophia potest. Ipsis igitur, frequentius adhibendus
παρόπτησις. est dropax, & cucurbitæ, uel paroptesis, aut sinapis-
συμπάσματα. mus, & sympasmata acriora, quæ à nobis aspergines
Aspergines. * qualitatis nuncupantur: item malagmata eiusdem * quantitatis. Vtilis præterea littoraria nauigatio, atque natatio maritima, uel naturalium aquarum: tum post cibum a-
Διάχυσις. nimi laxatio, quam diachysin uocant, & articulorum complexio adhibitis ministris, qui mollibus hoc mani-
Themison. bus efficiant. Themison secundo libro Tardarum passionum plurima rectè ordinasse probatur: aliqua uerò cadu

rò caduca intentione dixisse intelligitur. Iubet enim ægros non æqualiter ægrotantes duodecim stadiorum spatium gressu conficere, æqualem modum cunctis definiens. Item igneo in loco uel feruenti fricari iubet præfatigatos sudoribus ægrotãtes: item sole *torrenti, atque ita per interualla * leuiter defricari, & in calida, atque oleo calido eorum manus infundi, ex quibus periculum * perfricationis necessariò sequetur. Item post interdianum cibum deambulationem probat adhibendam, atque fricationem & lauacrum, tũ post uespertinum cibum* iungenda crura, atque brachia, quod est dormituris anxiosum. Præterea post cœnam imperat uomitum prædato passo, aut uino dulci, uel succo ptissanæ. Tum frequentato uomitu oua duo *danda sorbilia, cum panis uncijs duabus, ex quo * incensa altiora, atq; exercitatis uomitu uisceribus facilè corrumpuntur accepta. Hæc igitur recusantes, alia quæ rectè ordinasse perspicitur amplectenda iudicamus.

* terreri
* leniter
* perfrictionis
* inungenda
* dat
* incensis altioribus

De hydrope. Cap. VIII.

ὕδρωψ.

HYdrops ab accidenti nomen sumpsit. Siquidem aquosus humor hanc paßionem necessariò comitatur. Nam Græci hydor aquam uocauerunt. Generatur autem ex accidentibus plurimis, atque diuersis causis, ut cachexia, febribus * corpora tardantibus: item duritia, uel saxea densitate iecoris, uel lienis, aut stomachi, uel peritonei membranæ, aut matricis: item spirationis difficultate, quam Græci dyspnœan uocãt, uel uentesitate stomachi, aut coli, aut uentris paßione, quam Græci cœliacen diathesin uocant: item longi temporis dysenteria, uel in fœminis menstrualis fluoris retentione: item hæmorrhoidarum ueterum repentina, atq; * incondita curatione facta, abstinentia, uel

καχεξία.
* in corpore
περιτόναιον.
δύσπνοια.
κοιλιακή.
διάθεσις.
δυσεντερία.
αἱμοῤῥοΐδες.
* intẽpestiua

uel coadceruata bibentium transuoratione, & magis si salsa fuerit aqua: item medicaminum frequentata potione, & horum similibus. Græci igitur, *uel aliarum sectarum principes eius potestatem, uel differentiam nominibus uariandam crediderunt.* Vocant enim *hanc paßionem etiam hyderon uel parecchysin, origini locorum specialia nomina tribuentes.* Nam *parecchysin appellant sensibilem & manifestam liquoris * superfusionem, quæ fit inter peritonei membranam, & intestina: hyderon autem, dispersum siue infusum per uiarum raritatem, atque carnis spiramenta liquorem.* Item *dicunt hyderon ex renibus generari,* Hydropē *uero ex duritate iecoris.* Quod *quidem nos iuxta sectæ regulam reprobamus.* Etenim *infusio, siue * superfusio liquoris, est paßioni communis: & neque antecedentes causæ paßionis facere discretionem recte creduntur.* Siquidem *etiam ex plurimis alijs partibus patientibus hydropes generantur.* Eius *igitur differentiam* Hippocrates, & Diocles *duplicem dixerunt: aliam enim hyposarcan uocauerunt, aliam asciten.* Heraclides Tarentinus *secundo libro* Internarum *paßionum totius corporis inflationem, siue humoris infusi * perforationem catasarcan * uocant: inter peritoneum uerò, & intestina, asciten, uel tympaniten appellauit.* Demetrius Herophili *sectator undecimo libro de* Paßionibus *scribens, alium dixit hydropem constitui sine ulla humoris infusione, sed sola inflatione turgente: alium ex humore diffuso, & eum nunc per totum corpus, nunc inter peritoneum & intestina, cuius differentiam nunc plurimo * uento tradidit. * Et est uanum atque intellectu carens, sine ullo humore superfluo laborantem hydropem uocare.* Item *plurimi*

ὑδερός.
παρέκχυσις.
* *suffusionem*
* *suffusio*
Hippocrates.
Diocles.
ὑποσάρκη.
ἀσκίτη.
Heraclides Tarentinus.
* *penetratiouem*
* *uocauit.*
κατασάρκη.
τυμπανίτης.
Demetrius.
* *inani uanáque opinione*
* *Est enim*

rimi tres differentias tradiderunt: aliam enim catasarcan, aliam asciten, aliam tympaniten uocauerunt. Asclepiades autem alium celerem dixit, ut eum qui repentè constituitur: alium tardum, ut eum qui tarda paßione uexat: & alium cum febribus, alium sine febribus. Hoc quidem communiter etiam aliis specialibus paßionibus adscribens, non aduertit quoniam proprio nomine celer dicitur paßio, non * sola quæ repentè conficitur, uerumetiam ea quæ celeriter solui posse monstratur. Hydrops autem fit * quisquam repentè ex coaceruata bibendi transuoratione, uel salsi liquoris potu. Celerem autem paßionis solutionem nullus ægrotantium * meruit. Proculus Themisonis sectator secundum plurimos inquit hydropis differentias temporibus paßionis adscribendas. Initium enim atque augmentum esse leucophlegmantian, cùm adhuc secundum carnem fieri mutationem uiderimus: statum uerò tympaniten, cum summa tensio secundum uentrem fuerit facta: declinationem autem asciten, cum quadam indulgentia fuerit inflatio relaxata, non secutus ueri regulam, neque aduertens quia omnis species paßionis sua quæque tempora percurrit. Deniq; etiam catasarca usque ad statum, uel declinationem perseuerat, & tympanites, & ascites ex initio facti in augmentum ueniunt, & statu sumpto declinant. Apollonius Memphites alium dixit fieri hydropem cum *retentione, ut si quid biberit, sine * dilatione tanquã per fistulam transiens egeratur. Eius autem quem cum retentione fieri dixit, secundum plurimos tres esse differentias affirmat. Sed melius Demetrius Apameus ab hydrope discreuit, eum qui sine dilatione potum liquorem per urinam egerit, diabeten appellans, sicut

specialiter

Marginalia: Asclepiades. | * solum | * quidem | * tenuit | Proculus. | λευκοφλεγματία. | Apollonius Memphites. | * retẽtione vrinæ, alium cũ fluore, vt si quid ægrotus | * is affectus Diabes est, siue hydrops ad matulam. | Demetrius Apameus. | διαβήτης.

* docebimus. specialiter de ipso scribentes * docuimus. Melius igitur, quantum ad species hydropis, quanquam non generaliter, mutemus curationem, alium dicere in toto corpore constitutum, tanquam in papyro uel spongia inter uiarum raritatem insertum, à liquore uocari leucophlegmantiam, quam Latino nomine etiam intercutem rectè dicemus: alium in parte corporis, inter peritoneum & intestina, subiecto liquore solo uel admixto uento plurimo, uocariq; alterum asciten, alterum tympaniten. Sequuntur quædam * cunctos præterea communia, quædam singulis propria. Communia autem, ut inflatio, uel extantia tumoris, & piger aut difficilis corporis motus, spirationis difficultas, quam Græci dyspnœan uocant, somnus difficilis uel anxiosus, & magis post cibum, sitis, & urina comparatione sumpti potus paruior, fastidium, & aliquando febricula latens in plurimis: item quibusdam etiam uesiculæ, uel * fistulæ, quibus * eruptus humor feratur, ac deinde * uulnera difficilia * sufficiant, uel quæ in cicatricem ægrè uenire poßint. Specialia uerò, uel propria * singulos sequuntur, ut leucophlegmantian, uel intercutem mollis atque humida inflatio uentris, ac uultus, & crurum, & folliculi genitalis, uel præputij, relucente liquore per cutem * albido colore: item cum oris, uel spirationis, siue anhelitus fœtore, totius corporis grauedo, & impreßioni digitorum cedens tumor, ita ut paulululum caua permaneant loca. Aliquibus etiam alborum atque crassorum humorum uomitus, uel per uentrem egestio: unde etiam nomen paßio sumpsisse à Græca deriuatione uidetur. Leucon enim albidum, phlegma humorem crassum uocauerunt: uel quod ægrotantis color albidioris pituitæ imaginem

*ferat

Marginal notes: * cunctis speciebus; * pustulæ; * erumpens; * vlcera. Aphor. 8. lib. 6.; * sufficiātur, &; * singulis; * albidi coloris; λευκὸν; φλέγμα

ſerat. Alij uero tanquam ex ſuperfluo humore gene rata paßione, penetrans humor ſingula quæq; ſpiramenta poſſederit paßionem dictam uolunt, nos uero intercutem nominamus. Aſcitem deniq; ſequitur uentris inflatio, uel extantia, & pro corporis motu liquoris conliſi ſonitus, uel ad cõcuſſum palmæ reſonus, tanquam ſemipleni utris, ex quo nomen ſumpſit: item pro ſchematis mutatione, uel digitorum impreßione demerſio, uel reſurrectio liquoris, & *concluſio ſuperiorum partium, atq; tenuitas tanquam extentæ cutis ſecundum ora, uel colla, aut iugula, uel pectora. Iacentibus præterea ægrotãtibus diffuſa, *atq; elatior tumoris extantia fit, ſurgentium uero uel ſtantium maior, atq; extenta, & in creſcente paßione corporis frigus atq; torpor accedit, aliquando etiam tußicula, & ſtercorum uel urinæ abſtinentia, & per uentrẽ fluidior exitus, & apprehenſo folliculo, atq; uirili ue retro *extans inflatio *reduplicata, & aliarum partium ſurgẽs tenſio, ſicut in leucophlegmatia. Vocatur autem hic hydropiſmus, ut Diocles,* etiam epatias, aut ſplenites à patientibus partibus nomẽ ducens, hoc eſt iecore uel liene.* Item tympanitẽ ſequitur rotunda atq; extans inflatio, ſecundum gaſtera, cum tenſione plurima, & ad percuſſum palmæ reſonus, uelut tympani, unde etiam nomen accepit: item ructationes, & aliquando inteſtinorum tormenta, quæ* incluſæ uẽto per podicem digeruntur, atque grauedinis detrahunt quicquam. Eſt autem paßio communiter ſtricturæ omnis hydropiſmus, ſed complexa aliquãdo ſolutione ex aliis* accedentibus, ut uentris fluore. Præterea eſt naturaliter tarda paßio: ſiquidem nũquam celeriter ſoluta uel emota corporibus uidetur: item generaliter

* referat
ἀσκός. vtrem ſignificat.
πρόσχημα.
* cum ex vno latere in alterum æger vertitur.
*ſtrictura. coarctatio. anguſtiæ
* ac celatior
* extantia
* reduplicans
ἠπατίας.
*ait Hepatias
σπληνίτης.
* At
γαστήρ. vẽter.
* excluſo
* accidentibus

magna:siquidem & difficultatem, & indecētiam,& periculum infert ægrotanti. Deniq; *semper difficilis curatione,nūc uehementer,nunc minime cōprobatur. Etenim magnitudine uehemens,& uarietate accidentium, & corruptione uirium, magis incurabilis iudicatur : parua uero magnitudine,cōprobatione supradicta atq; paucis & simplicibus accidētibus,quæ Græci symptomata appellant,& sine nimia uirium læsione,minime curatione difficilis approbatur:& quæ secundum aliarum sectarū principes de effectis uel exitibus paßionū scripta sunt, etiam secundum causas ex quibus efficiuntur,& patientes locos,& naturas,& ætates,& annalia tempora,ut hyemis, uel æstatis,& eorum* mediis tēporibus generationes paßionis, alij difficiles curatione alij faciles hydropes approbātur. Quæ quidem omnia magnitudini paßionis adscribēda sunt,ne infinitus modus differentiarum uideatur accidentiū numero uariatus. Etenim secundū causas,difficiles aiunt curatione hydropes,qui ex saxitate magis quā ex duritia fuerint facti:itē eos qui ex dysenteria, uel coli paßione,ab iis qui ex coaceruato haustu bibēdo uitiū conceperunt:item secūdum locos, difficiles inquiunt eos qui ex iecore ,faciles uero eosqui ex liene : item secundum naturam , uel sexum, difficiliores inquiunt curatione semper fœminas maribus: item secundum ætates, faciliores inquiunt curatione pueros , uel* pubentes , difficiles uero ætatis mediæ , uel senes : non solum quod * natura crescere & augeri, aliæ minui uel declinare uideantur, sed etiam quod alij *prohibeantur, alij cogantur, alij neq; suaderi, neq; cogi posse probantur:item secundum annalia tempora,quæ Græci horas appellant,difficiles inquiunt

* insuper

* media tempora & generationem

*pubescentes

* naturæ illæ

*persuadeātur

quiunt curatione, æstatis tēpore laborantes, siquidem multa siti afficiuntur: alij uero è contrario faciles inquiunt curatione: siquidem exitum liquorũ fieri prouocat feruor æstatis, & corporis præterea facit siccitatem: difficiles uero hyemis tempore, ob corporum densitatem uel frigus: item uerno tempore: siquidem humidiora, atq; liquorum redundantia * fiant corpora: autumni uero prima, similia æstati, ultima hyemi dixerunt. Item secundum generationem, siue fabricationem paßionis, difficilem inquiunt curatione leucophlematian, facilem uero asciten, & horum medium tympaniten. Dissenserunt præterea etiam de patientibus partibus quæ principaliter afficiuntur. Erasistratus nanq; iecur inquit pati: In aperitionibus enim saxeum semper inueniri cõfirmat: alij uero colum, sed consentire iecur: alij splenem, ac iecur, & colum: alij etiam peritoneum: alij renes quoq;, & matricem principaliter pati dixerunt: & apparet omnia necessariò prætangi: quod quidem etiamsi latuerit, nullus timor curationis mutandæ medicantibus accedit: neq; etiam ob localium adiutoriorum ordinem quicquam obesse monstratur, * cum hæc eadem oporteat ceromate sole feruefacto * iactari, uel pellibus sole ignitis inuolui. Adhibenda etiam acopa feruentia, & sudationes ex naturali materia * prouocare: habet enim recorporandi uirtutem ex quacunq; metallorum materia exhalatio naturalis: itẽ ex harena littoris sole ignita torrenda corpora. Hyemis uero tempore igne *prætorrẽda atq; ita corpori admouenda, ut ex ipsa, excepto capite, cætera corporis omnia contegantur. Item sinapismus usq; ad cutis * humorem adhibendus, qui maxime uehementem fortitudinem locis humore

*fiunt

Erasistratus.

* multa hic desunt

* inungi ἄλειμμα.

* prouocatæ ἄποπα.

* harena

* tumorem

habentibus corruptis, atq; ut ita dixerim, * habētibus admouet ac ministrat: item locorum & aquarũ mutatio adhibenda, & peregrinatio, magis maritima. Est enim laceran tior, atq; corporis apertionibus efficax ob salsitatem maritimus aer. Conueniunt etiam uaporationes spongiarum ex aqua maritima expressarũ, uel aqua salsa decocta. In tympanicis uero specialia, ut plerique uolunt, iuxta communem uirtutem recorporatiuæ curationis ordinãda & decoctio centaureæ herbæ, & absinthij, & origani, & hyssopi, & marrubij adhibenda, & similis uirtutis epithema, ut est quod appellatur * Dianitrum, ex fico atq; nitro, & absinthio confectum. Tundendũ igitur aridum ficũ, sed quod sit pingue ac succidum, item singulatim absintbiũ, & nitrum admiscendũ duabus partibus fici, & quarta pars * origani. Aliquando etiam rutæ admiscenda particula. Facit * enim medicamen, quod appellamus diahyssopum: item uua passa cum cumino, uel farre, cũ adipe ueteri, & uino. Hoc quidem plurimi magis intercutibus conuenire probauerunt: item bubulo stercore ungendos cum aceto ægrotantes dixerunt. Apponenda etiã malagmata, quæ fortificare, ac recorporatiua uirtute mutare ualeant corpora in meliorẽ habitudinem. Intercutes autem & ascitas iis curandos probant, quæ siccare atq; exiccare ualeant corpus, uel sudorem cõmouere. Sed erit cauendum, ne immodico usu medicaminum corporis superficies ulceretur. Est autem nostrũ medicamen quod ex herba chamæleonte nigra conficitur: item ex stercore caprino, quod appellatur diacapregias: * item diacentaureum, & diaoriganũ, quæ ab herbarum nominibus uocabula sumpserunt: item * icesion emplastrum, quod magis post humoris detractionem

Dianitrum.
* describitur & a Paulo
* absinthij
* etiam
* Apud Aetium in curatione Hydropis Epithema ex farinis, & emplastrũ tonsoris Bithymi recipiunt puluerem radicis chamæleontis nigri
Diacapregias.
Diacentauriũ.
Diaoriganũ.
Emplastrum icesion.
* Emplastrũ ex Centaurio Oribasij describit Aetius pag. 836. & Thoriacen uocat.
* Icesium describitur ab Aetio.

ctionem adhibendum probamus, quo partes robo- rẽtur: item *diaytcon emplastrũ, & *diadictamnum, & barbara* & diasycaminum. Oportet autem interpositis quinq; diebus, uel eo pluribus detracto iamdudum* posito medicamine perspicere profectum, ac rursum imponere omnibus locis, *ex anterioribus ac posterioribus corporis partibus. Singula* enim medicamina erunt illinienda pellibus teneris, atq; ita corpori addenda, superposita lana molli cum leuibus fasciolis colliganda, & pro uiribus corporis adhibenda gestatio, atque unguenta congrua, & defricatio. Tympaniten uero recorporatiua curandum probamus curatione, & * conijcienda etiam inflationis * medela, quam Græci empneumatosin uocant: adhibenda denique reflantia, ut est quod appellamus Diaspermaton, uel * polyarcion, aut Diaartymaton, aut Diasamsucum, aut Diamelilotum. Hæc enim ualent etiam uentositatem tollere. Adhibenda præterea in ijs ea quæ superius ordinauimus. Tum profectu accedente, regula cyclorum, adhibenda natatio maritima, uel aquarum naturalium. Alij uero non absurdè etiam aquæ marinæ uaporationem probant adhibendam, quo sudores *prouocantur. Inquiunt enim implendum * solum aqua marina feruenti: tum quadrangulam compaginem immittendam, præligatam loris, in quã erit includendus ægrotans: sed * præliganda compago pelle, ut aquæ prohibeat ingressum, quo exhalatione uaporis calefactus ægrotans in sudorẽ uenire cogatur. Sed erit aqua calefacienda innouatione frequenti ferri candentis, *immißione massarum. Oportet autem

* Diaiteas, describitur ab Aetio.
* Describitur à Paulo, vt & Diacapregias. Aetius in curatione hydropis describit & epithema ex stercore capræ.
* Malagma intelligit ex liquore Sycamino descriptum à Paulo inter emplastra. quidam legũt διὰ συκομόρου, vt sit ipoteriõ malagma descriptũ ab Aetio in curatione hydropis pagina 590. quod recipit succũ Sycomori
* apposito
* &
* autem
* adiiciendam
* medelam
* ἐμπνευμάτωσις.
* Polyarchiũ Epithema diaspermaton describitur ab Aetio pag. 572. Diamelilotum vero, pag. 569. Diasampsuchum à Paulo.
* prouocentur. *solium *prætegenda *, & immersione cadentium

semper ægrum adhibito animi laxamento curari, quam Græci diachysin uocant. Quærenda denique animi desideria, quæ sine uexatione corporis * præueniant uoluntatem, & amicorum conuiuia, quæ cum ciborum parcitate, animi tamē lasciuitate * frequentēt. Vtile etiam si longi fuerint dies partiri modū sumendi cibi: facilius enim accepta digeruntur duorum tēporum oblatione diuisa. Ac si iuxta ordinem datum leuigati indulgentia paßionis, rursum fuerint acceßionibus typicis ægrotantes affecti, quo iterum aqua impleri uideantur, erit melius uti prius radicum uomitu: dehinc ante diem radicum usus, album ueratrum immittere, tunc sequenti die hoc detracto radices dare, uel certe hellebori decoctionem. Sed horum usum uel confictionem dexteram, atque adhibendi modum Responsionum libris de adiutorijs scribentes docuimus: & nunc inde hæc accipienda monemus. Hæc est mundior, atque uera hydropum curatio. Etenim potui medicamina danda cauere decet: alia enim uesicam commouent, alia intestina lacerando ulcerant, uel dysentericam faciunt paßionem: alia stomachum * uertunt, & fastidium generant cibi, & sitim extendunt. Quapropter si cogentibus rebus utēdum uiderimus quibusdam aquiducis medicaminibus, quæ Græci hydragoga uocauerūt, ea dabimus ijs qui plurimo humore * infusi, aquoso * corpore laborare uidentur. Habere etiam conuenit curam, ne rursum corpora repleātur: ex quibus est euphorbium mulso commixtum * poto datum, uel ouis sorbilibus aspersum, duorum uel triū cochleariorum quantitate, uel decoctio radicum, aut * squilli. Oportet autem * squillæ libras duas omni purgamento absolutas, quo ad unam libram * redigatur, concisas, in uas

[Marginal notes:]
διάχυσις.
* præbeant voluptatem
* frequentia sint: Alij delectent.
Libri Responsionum, siue Adiutoriorū Cælij.
* subuertunt
ὑδραγωγά. Aquiducai medicamina.
* suffusi
* intercute
* in potu
* Scyllæ
* Scillæ
* redigantur

in uas fictile nouum, prælitum mitti, cum adiectis uini sextarijs tribus: quibus ad tertias decoctis, ex ipso liquore erunt ad duo cochlearia ægrotanti danda: & proficiente curatione usque ad unciæ unius accedere modum oportet. Sed hoc erit post gestationem adhibendum, uel post perunctionem corporis, & ante sumptionem* cum plurimo interiecto tempore. Ex decoctione autem radicum duos uel tres cyathos dandos probamus. Sin uero etiam urinam quis uoluerit commouere, erunt omnia* aromatica prohibenda, quæ nõ curiosa, sed magis simplicia esse uideantur, ut est decoctio seminis cucumerum, uel fœniculi, aut dauci, aut apij, anesi, petroselini, item menthæ, asari, nardi, squinanti, zinziberis. Hæc singula, uel cum uino, uel ex ipsis confecta erunt offerenda. Ac si ex hijs humor detrahi non potuerit, oportebit * tanquam alienum paracentesim auferre. Sed nunc decet prius quàm ipsius officij usum doceamus, ijs respondere qui istius curationis adhibendæ dissonantia iudicia posuerunt. Antiquorum igitur aliqui * congruam paracentesin dicunt, ut Euenor libro quinto Curationum, Erasistratus libro quo de hydrope scripsit, & eius sectatores, Thessalus secundo libro regulari. Alij uero ut cõgruam laudauerunt, ut Asclepiades libro quo de hydrope scripsit, & Themison secundo libro Tardarum paßionum, quibus etiam nos iuxta Sorani sententiam consentimus. Adsertores tamen primæ sententiæ, hoc est, istius reprobandæ curationis hæc dicunt. Peritonei membrana à natura neruosa esse perspicitur, & est omne quod neruosæ fuerit qualitatis punctionibus inimicum, siquidem consensus ingerit. Præterea spirationis naturalis causa, qua nos aërem

*cibi

*diuretica præbenda.

*quod alienũ est paracentesi παρακέντησις.

* incongruam

Euenoris librũ curationum.

Erasistratus.

Thessalus.

Asclepiades.

Soranus.

recipere, atque reddere haustu potili necesse est: intestina quoque commouentur, quibus superficies corporis consequenter *tangitur: & est periculum* hanc paracentesi uulnerari loca: quippe cum non solum corruptus humor detrahi uideatur, uerumetiam naturalis sæpe spiritus excludatur, quod est uehementer corporibus noxium. Dehinc etiam post effectum pūctionis, aliqui ægri sua uulnera resoluentes uoto* prius* torporis deponendi, *uitam quoque liquerunt. Item neq; tempus sibi conueniens hoc genus adiutorij habere uidetur. Etenim paßionis constituta uel superpositione, uel lenimento, aliud tempus mitigationem demōstrat, *aut aliam resumptionem, uel recorporationem. Paracentesis uero cōturbat, atque uires corporis tollit, & non recorporatiua uirtute medetur, sed usum recorporatiuum impedit. Ad summam, nemo, inquiunt, saluatus est eorum qui per paracentesin curati sunt: quapropter adhibēda negatur. Item Erasistratus ait, quod iecore in duritia constituto obesse paracentesis uideatur: siquidem grauatio iecoris tumētis toleratur humoris substantia subleuata, atque natans in liquidis, quibus effusis omnis grauedo partium tumētium, quæ diaphragmati sunt natura connexæ, atque uenæ maiori, quam Græci* quilē appellant, adductione sui tumores ingerunt uicinarum, ac deinde celerē faciunt mortem. Item Ptolemæus Erasistrati sectator ait causam paßionis esse iecoris duritiam, *supercreatā uero humoris infusionem. Paracentesis igitur liquorem detrahens paßionem minime detrahere agnoscitur. Siquidem non aufert causam, ex qua humor creatus esse uidetur. Sed sunt hæc omnia facile expugnabilia. Tunc enim uulnerata neruositas in tumorem uenire recte iudi

*uicina & finitima est.
*hæc
*citius
*infra paulo post, paßionis deponendæ
* Nam secti Hydropici, si aqua uniuersim effluat, moriuntur. aph. 27. lib. 6.
*aliud
κοίλην
Ptolemæus Erasistrati sectator.
*consequentē, aduentitiam.
ἐπιγινομένην

iudicatur, quoties naturali habitu fuerit constituta. Nunc autem morbo uitiata, peritonei membrana contra naturam habere perspicitur:* & non similia, atq; eadem sequuntur naturaliter, uel contra naturam constituta. Item intestinorum uulnerationem metuere inanis timoris est. Etenim exercitatis atque prudentibus hoc genus officij committitur. Dehinc plurimum peritonei membrana * distabit interiecta humoris causa submota. Spiritus uero etiam phlebotomatis sanguini iunctus excluditur, nec ilico tamen reprobanda phlebotomia, cum sit ab omnibus * rectißime adiutorium comprobatum. Ferendum est enim leue damnum naturalis officij, quoties maior utilitas excludēdæ paßionis promittitur. Soluere uero ligationem ægrotantes, & immoderato fluore *acuto deponendæ paßionis in mortem uenire, simile quiddam est, tanquā phlebotomatum ligaturam medici soluere, ac deinde plurimo sanguinis fluore uitam finire. Hæc enim non adiutorij est* curatio, sed stultitiæ ægrotantis. Habet præterea paracentesis etiam aptißimum tempus, quod illi inueniri negant, sicut cucurbita scarificatione adiuncta, atque hirudinum appositio, quæ nō in acceßione, aut lenimēto, sed in dimißione suppositionis recte adhibenda probantur, sicut in alijs docebimus de adiutorijs specialibus scribentes. Omnes * enim paracentesi curatos, ut aiunt, mori, apertißime mentiuntur: nos enim quosdā uidimus euasisse: plurimi uero moriūtur: siquidē medentiū tardante *consilia serius * paracētisis adhibetur, *utq; alij adhuc tumente peritonei membrana, & neq; usu dextero operātes diuisurā* faciendo, mortis periculum incurrunt. Ex quibus est etiam Asclepiades, qui diuiso loco fistulam relinquendā pu-

*at

* distat interiectis. distat sub. ab intestinis

* rectißimum

*ac voto

*culpatio

*etiam

*consilio

* paracentesis

*itē quod male

*faciunt

tauit, ex qua stipis in modum impressa, per puncta peritonei membrana graues consensus, atque indignationes adfert. Quippe cum sæpe etiam gelati sanguinis corpuscula irruentia uulnerum diuisuris, uel quæq; externa, magnos tumores atque indignationes commouerint. Erasistrato uero causanti, quod post detractionem humoris ex iecoris duritia in* paßionem uenerunt superiores partes, ac magis salutares, adductione quadam ponderis* indignentur, erit respondendum, * quia plurimi* hydropes sine ulla iecoris duritie in paßionem uenire probantur. Etenim ex alijs causis fieri posse superius demonstrauimus. Plerisque etiam quanquam iecur duruerit, non necessariò in hydropem uenire cõtingit,* ac sæpe adductione partiũ, uel indignatione superiorum uexari perspicimus, * quo sæpe * tumor etiam perdiderit ægrotantes. Omitto quod iuxta eius sentẽtiam oportebat supinis iacentibus ægrotis nullam querelam partium attestari. Siquidem iecur nullo pondere superiora distẽdit, hoc est discrimen, quod Græci diaphragma appellant. Asclepiades uero repentinam effusionem atque coadceruatam cum periculo fieri testatur: Siquidem uiæ, quas Græci poros appellant, *interiecta mora blando se tactu* cõtigant, & propterea illæsi manẽt ægrotantes: detractione autẽ facta liquorũ, aspero se tactu cõtingũt, atq; cõcidẽtes* augustẽtur: ac simili ratione etiã spiritus uehemẽter irruẽs carni dolorẽ facit, atq; inflationẽ, & tormẽta intestinorũ. Est præterea facile expugnabile Ptolomæi dictũ, quod paracẽtesis humorẽ detrahẽs paßionẽ nõ auferat. Etenim primo, neq; ex alio quolibet adiutorio singulari hæc paßio solui posse perspicitur: quippe cũ sit magna atq; perseuerãs: dehinc

* compaßionẽ
* offendantur
* quod
* hydropici
* nec
* quos
* inflammatio aut Scirrhus hepatis absque hydrope.
πόρον.
* interiecto humore
* contingunt.
* angustiantur

dehinc quędã adiutoriorũ ob releuãda accidẽtia passionum, quæ Græci symptomata uocant, adhibenda probantur, quanquam non totum soluere morbum uideantur, ut phreneticis luce commotis oculorum prætectio. Item alia quædam, quanquam nihil per se medeantur, aliis tamen adiutoriis præparant corpus, uel patientem locum, quo facilè adiutorij beneficium sumat, ut tonsura uel rasura capitis, fluore quolibet adfectis, quo detractis capillis illinienda medicamina constrictiua, uel epithemata, aut cucurbitæ appositiones nullis obstantibus medeantur, quanquam sit detractio capillorum laxatiua. At uerò paracentesis etiam per se plurimum medetur. Releuat enim detractione plenitudinem, tensionem, atque spirationis difficultatem, quam dyspnœan uocant, & aliis adhibendis adiutoriis præparat partes. Non enim * potuerunt medicaminum illinimenta, uel * appositio syncera uirtute ad uiscera, uel patientes partes peruenire, cum interiecto humore peritonei membrana plurimum à cutibus distet: transeunt autem facilè ad ea, ad quæ destinata erant, humoris interiecti ablatione permissa. Quapropter paracentesin adhibendam probamus, sed non iis qui uiribus fuerint fatigati, aut adhuc in * tumore peritonei membranæ constituti: addentes etiam, uel * prædicentes periculum. Plurimi enim quanquam * alterius superesse uitæ potuerint, & sine ullo dolore mortem capere, * paracentesis cura celerem mortem pertulerunt.

* possunt
* appositiones
* inflammatione, ob distensionem, & inde natos dolores.
* præadducentes
* vlterius
* Lib.5.ca.1.
Paracentesis administratio, eius culpa qui librum transcripsit, exponitur, hinc in eũ locum translata.

CAELII

CAELII AVRELIANI
SICCENSIS CHRONION LIBER QVARTVS.

* *
*

De elephantiasi. Cap. I.

Deest principium capitis.

*heliosis, dropacismus, & lixiuij calidi perfusio, & * psichrolusia, atque cataclysmus, hoc est, aquarum è supernis illisio, natatio maritima, & aquarum naturalium, & magis frigidarum, quæ luminis naturam exhalant, quas * stypteriazas uocauerunt, siue * ferrugineas, quas* siderizasas appellāt. Item adhibenda smegmata alia, donec maculæ albescāt, quas supra memorauimus, uel cimolia terra subassata, cū hordei polline, & nitri quippiā: uel alia quæ lacessere ualeant magis, ac* leuius, ut est cinis ustarum bucinarū, uel halcyonium, aut cū eodē pumex assatus, uel sulphur uiuum, uel *sæpiarum testa exusta cum pumice & nitro, & cimolia subassata, atque gummi, & galla, æqui hæc omnia ponderis. Item acopa & malagmata mediocriter lacessentia, præter cutis ulcerationem, & his unguenta similia, ut myrobalani cum aceto, aut uinum cum ammoniaci gutta, & alumine. Ac si ulceratio fuerit locorum consecuta, erunt congrua pro differentia ulcerum adhibenda. Quapropter ea quæ serpere per corpus uiderimus amputamus: tumentia uero mitigatiuis temperamus, & laxatiuis uirtutibus: item humecta atq; fluida densamus, & sor-*

** psychrolusia*
ἡλίωσις.
ψιλωκισμός.
ψιχρολουσία.
καταχλυσμός.
Aqua
** stypteriazousas*
** ferruginearū*
** siderizousas*
συπτηριάζασα.
σιδηρίζασα.
σμήγματα.
** grauius*
** sepiarum*
ἄκοπα μαλάγματα.

& sordida purgamus, caua replemus, & æqualia in cicatricem ducimus, sicut Responsionum libris chirurgiam scribentes monuimus. Ea autem quæ in cicatricem uenerunt sinapismis roboramus, prælatis metasyncriticis cyclis, & radicum uomitu, & cæteris quæ * sua sunt. Tum resumpto corpore uehementer utilis hellebori albi datio probatur, quo corpora * dissecentur, quæ non semel adhibẽda, sed etiam sæpissimè per interualla, præroborato corpore: item nauigatio, & in aeres meliores transitus. Sic enim passio soluetur, aut non ex ea deformatus ægrotans ad finem uitæ perueniet. Veterum autem medicorum nullus istius passionis curationem ordinauit, excepto Themisone, atq; ex philosophis Democrito, si uerè eius de elephantiacis conscriptus dicitur liber, quo sanguinis corruptionis causas conscribens, phlebotomandos imperat ægrotantes, & * dotandos decoctione herbæ, quam in Syria memorat nasci & in Cilicia. Sed neque hanc dicere possumus, neque passio tam difficilis his duobus * adiutoris solui creditur posse. Themison uerò secundo libro epistolarum, ad Dimantem scribens, phlebotomari iubet, rectè quidem sed non * scricturam cõsiderans potius quàm * conuiuantem causam sanguinis * detrahendam: quod est æstimabile, atque ut ita dixerim, dogmaticum, sicut secũdo libro de cœnotetis scribens Soranus docuit. Vtitur præterea * uomitiuis ieiunus, itemq; radicum, eorum confundens tempus. Oportet enim superpositionis tempore adhibere phlebotomiam, in lenimento uerò uomitum. * Item uentrem inter paucos dies leuiter * deducendum iubet, atque superficiem corporis constringi unguento myrobalani, cum aceto, & oleo rosaceo paruo, uel myrtino,

* similia
* eodem genere locutionis vtitur suprà pag. 409. infrà verò c. 3. helleboro dissecari corpora, et quadam nouitate cõfirmari ait.
Themison.
Democritus.
* potandos
* adiutoriis
* stricturam
* continentem
* detrahendi
Libri Sorani κοινοτήτων.
* vomitibus ieiunis, vt pag. 323 Rationem & modum vomitus ieiuni, vide pag. 409.
* Idem
* deduci

tino, & ammoniaci gutta cum alumine. Deponit etiã ægrotantes in decoctione frigida ex herba * perdicia confecta, uel plantagine, aut murta, aut rubo, bis in die, atque sufficienti tempore quadam tarditate ægrotantes imperat immorari. Dat cibos facilè reflabiles, & * potu magis aquam, quæ sunt incongrua. Phlebotomia enim * similiter laxatiuum genus est, & cibus reflabilis: at singula unguenta quæ imperat adhiberi, constringunt: item embasis, quam fieri ex decoctione herbarum iubet supradictarum: item unguenta condensant corpora. Sed hoc passus est cùm nondum limpide methodicam perspiceret disciplinã, & Asclepiadis secta * circunseptus, paßionis causam † in extasin æstimaret, quam * præstabat fieri † per ensem siue cutem: & ob hoc quærebat materiam à superficie ad altiora, uelut latius patentia, * reuocare. Vtitur ideo constrictiuis extrinsecus, & rapit ad interiora ea quæ fuerint appositorum uirtute depulsa. Prouocat etiam uentris fluorem & uomitum, & utitur hellebori purgatione, adhibito psilothro in tres uel quatuor dies, uel alio quolibet urenti medicamine usque ad cutis ruborem, quo magis perseuerantem faciat paßionem. Adhibet præterea cataplasmata, in quibus etiam succos * adhibuit arnoglossæ, uel perdicij herbæ. * Item malagmata adhibet constrictiua, ex quibus nunc plurimi * laudant argagation appellatum medicamen. * Item exercitium probat, & defricans cutem, declinat ungere, sed adhibet * Græcum, non coniiciens hoc quoque esse laxatiuæ uirtutis. Adhibet etiam ammoniaci guttam cum aceto, uel uino, quæ sunt intra se contrariæ qualitatis. * Item post exercitium sudationem faciendam igne uicino, sed aqua frigida fouendos imperat

* perdicio
* potui
* medicinaliũ
ἐμβάσεις.
* deceptus
† intrinsecam
* quam præstare putabat non ferri per extrinseca siue
† superficiem
* regerere
ψίλωθρον.
* addidit
* Idem
* fortaßis legendum (laudant ex Achate medicamen) vt emplastrum Polletis ex Achate nos intelligamus descriptum ab Aetio pag. 840.
Argagatio medicamen.
* Idem
* picem Græcam
* Idem

imperat ægrotantes, & usum hellebori *geminũ probat. Quæ sunt quidem uera adiutoria, si tempora quoque seruentur, ut Respõsionum docuimus libris. Quidã Themisonis sectatores initia quoque paßionis præuisa coercẽtes, pronos ac decliues, uel uenturos in eandem, quos uiderint, phlebotomãt, & helleboro purgãt: eos autẽ quos iam possessos acceperint, iisdem negãt curãdos adiutoriis. Siquidem corruptione quadã & laxatione extremæ cutis in corporibus hæc paßio generatur, & est arifica carnis atq; mollifica corporis phlebotomia. Quapropter inquiunt esse frigerandam & siccandam corporis superficiem, quo poßit eius humor ad intestina uel uentrem recurrere, ac deinde clysteribus, uel purgatiuis medicaminibus, que cathartica uocant educi detrahendo cibum. Prætcrea potandos probant ægrotantes succo nepetæ, seruata moderatione quantitatis, quæ neque minuenda, neque superanda sit à tribus cyathis usque ad sex: cibum etiam dandum frigidum, atque constrictiuum & paruum: potum frigidum, sed * meratum ex uino uehementioris acrimoniæ, atque albo, & ueteri: & sæpe * tenendos ægrotantes, ac siccandos abstinentia bibendi, & siccioribus reficiendos cibis: quæ sunt utraque incongrua ac dissonantia siccandæ cuti, secundum eorum intentionem. Si enim, ut aiunt, è superficie transmittendus est humor ad altiora, atque eò prouocandus, ut clysteribus ac purgatiuis medicaminibus excludatur per uentrem, erit contrarium, siti, atque siccioribus cibis, & uino supradicto, altiora siccare. Item aliqui * horum multitudinem intuentes frequenter adhibendam phlebotomiam, atque clysteres, & uentriflua medicamina, quæ cathartica uocant, iubent: & * magis diacameleos

* albi uomitorium: nigri deiectorium.

κλυστῆρες.

καθαρτικά.

* meracum

* continendos

* humorum

* magis quod Diacameleae

leos appellant, quibus necessariò corrumpentes ægrotos in peiorem habitudinem corporis uertunt, quem Græci cachexian uocant. Alij corruptione hoc fieri, atque mutatione ex * uenenis effecta æstimentes, temperatiuis uti medicaminibus decreuerunt: ex quibus magis asinino lacte ægrotantes potandos imperant simplici, uel accurato, quod schiston appellant: item uino dulci, & cibis similibus, quibus fœda digestatione corruptis maior efficitur corporis corruptio. Ordinant præterea theriacam dandam, quam cuncti Mithridatium appellamus: quæ quidem recorporatiua uirtute mederi posse perspicitur. Dant etiam uiperas mandendas, sed amputato capite atque cauda, mensura digitorum quatuor, cætera coquentes atque * obdulcantes sale, & oleo, ægris offerunt comedendas. Alij etiam aqua ex labris quibus candens tingitur ab operantibus ferrum, potandos dicunt, cùm sit hæc passio secundum plurimos scriptores, ex aqua graui, quæ aut natura, aut aliqua corruptione fœdata sit, sæpius generata. Alij quoque etiam cutis uulnerationem affectandam probant, qua corpus exhumoretur, neque cunctis commune iudicium, & ignaris cognitum prouidentes, quod peiorante paßione superficies corporis ulceratur. Alij ægrotum in ea ciuitate quæ nunquam fuerit isto morbo uexata, si fuerit peregrinus, * cludendum probant, ciuem uerò longius exulare, aut locis mediterraneis, & frigidis consistere, ab hominibus separatum, exinde reuocari si meliorem receperit ualetudinem, quo poßint cæteri ciues nulla istius paßionis contagione sauciari. Sed hi ægrotantem destituendum magis imperant, quàm curandum, quod a se alienum humanitas approbat medicinæ.

καχεξία.

* uenenatis humorum qualitatibus.

Lac asininum σχιστόν.

θηριακὴ μιθριδάτιος.

* condientes.

* excludendum

De

De Phthiriasi. Cap. II. φθειρίασις.

ANtecedente cachexia etiam hoc symptoma generatur, quod nos accidens dicere poterimus. Sumpsit igitur nomen non à genere, sed à multitudine pediculorum. Plurimi enim creantur nunc per totum corpus, nunc per eas partes quæ capillatura* cōceptæ sunt: & nūc consueti atq; simplicis formæ, nunc ignoti, hoc est latiores, & duri magis, ac sæuientes morsibus uehementer, quos quidam ferales appellant. Nam sæpe etiam sub capillis inueniūtur corpora penetrasse. Sequuntur autem ægrotantes uigiliæ & pruritus corporis, atq; pallor, cibi fastidium, & stomachi debilitas, & caluities: & est paßio solutionis, choleræ rubeæ egestione plurima per tenues uias emergēte, qua hæc animalia generantur. Deniq; superpositionis tempore iacere oportet ægrotos loco mediocriter frigido, atq; cibis constrictiuis, & temporibus iam sæpe demonstratis, refici. Fomēta uero & perunctiones, & cataplasmata membratim erunt adhibenda, qualia Themison elephantiacos curans ordinauit. Sed ea loca quæ capillatura uestita sunt, erunt prætcrea radenda. In superpositione resumptio adhibenda, atq; recorporatio, sicut in cachecticis, & elephantiacis ordinauimus, sed iugia adhibenda smegmata, quæ nos lacessentes, σμήγματα. atq; purgatiuos pulueres nūcupamus. Item unctiones, magis cum mox fuerit capillatura derasa præfotis partibus aqua marina, uel aceto salso. Sunt denique plurima speciatim posita, ut bulbi cum nitro atque oleo contriti, quo mellis* faciat craßitudinem, ex quibus corpus erit illiniendum: item staphysagria cum aceto atq; oleo trita, uel infusa aceto & oleo, tum contrita cum salis flore, quem Græci halos anthos uocant, do- ἁλὸς ἄνθος

Marginal notes: * cooperta — Pediculi ferales. — * facian

nec liquidi mellis similitudinem faciat: tum etiam sulphure uiuo atq; aceto: uel * ita ponderibus composita medicamina: staphysagriæ drachmas duas: sandaracæ drachmas duas, nitri obolos duos: admixto oleo & aceto, donec in mellis craßitudinem ueniat: uel sandaraca cum oleo: & staphysagria, & abrotanum æquis ponderibus, admixta calce, quam Græci conin uocãt, & his * similibus. Palpebris autem erunt adhibendi sicci pulueres atq; collyria, quæ Græci * phlepharica uocãt, nos palpebraria dicere poterimus, ex ære usto, atq; * aneso asso, sed & lapide scisso, & pipere, & staphysagria cõfecta. Hæc etiam in iis qui præter phthiriasin pruritu uexantur sunt adhibenda, adiectis magis feruentioribus aquis in usu lauacri, & asperginibus pulueris ex thure & nitro, & sulpure confecti. Itẽ solicationes, quas Græci helioses uocant, adhibendæ sunt: dropaces quoq; & uomitus radicũ, & ea quæ iam sæpe de aliis memorauimus scribentes paßionibus, quæ corpus recorporatiua uirtute fortificare, atque in meliorem habitudinem commutare ualeãt. Sic enim detracta corporis cachexia, quam nos malam habitudinem dicere poterimus, * eius quoque comitantia depellentur.

[Margin: * istis; κόνις. * similia; κολλύρια βλεφαρικά. * blepharica; * aniso; ἡλίωσις. * eam]

De Ventriculosis, quos Græci cœliacos vocãt, & de cæteris defluxionibus. Cap. III.

[Margin: κοιλιακοί. κοιλιακή.]

VEntriculosa paßio, quam Græci cœliacen uocant, à parte corporis quæ patitur nomen accepit. Generatur ex antecedenti indigestione continua, uel tumore uehemẽti, aut dysenteria. Sequitur in hac paßione constitutos uaria stercorum egestio, qualitate, atque colore, nunc tenuis ac soluta, nunc aspera, & inæqua

inæqualis uel constricta, & nunc alba, nũc similis urinæ camelorum, nunc flaua & spumosa, nunc prasina uel liuida, aut nigra, aut purulanta, aut sanguinea, cũ graui fœtore & rugitu intestinorum, quem Græci borborismum appellãt, atq; in exitu sonitum: & post effusionem factæ uelut * scatentis stercoris uesiculæ: & nunc iugiter nocte atq; die, nunc coaceruatim, sed interiecto spatio, ut per diem bis, uel semel, aut interpositis uno uel duobus diebus, aut eo amplius: & nunc cum tensione, atq; uentositate, & tormento, uel dolore aut singultu, considente atq; conducta cute quæ uentrem circuntegit, attestãte siti, & ipsius uentris feruore, & leui in interioribus torpore frigido. Sequuntur etiam uigiliæ, fastidium cibi, & aliquibus plurimus appetitus, uirium debilitas, pallor subalbidus, & *nunc febres, dehinc corporis odor teter plurimus, ut etiam quæ suis manibus tetigerunt computrescant, & difficile careant odore concepto: tum uultus inflatio atq; pedum. Quibusdam etiam dysenteria congeneratur, cum facile fuerint intestina ulcerata ob defluentiũ acrimoniam. Est autẽ paßio solutionis, & * aliquãdo stricturæ complexa. Siquidem aliqua eius uideantur esse * coniuncta, ut ex supradictis coniicitur: sed discernitur à speciali rheumatismo uentris. Siquidem plurimæ in ipso fiunt egestiones: sed non uariatæ supradictis concursibus. Quapropter cum adhuc noua, uel emergens fuerit paßio, nec plurimi temporis, sed in superpositione constituta, quam Græci epitasin uocant, erit eo tempore * locandus ægrotãs constrictiua ratione, ut sæpe docuimus, adhibita requie: & quantum uires permiserint, abstinentia. Etenim ad perferendum atq; corpori * adpropriandũ cibum sumptum,

βορβορισμός, ἢ βορβορισμοί.
* bullientis

* tum

* legunt quidam: aliquãdo ea videtur esse coniuncta.
* constricta
Reumatismus ventris.

ἐπίτασις.
* regendus

* aßimilandũ vt pag. 105.

nunc uenter patiens indignatur, tanquam oculi patientes uisus officio, *in qua ætati: somnus etiam plurimus curandus, atq; sitis, & lanis mollibus uenter contegendus leuiter oleo hispano *prætactus, uel melino, aut rosaceo, aut murtino, aut lentiscino oleo. Ac si uentositate quoq; uel tormento affecti fuerint ægrotantes, dulci oleo dimißionis tẽpore lanæ tingendæ sunt. Perunctio uerò ex oleo uiridi adhibenda: facies quoque aqua tepida *releuanda: tum cibus dandus, ut alica ex aqua frigida, ita curata, ut sua * caruerit difficultate, quod fiet ex farris *tepore, aut decoctione palmularũ thebaicarum. Dandus etiam panis solus, aut cũ eo oua hapala: item pultes ex oryza, uel alica, aut farre, aut milio, ex paruo hispano oleo confectæ, & paruo salis grano * uel si dolor admonuerit, adhibenda cucurbita longior: procurandum tamen, ut si quid partis spongia ceperit solitæ, damnum moderationi non sit: Tunc leuiter oppreßo liquore, quo folliculi reflatio fiat, erit tentandum ne clysteris cauerna * fuerit clausa: dehinc apponenda podici fistula dextera manu, usque ad eius uerticulum quem Græci aspidiscon uocãt, impulsu *leui, & *neq; recto ductu cõtra oppositas partes, neq; superiora repentino, uel *cum plurimo conatu, tumores enim exinde atq; collectiones efficiuntur. Quapropter sensim, atq; paulo inferius inclinato ductu, iniectio fieri debet ad illam partem, in qua constitutum est os sacrum, quod Græci quoq; uocant hieron osteon. Illic enim spatium latius longaonis, appositione facta erit digitis *detrahendus, quo cauerna fuerat obstrusa, atq; sinistra manu continenda, immobilitate seruata, clysteris fistula, & dextra comprimendus folliculus leniter, ac moderatè, quoties inferiora intestina

Marginal notes: * tunc · * inquietati. · * præunctus · * lauanda · * careat · * torrore vt cap. 4. lib. 5. ἁπαλά. · * vel si dolor admonuerit adhibenda cucurbitula: iniiciendúsque clyster longiore fistula: procurandũ tamen moderatione, parti nullum vt detrimentum sit, spõgiáque, vt solitũ est, ano supponẽda: tũ leniter. · Ano spongias subiici solitas vide pag. 462. ἀσπιδίσκος. · * sit · * leni · * atque · * etiam · ἱερὸν ὀστέον. · * detrahẽdum

ſtina ulcerata noſcuntur. Erit deniq; paruæ lõgitudinis, atque altioris cauernæ fiſtula procuranda, qua* poßit facili effuſione patientibus locis medicamen tradere, ne* ſuſpenſum iis quæ patiuntur non ſolum nihil afferat commodi, uerum etiam ſanis irruens officiat. Erit autem folliculi impreßio uehementius facienda, atq; fiſtula longior procuranda in iis quibus ſuperiora inteſtina fuerint ulcerata, quo medicaminis liquores eò ualeant peruenire. Et hortandus ægrotans, ne retento ſpiritu quodam recurſu referiat medicamen. Ac ſi magna fuerit putredo, quam nomen appellant, nõ erit* immodicum etiam ex utraq; parte, clyſteris fiſtulam cauernare, quam Græci amphitreton uocãt, quo poßint medicaminum liquida per utranq; partem inteſtinorum lateribus aduenire: Tum cum omnis fuerit folliculus complicatione uacuatus, ſiue oppreßione manus* refuſus quo medicamina perueniſſe* ſentiamus, erit detrahẽda fiſtula ſuſpenſa manu, & diſtentis cruribus ægrotantis, ſpongiæ commodandæ podici, expreſſæ ex decoctione calidi liquoris, in quo præcocta ſint mala punica, quo conſtrictione quadã uirtutis herbarum, quam Græci ſtypſin uocant, atq; feruido tactu denſatis partibus longaonis, iniecta teneantur. Tum modico temporis ſpatio intermiſſo erunt etiam illa quæ clunibus fuerant ſuppoſita detrahenda: & ſi fuerit æger in uentris officium prouocatus, in inferioribus ulceratione conſtituta, & magis ſi in longaone fuerit perſpecta, erit hortãdus pauliſper reſiſtere, & iniecta continere,* tangentibus nobis eaſdem partes quæ pati noſcuntur, quoties prouocari ægrum in egeſtionem medicaminis uiderimus.* Ac ſi in ſuperioribus fuerint ulcera, erunt permittendi egerere cum

* quæ
* nec rectà, nec ſtatim ad partes ægras trãſmiſſum
* incõmodum
ἀμφίτρητος
* infuſus, cum
* ſentiemus,
* cõtactu enim digitorum inteſtinum ſeſe colligit, & contrahit.
* At

uolent. Etenim medicamẽ iam recurrens atq; defluẽs ad inferiora, longaonẽ sanum inutili uirtute adficiendo exulcerat. Nam quibus* alienatæ sordes detrahũtur, iisdem non ulcerata uitiantur, exusta cum admotæ corporibus tardius fuerint immoratæ. Exclusis igitur cum medicamine post sufficiens temporis interuallum muculentis humoribus, atq; ramentis, & uariis defluxionibus intestinorum, sufficienter operatum medicamen accipimus, quanquam non de perfecta curatione tutò pronuntiare poßimus, cum sæpe ulcerationis particula in superioribus constituta minime ualeat medicamen accipere, & propterea non omnibus commodata curatio uideatur: uel si commixtũ putredini medicamen cuncta purgauerit, hoc adprehendimus, cum solum, præter aliqua purgamenta, fuerit exclusum. At si hoc egestio secuta fuerit quædam aliena, minus quidem, purgata tamen accipimus ulcera, & propterea sanitatis spem pollicentia. Item si nihil fuerit exclusum, neq; ipsius iniectionis quidquam, erit credendum necessariò medicamen inhæsisse, quantum sua ualuit potentia, & propterea sui operis integrasse uirtutẽ, quanquam non perfecisse uideatur. Nec recte culpanda uirtus est, quæ una iniectione non dederit sanitatẽ, cum* plenam fecerit futuræ perfectionis fidem, perseuerationem sui persuadens. Vnde si omnino nullum fuerit redditum, medicamen erit impauide accipiendum: atque è contratrio si eius nulla particula retenta, nullum sui demonstrauerit effectum, omnia desperanda. Est enim plurimæ debilitatis, atque * alienatarum, uel mortuarũ partium signum. Coniiciendum præterea, ne, ut sæpe contigit, uetustate medicaminum efflata uirtute nullus sequatur effectus, & propterea sicut

[Margin notes: * aliena — * planam — * occupatarum — Gangræna]

ſicut iniecta ſunt, *limpide reuocentur. Quapropter * limpida
etiam hoc intuendum eſſe mandamus. Tum poſt ege-
ſtionem factam ſpongiis erit *poſtea detergendus, uel * podex
ſi nihil fuerit excluſum, interiecto ſpatio unius ho-
ræ perunctum reficere ægrotantem oportet cibis con
gruis, atque ſtomacho aptiſsimis, ut lactucæ thyr-
ſo, uel intybo cū aceto, quod ſit ex murta confectum,
aut oliuis fractis, uel natantibus, quas colymbadas κολυμβάδας
appellant, & ouis hapalis, & uolantibus nuper me-
moratis, quæ ſint nutrita conſtrictiuis, ut murta,
roſa, lentiſco. Etenim eorum pinguedo ſic *deflu- * defluit
xit, atque caro conſtrictiua ſufficitur, magis in eo-
rum pectoribus quorum plus oſsibus uicina aptiora
probantur: ſunt enim teneriora *cæterorum. Dan- * cæteris
da etiam pomorum quædam conſtringentia, atque
olerum cocta, quorum ſuperius de aliis ſcribentes
paſsionibus memorauimus: potui dabimus aquam fri-
gidam: quod ſi minime tolerauerint ægrotantes, da-
bimus feruentem plurimum aquam ciſterninam: & ſi
ſine febribus fuerit ægrotans, dabimus uinum *exer- * excitan-
citioris paulò uirtutis, ut ſupra docuimus. Omnino tioris vinū id
enim inuitantes adpetitum, ſiue ſuſcitantes, quem ſupra remorde
Græci orexim uocant, ſtomachi robur debemus cu- re dixit pag.
ſtodire, niſi cum nauſea etiam uenter fuerit reſolu- 379. Alij le-
tus. Oportet enim curare, ne rurſum plurimum cibum gunt: exerci-
demus aut potum, uel priuſquam ſolidum cibum ſum- tatioris vt infrà
pſerint ægrotantes bibendum credant. Nam conuenit c. 8. dixit exer
neque grauata, neque humecta inteſtina ſeruari. Si citatius cata-
igitur medicaminis iniectio aliquo fuerit peccato ui- plaſma.
tiata, ut non omnibus *adiutorij partibus *informa- ὄρεξις. * adiutorium
ta uideatur, mox medicamenti monſtrabit errorem. * immoratum
Nam quidam *iniectione aliqua ex parte uomuerūt: * iniectionem

aliqui stomachi ac uentris dolorem senserunt, singultibus atque nausea affecti, cum anxietate, ac siti, & immitigabili ardore, & articulorum frigido torpore, & pulsu maligno, atque sudore uel defectu, aut pressura capitis, siue grauatione, quam carosin uocant, * siquidem sit nimiæ uirtutis medicamen iniectum, in febribus, uel uiribus uitiatis, aut in alto tumoribus constitutis. Vomitus autem medicaminis iniecti si ex tumore uentris fuerit factus, uel* teneriorum intestinorum, tanquam in iliaca paßione, sæpius ægrotantibus intulit mortem. Si autem nullo tumore subiecto fuerit effectus, ingerit uexationem atque metum: Aut ut sæpe contigit paßionis significat depulsionem: Siquidem nulla pars ulcerum in intestinis à medicaminis contactu uidetur immunis. Tardante paßione etiam recorporatiuis conuenit uti rebus. Quapropter oportet ea quæ feruntur per uentris officium, celeriter auferre, & ora ægrotantium spongijs ex pusca frigida* siccatis reficere, articulos ligare, & stomacho cataplasma constrictiuum imponere, quod* diadaphnidon dicũt, uel similis uirtutis. Odoramenta quoque resumptiua adhibere, & frequentius cibo nutrire ex supradicta materia. Ac si accepta non tenuerint, erunt secundo offerẽda, adhibita articulorum fricatione, cucurbitáque ori uentris infixa, & si fieri potuerit, etiam à tergo inter scapulas. Ac si dolor occurrerit, & singultus, ob ardorem, atque sitim, fomentis utendum est, & cataplasmatibus, & spongiarum uaporatione, & olei iniectione, quo poßit * medicaminis uexatio celerius obtundi. Perseuerante incendio, etiam calida, * & oleo & lacte sunt inijciendi: Et si nulla fuerit * humoris significatio, eorum frigidus adhibendus est usus: & ob mi

κάρωσις.
* si quidem
* tenuiorum
* expreßis
* Aetius ex Archigene in hoc morbo ualde probat Malagma ex Baccis lauri
* medicaminibus
* & oleum, & lac sunt inijciẽda At
* tumoris

ob mitigandam ſitim iugis adhibenda oris collutio: dandus interea potus. Item propter articulorum frigus adhibendi tepores, cũ blanda manuum tenacitate, quam diacertoſin uocant: item unctio. Sudores autẽ ſi ex preſſura & diaphoreſi fuerint apparentes, erunt detergẽdi, & aſperginibus cohibẽdi, & cõgruo cibo, & cæteris quæ de* caroticis ſcribẽtes docuimus: quibus depulſis, hoc eſt à præſentibus periculis euadẽtibus ægrotis, ſi forte rurſum in priſcam dyſenteriam uenerint, erit tentandum multo tẽpore ſimplicibus uti iniectionibus, hoc eſt, hijs quæ ſine calce, quam aſbeſtõ uocant, uel auri pigmento, quod arſenicon appellant, conficiuntur. Tum ſi perſeuerauerit paßio, ad uehementiora tranſeundum, ſed ex ſimplicibus rebus confecta, *ſollicitam habentes calcis, uel auri pigmenti iniectionem. Oportet* enim putredini etiam cataplaſmatibus occurrere, quorum ſunt erui pollines puſca decocti, & lentiſcinum oleum, acacia immixta, donec mellis ſumat craßitudinem, item lẽticula molita, cum melle, uel roſaceo, uel lentiſcino oleo decocta. Ac ſi putredinis cauſa ſanguinis effuſio fuerit conſecuta, erũt ſpongiæ expreſſæ ex aceto calido pubetenus, uel ſub umbilico, & coxarum ſummitatibus, quas Græci iſchia uocant, admouendæ: dehinc iiſdem locis etiam cucurbitæ* feruefactæ adfigendæ, articuli ligandi, dandus digeſtibilis cibus, & qui facile corpori inſinuetur, tum uinũ quod ſit præcoctum in cortice mali punici.* Inijciendum autem acetum, nunc ſolum, nunc cum thure maſculo, uel eius manna contrita, * uel quod ex confectione ſuperat diatheon emplaſtri, cum ſibi eius materiæ miſcentur. Imponenda etiam ſimilis uirtutis emplaſtra: uel acacia aceto ſoluta. * Tunc donec ſcatere tentet

διακήρτωσις.
διαφόρησις.
καρωτικαί.
* cardiacis
Calx
ἄσβεστος.
*periculoſam, ſuſpectam, minime tutam.
*autem
ἰσχία
*igne multo
* Imponendũ
* vel ab eo quod in confectione ſuperat, uocatum διὰ θεῶν emplaſtrũ cũ eius materiæ miſcentur, imponendũ, ac etiam
* Ea

coquenda, aut in amplo mali punici cortice supra tepentem cinerem sensim calefaciēda, & ex ipso liquore partes contegendæ. Dehinc cerotaria apponenda ex oleo murtino, aut melino, aut uiridi, contrita acacia atq; consoluta, uel ex omphacino, aut œnanthino, cum *ruta, aut balaustio, aut aliquando his omnibus: uel ut Themison composuit, acaciæ partem unam, rosæ aridæ partem unam, ammoniaci guttæ partem dimidiam, ceræ partes quatuor & olei rosacei quod sit sufficiens. Hæc contrita in uino amineo, cum rosacco oleo & soluta cera miscenda. At si sanguis fuerit retentus, quod fit aliquando *cum gelatur, aliquando *densitate putrescentis uenæ, erunt discernendæ causæ hoc modo. Nam densatam intelligimus uenulam, quoties pulsus exurgit, atque frigus corporis resumpto feruore mitescit, ægrotantis animus melior, atque spiratione corpus facillime releuatur. At si gelatus obstiterit sanguis, quod Græci thrombosin uocant, & propterea fuerit fluor celatus, supradictis contraria sequuntur, ut pallor, iactatio, pulsus paruitas, uel amputatio, quam Græci asphyxian uocant, grauedo, inflatio, frigidus torpor pubetenus, ac paulo superius: tum defectio cum sudore. Quapropter erit aceti iniectio facienda, tunc cum fluor fuerit abstinēdus: diurnis diebus cibo reficiendus ægrotans. Si autem plurima ex parte retenta putredine parua excluserint ægrotantes, quæ sint sanguinolenta, & ramentosa, & propterea profectu apparente melior esse uideatur curatio, adiuncto tamen metu ne *retenta soluantur, oportet etiam secunda uel tertia *die eundem *trochiscum iniicere, sed *solita, uel certe succum plantaginis, aut acaciam cum aqua. Sin uero quibusdam diebus

* murta
Vinum amineum.
* nam venas diuisas sanguinis thrombus nonnunquam obturat.
* conglutinata vena, quæ putredine dehiscebat.
θρόμβωσις.
ἀσφυξία.
* retenta partes soluant, i. vlcerent.
* Autor supra cap. 13. lib. 2. valde probat trochiscos ex seminibus Rosæ cōfectos, & trochiscos ex Electro, quos hic fortassis vsurpari vult.
* Deesse quædam hæc vox monstrat, cum antea trochiscorum non meminerit.
* solutum

diebus sine officio uentris fuerint ægrotantes, ac rursum *iniectionibus asperati, coniicimus in his non cicatricem ulceris factam, sed medicaminum supraducto cortice fuisse *obtrusa, & propterea post *effectum uentris *nuda atq; *sorditata rursum humore fluere: ordinabimus autem tribus diebus lēticulæ *coctionem crasioris succi iniiciendam. Etenim intestina ui propria medicaminis coërcentur, quam Græci stypsin uocant, & ulcerum mitescit asperitas, & ex anterioribus medicaminibus facta conglobatio, siue cortex in saniem prouocatus cadit, & subiecta ulcera in cicatricem uenire coguntur. Ac si plurimo tempore ulceratio perseuerauerit cum corporis debilitate, atque fastidio, erit frequentia medicaminum euitanda, siue iniectionum, siue potionum. Maior enim ex ipsis uexatio fit, cum cibi appetitus extinguitur, & in fastidium ueniunt ægrotantes, nisi parua insuetorum multis fuerint consuetis admixta. Decoctionem autem lenticulæ secundo uel tertio per singulos iniiciemus dies. Ex ipsa enim sufficienter intestina coërcentur, & latenter corpus nutritur, cum *quadam particula digestione usurpata uiribus profecerit ægrotantis. Tum cū limpida ulcera senserimus erunt *cohibenda ea quæ uehemētius siccare ualeant, quæ Græci styphonta uocant, & iniicienda mediocriter constringentia. Ac si quisquam, eorū nō tulerit uirtutem, erit diachylon medicamen oleo rosco soluendū, ac diligenter liquefactum iniiciendum, uel plmbeo mortario, plūbeo pistillo *circunducto immisso oleo rosaceo conterendum, donec in succū ueniat, atq crasius fiat. Horum quoq; similibus utendū monemus. Tunc uino leni, atq; carne uolātum uel marinorum utendū, ut squillæ, mulli,

* eiectionibus
* obtrusum sub. vlcus.
* officium
* nudatum
* sordidatum
* coctionis crassiorem succum iniiciendum.
στύψις.
* quædam
* prohibenda
στύφοντα.
* circunductū

* carabi mulli,*carani: & pro modo uiriū,gestatione,resumptionis causa. Dehinc quum omnia tuta uiderimus,lauacrum adhibemus, sed non præparanter, & magis, quum fortè iniectio fuerit facta trochisci, nisi primò uentrem egesserint ægrotantes. Tardante paßione,superpositionis tempore,iisdem uti conuenit. In lenimento uerò erit fortificatio adhibenda corporibus per uariam gestationem,& uocis atq; corporis exercitium. Post singulas egestiones, adhibenda spongia ex oleo, & aqua calida, & decoctione lini seminis, aut fœnigræci, aut maluæ agrestis, iisdem partibus,

ἕδρα. hoc est seßioni, quam Græci hedram uocant, & specialiter admouenda uaporatio ex pollinibus,cataplasmate calido, uel saccello. Dehinc etiam radix agrestis maluæ decoctæ atque contritæ, calida testa calefacta erit apponenda. Ac si iugis fuerit dolor,immittendus digitus usque ad altiora,præunctus adipe anserino cum fœnigræci semine cocto atque contrito, aut ali-

Lipara medicamina. quo medicamine ex iis quæ appellamus lipara. Ac si hæc minimè fuerint inuenta,erit hoc cerotario faciendum simplici atque limpido: & quum tempus cibi dandi occurrerit,adhibenda perunctio stricturæ congrua: tum nutrimento dandus panis ex aqua calida,aut alica lota, aut pulticula ex melle confecta, aut oua sorbilia cum pane. Potu autem aqua calida offerenda. Perseuerante autem umore, adhibenda cucurbita adiuncta scarificatione his tumentibus,& uaporatio spongiarum. Declinatione occurrente adhibenda cerotaria, & resumptio cauta. Sic enim sedantur iuges egerendi

* irritationes, vt pag. 475. uentris * delectationes,quum tumor mitigatione conquiescit, atque ille qui putatur rheumatismus indulgentia tumentium facilius abstinetur. * Ac si æqualis

* At

tumori

tumori fluor occurrerit, utriusque erit cõiicienda curatio. Quapropter si fomentum ex oleo hispano, uel melino, aut murtino, aut lentiscino adhibuerimus, & cataplasmata erunt ex aceto atque melle, * uel stymmatibus præinfusis coquenda. Item præscriptis iamdudum iniectionibus concoquenda quædam constrictiua, ut murta, uel rosa, aut mala punica: * lacte autem & cæteris admiscendum amylum, & * enatis matibus aliqua decoctio stymmatum adiungenda, aut mali punici, & apponenda rursum sessioni uaporatio stymmatum, aut cantabri conligati, uel in aceto decocti, uel quam * omelsin uocant, ex pollinibus panno cõligatis, atque ex stymmatibus confectis. Perungenda etiam digito interiora longaonis ex cerotario oleo roseo confecto, aut adipe cum oleo roseo: tum post perũctionem ora lauanda aqua tepida: cibus dandus pulticula calida, ut de uentriculosis scripsimus, quos Græci cœliacos uocant, ex alica, uel farre, aut oryza, aut milio, aut olyra, aut pane Alexandrino. Hæc singularia danda, uel aliquando amylo admixto, aut lacte, aut melle ex fauo expresso. Potus paruus dandus, sed calidus. Tum effecta declinatione resumptio adhibenda. Ac si solutio fuerit urgentior, uel sola, frigidus conuenit locus ægrotanti, & supina iacendi positio, paulo * leuius capite locato, & suppositione lanarum, clunes uel inferiores longaonis partes subleuandæ. Adhibenda etiam requies, & impressus articulis manuũ amplexus, uel ligatio paulo tenacior. Deponenda etiam omnis animi intentio, & magis cogitatio passionis auertenda. Admonet enim * egestionem, ac prouocat inquietudinem in memoriam reducta conscientia. Erit denique persuadendum, ne quoties fuerint ægri in egestione

* stymmata quæ oleis adduntur vt spissescant, & odorem arωmatum contineãt: ἡδύσματα quæ immiscẽtur aromata, vt suauem odorẽ cõcilient. Stymmata ferè omnia adstringẽtia sunt. vide lexicum Constantini.

* lacti

* enematibus

* ωmen lysin

* leuatius: vt antea pag. 245

* egestionum

ne commoti, ilico uentrem facere festinent, sed quan-
motum tum potuerint resistendo differant * motu. Fit enim
quædam meditatio, atque frequens egerendi consue-
nudati tudo, & oportet effugere laborem motus, ac * nutãdi
corporis frigus, nisi fortè acrior, aut incendiosa fuerit
defluxio. Retenta enim seßionis in locis, quam Græci
hedran uocant, longaonem exurit. Conuenit denique,
si poßibile fuerit, ægros ad seßionem egestionis de-
humiliori lecto scaphia apposita portari, aut * humilius è lecto scaphia posita ad ege-
stionem produci faciendam, uel si plurima fuerit cor-
poris defectio, qua iacentes non ualeant fluentia reti-
nere, erunt egestiones spongijs suppositis excipiendæ,
& medijs partibus apponendæ lanæ, uel oleo constri-
ctiuo prætinctæ, uel decoctione buxi, uel murtæ, aut
mali punici, & horum similium stymmatum, uel suc-
rhoe coriario βυρσοδεψικόν. corum constringentium, uel asperso * rutherginario,
quem Græci byrsodepsicon uocant, uel trita galla e-
runt media siccanda: hæc enim constrictionem sine ul-
lo frigore fore promittunt. Dehinc apponenda ex
palmulis epithemata, & malo cydonio, & balaustio,
similibus & alumine, & horum * similium, sicut de cœliacis, uel
sanguinem spuentibus, aut stomachicis scribentes do-
cuimus. Iniiciendus etiam per clysterem succus planta-
ginis, aut polygoni herbæ, uel intybi, aut uuæ lupinæ,
calycariæ aut herbæ * caricariæ, uel semperuiuæ, aut mespilæ,
palmæ * maluæ, aut orizæ, aut decoctio mali punici, uel eius
κύτινος ῥόας. caduci, quod Græci cytimon rhoas appellant, nos * am-
vide cap. 2. lib. 5. pullagium. Et aliquando hæc ipsa erunt conterenda,
uel rosa, aut rubus, quam Græci baton appellant, aut
ἕλικες. lentiscus, aut galla, aut thalia, aut rubi uirgulta, uel ui-
vnita tis anuli, quos helicas uocant, aut salicis folia ex uino
* bunito iis qui sine febri adficiuntur; ex aqua uerò iis

qui

qui febricitant: item *ros syriacus, aut omphacium, * Rhus Syriacus
aut acaciæ succus, uel hypocystidos herbæ, aut balau-
stij drachmæ duæ, in quatuor uel quinque * cyathis * cyathos
coniiciendæ. Est enim ea quantitas iniectionis * re- * satis abundans
dundans, hoc est, siquidem plurima, grauedine quadam
prouocat uentrem. Item lenticulæ decoctio: aut licium
indicum cum lacte. Sint autem amyli drachmæ qua-
tuor, licij drahmæ duæ, lactis cyathi septem uel octo.
Extendenda enim hæc singula atque minuenda sunt
pro magnitudine * solationis, ac uirium ægrotantis. * solutionis
Ac si plurimus fuerit in ulceribus sensus, ut medicami-
num cōstrictione lacessita indignentur, erunt iniicien-
da ea quæ cum dulcedine admota partes ualeant præ-
siccare, quo neque ulcerationem prouocemus, neque
fluorem negligamus: ex quibus est in febricitantibus
succus * ptisanæ, cum adipe caprino, contrito atque * ptissanæ
commixto * tracanto, uel gummi, aut * aut gillirici * tragacantha
radice. Sed illa duo infusione præmollienda: radix au- * argallici
tem coquenda, aut rosaceo oleo ouum commixtum,
aut lac coagulatum, uel cum amylo concoctum ad ter-
tiam partem. In iis uero qui sine febribus fuerint, pas-
sum conuenit Creticum, & uinum * squilliticum su- * Scybeliticū
pradictis speciebus. Tum refectionis tempore unctio cum
adhibenda ex oleo hispano: ac deinde ora lauanda οἶνος σχιλλιτικός.
pusca tepida. Cibus autem specialiter, ut in cœliacis
ordinauimus, dandus. Similiter etiam potum conuenit
dare. Lac quoque bibendum præcoctum, quod appel-
lant * diacocleon, siue singulare. Etenim fluores cras- Lac diacocleō.
sificando cohibet, & ulcera deterget, & acrimoniam * Διά cachlecū: vel cachladon.
humorum temperat, & sine ullo labore corpora nu-
trit. Est autem coctionis hic modus. Lac sumendum ex
agresti pastu perfectum. Etenim in ciuitate nutrito-
rum

rum animalium reprobamus: siquidem capræ è salsiore * pascua sitientes plurimum * atque coadceruatim *bibant, & multum lac, sed aquatum faciunt, quod est constrictioni uentris incongruum. Quapropter magis ex capra, quæ lentisci pascua, uel murtæ, aut rubi, aut uitis foliis, uel quercus, aut salicis, uel hederæ, aut terebinthi, aut herbæ calicaris, uel polygonij, aut plantaginis, & horum similibus fuerit nutrita, erit lac accipiendum. Confluxit enim cōstrictiua * qualitas herbarum in lactis qualitatem. Nam sæpe diagridium uel helleborum mādentes purgatiuæ uirtutis efficiunt* lactem, sicut * procicolium comedentes lac generant, quod uisum præstet accipientibus abundè. Deniq; erit primò probandum, atque eligendum, quod sit albidius, atq; sine ullo odore, & neq; globosum, hoc est, frustis coagulatis uariatum, quod Græci trombades appellant, neque in urinæ similitudinem * mutatum, quod iidem * uroides appellant, sed quod poßit unguibus * destillatum manere sua tenacitate collectum. Boni igitur, ut diximus, lactis quatuor uel quinque saxtarios oportet in uas fictile mittere, siue æneum: immittendæ & * cochleæ, quas nos lapides marinos, uel fluminales accipimus: non marinæ * igitur ob salsitatem, sed fluminales, inustæ primo, * quo sint igne pellucidæ: tum auferendæ: & ex sufflatis omnibus, quæ de se fortè dimiserint, ac depurgatis, supradicto uasculo immittendæ, ac ferulis lac cum ijsdem * cochleis mouendum, donec ad mediam ueniat partem, siue tertiam: dehinc refuso lacte proiiciendæ priores * cochleæ, atque aliæ innouandæ similiter exustæ, sed per profectum, numero atque forma minores, longa per interualla. Hæc confectio lactis * diacocleon appellatur.

Sine

* pascuo
* aquæ
* bibunt
Lac caprinū.
* facultas
* lac
* Sic dictos puto Maratri teneros coliculos. Quidam legūt Croci folium: alij Fœniculū.
* serosum
Lac θρομβώδες.
οὐρώδες.
* sic valde serosum appellat, τὸ ὀρρῶδες
* instillatum
* cochlades: quas
Cochleæ lapides.
* deliguntur
* quoad
* cochladibus
* cochlades
Lac
* dia cochladων

Sine iis uero confectio erit longe simplicior, quam Græci aperiergon uocant. Vas enim lactis erit imponendum igni molliori, & immissa ferula metiẽda mensura totius, ac dimidiæ, & tertiæ quantitatis, quo nõ coniectura, sed uera dimensione coctionis quãtitatem sumamus. Tunc ipsa ferula circũlato ductu mouebimus coquentes, ne lateribus uel fundo iugi mansione* insidant. Dehinc ultimo coctionis tempore plurimus detrahendus est ignis, & cum ad partem dimidiam, uel tertiam uenerit, erit in aliud uas refundẽdum, exinde ægro dandum, non frigidum, sed leuiter* gelatũ, quod *galactodes appellat. Ac si forte stomachi fuerit euersio cõmota, cum accipere ægrotantes horrescunt, erit frigidum dandum, prætecto uasculo niuibus, ut enim mel decoctum sit constrictiuum, sic etiam lac deposito atq; excocto tenuissimo liquore, quem Græci orrhon appellant, & uapore concepto constrictiuum fieri necesse est. Conuenit deniq; etiam supra dictus ex * regula motus. Est enim uirtute constrictiua, & sui corporis raritate, tenuitatem lactis, uel aquatũ à* liquore ebibens. Accipere autem ægrotantes debent pro passionis magnitudine, & sumendi uoluntate, quam Græci orexin uocant, quidam plurimum, quidam paruum, & primo ex ea decoctione, quæ fit ad dimidiam partem redacta: tum ex ea quæ ad tertiã uenerit partem: siquidem* sit paulo plus constrictiuæ uirtutis. Sed erit eius usus comparatione prioris minuendus. Tunc post bibitum lac nullum potum sumere debent ægrotantes. Est enim ratione carens lac decoctione cõstrictum, supermisso liquore in aquam uertere. Præterea in iis qui sufficienter, uel quantum uoluerimus sumpserint, nihil erit omnino superdandam, iis uero qui mi-

Lac ἀπερίεργον.

* insidat.

* egelatum tepidum instar lactis ex vberibus prodeuntis.

γαλακτῶδες.

ὀῤῥός.

* tegula modus

* liquorem

* est

nus accepisse uidebuntur, sicut de cœliacis ordinauimus, erit superdanda pulticula ex lacte cõfecta, ut destinatus impleatur modus. Tunc post intermißionem mediocrem si quisquam nauseauerit, erunt danda mali punici grana, uel* acinæ uuarum siccarum, quas fabriles appellant, aut mespila, uel sorba. Quidam igitur *primam decoctionem probauerunt secundæ præponendam. Siquidem lac in semet uelut calcis qualitatẽ accepisse uidetur, qua * poßint putredines ulcerum abstineri: alij uero secundam magis probauerunt, quibus etiam nos consentimus. Non enim admixta supradicta qualitas causa est abstinendæ paßionis. Potest enim etiam quidam calcis uiuæ, quam Græci asbeston appellant, lacti admisceri. Sed est incoctio siue insumpsio aquosi liquoris, quo amisso syncerior lactis qualitas fit, * quæ neq; curiosa confectio, neque nidorosa, uel fumosa sufficitur, si simplici coctione fuerit procurata. Cum enim lac se à suo humore separauerit, * quã Græci orrhon appellant, craßius effectum ac* uiscosus, insidens uentri, atq; intestinis, & multo tempore immoratum, liquida concrassat, & ulcera mitiganter amplectitur. Alij tertiam partem aquæ lacti miscẽtes decoquunt, adserentes quod sit decoctio melior, * ne ullo nidore siue fumo, aut ustione lactis natura uitiatur ob aquæ admixtionem. Hi autem si usque eo coquendum iubent, donec ad modum præmixti redeat lactis, qui fuerat priusquam aqua misceretur, & liquidius conficiunt, & nõ sine suo naturali liquore, quem Græci orrhon appellant, ægrotantibus dabunt, prisca lactis quantitate seruata. Sin uero ad partem dimidiam uel tertiam decoquent, non solum plurimum decoctionis tempus insumunt, uerum etiam tarditate coquendi

Secundam lactis per se cocti, & ferula moti
* acini
* lactis cochladibus constricti. Alij primam exponũt lactis cocti ad dimidias: secũdam, cocti ad tertias.
Calx ἄσβεστος.
* poßint
* qua
* quem
* uiscosum
* quia nullo

quendi diutina, fumosum faciunt medicamen. Hæc sunt quæ in ipsorum erroribus respondemus. Eius autem *datio erit discernẽda. Nam primo *gelatum bibi debet, siue tepens, quod Græci galactodes appellãt: tum feruens: sed cũ primo fuerit profectus aliquis ex ante dato. Hinc enim perfecta paßionis fiet abstentio. At si quisquam ægrotantium lac sumere noluerit, aut horrido uisu, aut stomachi supinatione recusans, erit aliis adiutoriis adiuuandus: & si ulcus fuerit in superioribus ac densioribus intestinis, utendum medicaminibus potis, quæ Græci anoterica uocauerunt. Etenim quæ clystere iniiciuntur hæc magis patientibus apta sunt locis inferioribus. Et cum in cibi fuerint adpetentia seruati, nec ullo fastidio ægri uidebuntur adfecti, erit medicaminum consueta magis eligenda materia: at si fastidium fuerit, sola probanda. Sed eorum compositionem atque ordinem ex iis quæ de cœliacis ordinauimus, sumi mandamus. Licet præterea cum iis etiam acaciæ, uel œnanthes ex aqua cisternina contritæ, donec collyriorum faciat craßitudine* rotundata frustra dare bibẽda, aut resoluta cum uitello oui aßi in *quantitate dimidij cochlearij, aut aqua resoluta: in iis qui febre afficiuntur tribus cyathis: in iis uerò qui sine febribus sunt, cum uino* erit offerẽdum. Præterea communiter etiam quæ sanguinem expuentibus dantur, probamus, quorum est succus plantaginis, uel una die ac nocte* rhus syriaci infusus uino uehementiori: quod detracto oryza immissa * uino coquemus: Dehinc lenticulæ pulmentum decorticatæ, atque subassatæ, in pulticulæ modum * conficere. Item oua aceto cocta danda uel ouorum uitella, quæ sint carbonibus aßata. Item decoctio ex plantagine,

* dosis
* egelatum
Medicamina. ἀνωτερικά.
* in pastillos formata
* quãtitatem
* erunt hæc offerenda
* Rhus Syriacus
* vinum: Alij oryzam immissam vino
* conficiendũ

aut * agresta, & intybo, quod cichorion Græci uocant. Sed hæc singula erunt duplici coctione curanda. Nam post primam coctionem erunt in aliam aquam transferenda cum aliis nondum coctis: Quorum coctione perfecta priorum * secundum probamus effectũ. Erunt præterea hæc cõdienda oleo uiridi, & aceto, & paruo sale, uel quod est melius, * rhos. Quod si sordidum tardauerit ulcus in iniectione mulsi perseuerandum probamus, nisi solutio fuerit adiuncta: uel * decoctione corticis mali punici etiam, si crebræ temporaliter uentris egestiones, * quæ quidem erunt terenda, item corticis pini, aut subassatæ interioris tunicæ, siue corticis glandis, quam sardianam uocant, aut pulenti, aut cuiuslibet materiæ uehementius astringentis. Ac si quisquam harum uirtutum recusauerit usum, horrens oblata, siquidem sensu torquent acriore, erunt hæc mellis decocti atque durati latitudine cingenda, quo sub dulcedine lateant acriora, & nihil eorum uirtuti derogetur: siquidem etiam mel coctum constringit. Item malorum punicorum trium mediæ magnitudinis corticem sumentes, admixto uino lymphato, hoc est, aqua temperato coquemus, in iis qui sine febribus afficiuntur, uel declinante causa melius habere uidentur. Cum cisternina uerò aqua, ad heminas sex, quas cotylas Græci appellant, in iis qui etiam febribus afficiuntur, donec ad tertiam partem liquor deueniat: tum ex ipso duos uel tres cyathor ante cibum dabimus ægrotanti, uel eadem mala omnia contusa atque colata, uino aut * aqua immixta erunt offerenda non plus cyathis duobus. Item mala cydonia cum malis punicis decocta in uino dulci, aut * squilitico, tunc fricatione

siccata

* omphacio
* & secundorum
* Rhoe.
* bibenda
* qui quidem erit terendus
Sardiana
* aquæ
* Scybelitico, tum frixione

ſiccata atque craßificata cum lacte data conueniunt, uel aquæ cyathis ſex. Item ges aſter cum aqua * ducta curationi conuenit. Alia quoque plurima ſimillimæ uirtutis, infinita ſpecie * concurrunt. Item cibo danda alica cum uino melino aut murtino aqua temperato: tum plurimo profectu accedente dandi turdi, atque pulli gallinacei, uel columbarum, atque uolantum quæque ſicciora, ut phaſiani pectora, uel perdicis, aut attagenis agreſtis: quæ ſingula erunt poſtea apte coquenda, aut mediocriter aſſanda, ne lignoſa fiant, & digeſtioni officiant. Aliquando etiam erunt hæc animalia recluſis pectoribus uirgultis murtæ penetranda, aut eis magis replenda. Tum mediocriter coquenda, ac deinde farina conſperſa tegenda, & cinere calido maturanda. Item maritima quæ ſunt denſioris carnis. Agreſtium quoque, hoc eſt, leporis uel capreæ conueniunt pulmenta, uel pomorum * quæq; uiuida uirtute conſtringere ualent, ut mala cydonia cocta, uel aſſata: Item * pira, ſorba, meſpila, quæ nondum fuerint maturitate dulcia, pruna agreſtia, mali punici grana cum exterioribus membranis exiccata: Item uua, & magis fumi uapore ſiccata, quam fabrilem appellant. Omnis præterea cibus erit diligenter maſticatione exercendus, quo digeſtibilis fiat, ne uenter debilitate ſegnior plurimo laboret nixu, appropriando corpori quæ ſumpſerit. Melius autem partibus erit apponendum * diatheon medicamen, & omne quod fuerit ſiccatiuum malagma, uel aceto confectum. Tunc etiam uinum dandum, quod * fuerit natura plurimum conſtringens, ac pro regionibus cognitum, ut in Italia Præneſtinum appellatum, uel * Surentinum, & magis Signinum ac Marſicum:

* datus
* occurrunt
* quæ
* pyra
Vua fabrilis.
* Dia theiov
* ſit
* Surrentium
Vina Italica conſtringẽtia.

ex quo oportet etiam alicam* myro curatam dari. Ac si forte hoc uini genus minime fuerit repertum, erit quiddam aquæ calidæ admiscendum, quod eandem ualeat imitari uirtutem, ut rhaponticum, uel illud* quod Græci appellãt inter corticẽ quercus inhærens, pertetam neruorum fila teneriora. Item rhus linteo ligatus, uel galla uiridis, quæ appellata est omphacine, aut uitis* amyli, quas elicas appellant, aut uirga rubi, aut cerasia, aut mala punica, aut fabæ græcæ folia. Non hæc quidem erunt iugiter adhibenda, sed medicaminis uice. Tunc apparente magis profectu adhibendum lauacrum, & corporum motus per gestationem, uel deambulationem insinuandus. Ac si paßio perseuerauerit transacta superpositione, erunt iisdẽ quæ supra memorauimus resumendi ægrotãtes, adiecto uocis exercitio, cum corporis uehemẽti defricatione, & magis, uentris in locis: item cyclus iuxta regulam, quæ aut qualitatis solius habeat ductum, ut æquali quantitate seruata descensus uel transitus ad parui nutrimenti mutationem ueniat, ut à* tardis uel paruis uolantum animalibus ad palumbos uel perdices, & his similia: aliquando per quantitate solam, ut eodem pulmento seruato, exempli causa, perdicis, * & paruo modo ueniant ad plurimum. Tunc erunt utraque iungenda, ut etiam qualitate ac quantitate uariatus formetur cyclus, cum uires ægrotantis ualentes uiderimus. Quo modo autem initium sumendum sit, uel panis fieri debet partitio, uel * quia in pulmentorum mutationibus uinum uel lauacrum detrahimus, ex iandudum dictis accipiẽdum probamus. Sed lauacra rara, atq; calida magis, inuenimus aptißima. Tum cõfirmato corpore, ac resumptis uiribus uo-

mitum

* mero: Alij myrto.

* quod inter corticẽ & carnem quercus delitescẽs νεύρου ἶνας Græci vocãt, nempe

* annuli, quos

* teneris &

* ex

* quo modo

*mitum conuenit adhibere: & primo ex ſimplici aquæ mulſæ potu: ſecundo ex radicibus, quo partiliter locale adiutorium uentri præſtemus, & quodam uehementi motu, ueluti purgatione per uomitum effecta, omni impedimento digeſtionis officij liberetur. Tum tranſeundum ad mediæ qualitatis pulmenta, & cætera * cyclorum ordine ſuo * reddenda uſq; ad porcinæ pulmentum. * Itaque agreſtium, hoc eſt, leporum atq; capreæ danda iamdudum docuimus. Dehinc adiungenda drimyphagia quæ ſine uomitu erit adhibenda, uno uel duobus diebus, ac deinde cæteræ cycli partes integrandæ. Conuenit præterea oliuas nigras aceto decoctas, cum mali punici cortice contritas, admixto pipere albo, & oleo hiſpano modico, atque recenti, ieiuno ægrotanti dare: nunc nulla addita alia ſpecie, nunc adiuncto pane. Ordinanda etiam cætera reſumptiua atq; recorporatiua uirtute medentia, ut geſtatio uaria, deambulatio, uocis exercitium, perunctio, defricatio, quæ exercitij tempore, atq; nunc uncto corpore nunc arido, uel ſicco, erit aptiſſima: item ſicca cibatio, & cucurbita recorporatiuæ uirtutis ſecundum medias partes, dropax illitus uſq; ad uentris confinia, atq; uertebrorum, pſilothra, ſinapiſmi, & paropteſis uſq; ad cutis ruborem, cum defricatione ex oleo atque nitro: item arena ſole ignita, acopa acriora, ut ex euphorbio, & opobalſamo, & ſimili uirtute medentibus confecta: item malagma ſecundum uentrem, quod appellatur * diathapſias, uel * diacapaneos, & * diaeuphorbium, & aliquando parua ſumptio medicaminis poti, quod appellamus diatrion pipereon. Et ſunt hæc cuncta medicamina libro conſcripta Reſponſionum; item peregrinatio, atque natatio maritima,*

vt pag. 409.

** cycli*

** danda*

** Nanque*

** vnguentum Diathapſias deſcribitur ab Aetio pag. 657.*

** Diaſycaminis.*

** Deſcribitur a Paulo inter Acopa.*

& naturalium aquarum. Ac si fortificatum corpus rursum fuerit humoris fluore tentatum, quod Græci rheumatismum uocant, conuenit hellebori *dati decocti, uel radicibus inserti, quod *catapaston appellãt. Dissecat enim corpus, & quadã nouitate confirmat. Culpandi præterea etiam nunc ueteres medicinæ conditores. Hippocrates enim libro quem *Ad sententias Cnidias scripsit, helleborandos principio ægros ordinauit, ultimum adiutoriũ cæteris anteponẽs. Dat præterea panem ita curatum, ut neq; ab hominibus recte ualentibus posse digeri facile uideatur: Item pulẽtum, atq; fœnigræci semina, cum sint hæc qualitate contraria: alia enim astringunt, alia relaxant, & nulli adiutorio tẽpus adiunxit. Diocles quoq; libro quo de passionibus atq; causis, & curationibus scripsit, prouidẽs siccandum corpus, urinalibus medicaminibus *utẽdum iubet, quibus non solum humor uentris siccari minimè posse perspicitur, uerumetiam uesica in morbos cogi inuenitur. Erasistratus tertio libro de uentre prohibet cibos digestibiles ac nutribiles, æstimans hæc facile posse corrumpi, non coniiciens quoniam omni ægrotanti digestibilium rerum usus conuenire perspicitur: quo minime in laborem mediæ partes, quibus digestionis celebrantur officia, cogi uideantur. Prohibet præterea specialiter lenticulam, atque mala cydonia, & si quæ similis fuerint uirtutis, * quo una uoce omnem congruam uidetur recusare curationem. Nutribilia * etenim, quæ ob resumendas uires principalem * tenuerunt locum, superfluum est, ut æstimat, adhibere. * Lisius etiam quarto libro Tardarum paßionum principio adhibendum uomitum post cibum probat, * cum noua ac recens in corpore fuerit paßio,

liter:

Margin: * datio: vt pag. 461. * Catapecton. Notantur veteres medici. Hippocrates. * Nusquã opere citato apud Hippocratem id legitur. Diocles. * vti. Erasistratus. * præcepto. * etiam. * tenent. * Lucius, vt supra Lucij Tharsensis meminit Gal. π. τόπους pag. 766. & 767. Fortasse Lusius legendum est.

ſine dubio dupliciter nocens: primo quod intemporaliter: etenim nouellæ paſsiones ſuaſu quodam, & non agitatione uehementi ſunt depellendæ: dehinc quod incongrue: ſiquidem * ſit uomitus poſt cibum grauabilis capiti. Inquit præterea: ſi humoris perſeuerauerit fluor, atque longo tardauerit tempore, & typico motu uentrem fecerit humectari, occurſibus periodicis tribus uel quatuor interpoſitis diebus uentrē conuenit prouocare. Vnde plurimi etiam lac offerendum probant, quod ſchiſton appellatur, ſiue catharticum, quo in acutum potius, ac periculoſum ueniant morbum, & exinde poßit medicina tanquam celerem facilius curare paßionem.

* eſt

Lac σχιστόν.

De ventris debilitate. Cap. IIII.

ETiam hoc quidam ſymptomatis genus, quod nos accidens appellare poterimus, ſcripſerunt: & aiunt debilitate uentris acceptum cibum plurimo tempore in eodem permanere: aliquando corrumpi: & magis cum inteſtinum, quod Græci neſtin uocant, fuerit quoque debilitate uitiatum. Fieri etiam inflatione ſecundum uentrem exiſtente, atteſtante paruo dolore & rugitu inteſtinorum, quem borboriſmon uocant, cum plurimo ſputu, ac ructatione iugi. Sed erit accipienda curatio ex iis quæ cum dolore, atque inteſtinorum tormento ægrotantibus adhibenda ſcripſimus.

νῆστις.

βορβορισμός.

De ventris tumore ac duritia & ventoſitate, inflatione, ac ſaltu. Cap. V.

TVmorem uentris extantia ſequitur ſecundum præcordiorum media, reſiſtens atque doloroſa, atteſtante feruore, & iugi ſaltu, & aliquando febricula, cum faſtidio, & ſiti, anxietate, & iactatione. Sequuntur etiam uigiliæ, & cibi corruptio. Sed di-

περιτόναιον. scernitur à superiorum tumore, hoc est peritonci, siue cutis superpositæ. Primo quod transuoratus cibus
*præstat uelut percussum * præstet circa stomachi finem, uel uentris initium. Secundo quod adducta cutis digitis, conduplicata sequitur: Duritiam uero uentris sequitur extantia, plurimum resistens, sine ullo feruore, atque pulsu, uel dolore, sed sola spiratione difficili, & digestionis impedimento paruissimo. Item uentositatem sequitur tensio cum rugitu intestinorum, quæ facile relaxatur, ac rursus colligitur: & si palma fuerint partes pulsatæ, ut tympani resonum fingunt: impressæ uerò recessum faciunt tardum, & detracta manu facilius surgendo cōcaua replent loca. Inflationem
οἴδημα. uero, quam Græci œdema uocant, sequitur extantia partium, sed facile atque plurimum impreßioni cedēs, & neq; tympani resonum fingens, neque feruoris ingerens sensum: item saltus commotos iugis sequitur, sicut etiam cor salire perspicimus, cum nimio uel timore, uel gaudio afficimur. Sequitur etiam sensus tan
* auis omnibus. quam uolantis interius * ab iis omnibus, attestante inani tußicula longa per interualla: & thoracis pungente tensione. Sed erit accipienda curatio ex iis quæ de strictura stomachi conscripsimus.

δυσεντερία. De dysenteria. Cap. VI.

ρευματισμός. A Difficultate officij paßio nomen accepit dysenteria. Est autem intestinorum rheumatismus cū ulceratione. Sed fit antecedente fluore, quem Græci
διάρροια. diarrhœan uocāt, aut cholera, aut tumore uentris. Et
* difficilis celer interdū. est * difficile celer, frequentius tamen tardans paßio. Sequitur in paßione cōstitutos muculenta uentris egestio, atq; è ramētis * innexa, & humore crasso: primo,
* connexa cum naturalis intestinorū defluit corpulēta soliditas: dehinc

dehinc uaria atq; ſanguinolenta, & felloſa, aut ſanioſa, atq; feculenta, aut cum gelati ſanguinis corpuſculis, quæ thrombos appellãt, & liuida, aut carnoſa, & mẽbranis plurimæ longitudinis innexa, atteſtante graui fœtore, cum dolore ulcerum, & faſtidio, & ſiti, atque interiorum ardore. Sequuntur etiam uigiliæ, & aliquando febricula, anxietas, iactatio, hebetudo, & aliquibus inteſtinorum rugitus, & tenſio cum uentoſitate, & impedimento urinæ reddendæ: in quibuſdam etiam uomitus, & ſaltus præcordiorum, aut torpor frigidus, lingua humecta, aut plurimum ſicca, aut aſpera, colore cinereo, aut liuido: item corporis defluxio, & accepti corruptio cibi feruens, cum iugi atque inceſſabili egerendi uentris deſiderio, & in eadem admonitione mordicatio inteſtinorum omnium, uel podicis, aut uicinarum partium. Fit autem ulceratio aut in tenuiſsimis inteſtinis, ut pyloro, * neſtidi, typhlotero: aut in craſsioribus, ut in colo, uel longaone. In omnibus enim eodem tempore fieri, uel eſſe ulcerationem minimè poſſe accipimus: ſiquidem mors præueniat ægrotantes. * Interioribus igitur inteſtinis factam ulcerationem adprehendimus ex doloris ſenſu ſupra umbilicum conſtituto, ſiue ex eodem loco initium ſumente, & egeſtionibus uentris ſemper tenuiſſimis. At ſi in craſsioribus inteſtinis fuerit ulceratio conſtituta, ſenſus doloris ſecundum umbilicum efficitur, & egeſtiones uentris carnoſæ apparent, & frequenter coagulata magis atque coacta ſtercora egeruntur, cùm ſolus fuerit paſsione longao uexatus, & magis eius inferiora. Præuenit enim tenuiũ ulceratio, atq; non ſinit cibi digeſtionem in ſtercoris uenire qualitatem. Aliquando denique ultimo egeſtionis tempo-

θρόμβος.

πυλωρός.
νῆστις.
* Neſti, Ei leo: aut in craſſioribus, vt Typhloëtero, cωlo
τυφλότερος.
κῶλον.
Longao.
* In tenuioribus

re ulcerum * tactu sanguinatio fit, ut guttarum distillatio appareat, & insignia tenesmi demonstret, quo iuxta sessionis finem, quam Græci hedram appellant, longaonis pars ulcerata intelligatur, manifestis atque promptis concurrentibus signis. Nam * delectatione frequenti ægrotantes afficiuntur uentris egerendi, atque ipsa egestio cum quadam uoluntate, & labore nimio efficitur: tensioq; clunium, & pectinis pubetenus, cum sensu, tanquam quiddam corporis solidioris inesse putetur. Ipsa quoque stercora, uel eorum egestio parua, atque leuiter muculenta uidetur, & humore crassiore confecta. Excluduntur enim primò pinguia, dehinc sanguimolenta cum stercore coagulato. Nos denique tenesmon dysenteriæ *adiungendam probamus: siquidem est ulceratio partis intestini, nisi quis uoluerit ante ulcerationem solum tumorem appellare tenesmon: quod est quidem inconsequens omnium scribentium dictis, quibus tenesmus necessariò fuit * prouidendus, ut * sola proteruitate medicamina * pota danda, alacri temeritate confingant: sed etiam nobilium multi, ut Diocles libris quos de paßionibus atque causis, & curationibus scripsit, lac * ordinat cum melle bibendum, uentrem * prouocans in fluorem: item murrham cum ouis atque uino commixtam, cùm necessariò stomachum murrha euertere uideatur: item *utitur ptisana cum adipe sorbenda: item galla cum opio, neque discretionem qualitatum, neque temporum * memorans usum. Praxagoras libro primo Curationum statuit uentrem deducendum peplio & lacte plurimo, cum mulso, potans & aqua salsa, & succo betæ, & oleo cum mulso. * Hoc condimento iniiciens, & oleo, & liquido cerotario cum aqua, quibus uenter

Marginal notes:

* tractu
τεινεσμός.
ἕδρα.
* irritatione, vt pag. 460.
Tenasmos dysenteriæ iungitur.
* adiungendũ
* describẽdus, explicandus.
* solita
* potui
* Multa hic desunt.
Diocles.
* ordinant
* prouocantes
Myrrha.
* vtuntur
* memorantes
Praxagoras.
* hoc etiam condimentum iniiciens, & oleum, & liquidum cerotariũ

ter

*ter magis in fluorem prouocatur. Item nutrit bis cocto pane, qui * sit necessariò digestione difficilis, * cùm plurimum torretur: item piscibus saxatilibus, & carnibus teneris, cùm debuerit densioribus magis ob stringendam solutionem. Dat etiam aquam bibendam, & uinum dulce, quod etiam sanos inflare perspicitur. Offert farinam cum lacte coctam, quæ indigestibilis probatur: sic etiam tritici ptisanã cum cantabro. Ordinat etiam * secundam & tertiam curationem, nullam adiiciens discretionem. Erasistratus secundo libro de uentre plurima rectè componens, solis utitus constrictiuis, cùm sint plurimi dysenterici laxatione indigentes. Themison primo libro Tardarum paßionum plurima rectè memorauit, aliqua uerè correctione indigentia. Laxamenti enim causa, atque * lapsus faciendi * aquæ, & arnoglossæ succo iniectionem faciendam probat, & hoc aptum etiam tumoribus memorat, quod ob constrictionem siccare perspicitur. Adhibet etiam naribus atque auribus, & angulis oculorum sanguinis detractionem, nihil propositis profuturam, & post cibum unctionem, quo tempore quies est adhibenda, ob digestionis perficiendæ facilitatem. Dat etiam uinum asperius, cùm fluorem uehementescere uiderit atque febrem. Et * meratum probat offerendum, quo tempore ob augmentum paßionis aqua uino imfecta conuenit, maximè cum * merata potio uexare neruos approbetur, quos Græci cremasteras uocauerunt.*

*[margin: * est / * quia / * Resumptiuam, & Recorporatiuam / Erasistratus. / Themison. / * vt facilè descendant, & labantur, quæ intestina continent. / * ex aqua / * meracum / * meraca / κρεμαστῆρες.]*

De colicis pasśionibus. Cap. VII.

Principium huius capitis deest.

*Concurrit præterea grauedo, sitis, fastidium, & * incessante paßione, siue acceßionis tempore articu-* *[margin: * incessente]*

lorum

lorum frigidus torpor, & liuor, attestante sudore, & mentis hebetudo, cum pulsus paruitate, ac densitate: item sequitur singultus, & uentris abstinentia, aut cum dolore egestio, urinæ reddendæ difficultas, capitis grauedo, intestinorum rugitus scatens, quem Græci * borborigmon uocant, & augmento paßionis uomitus humorum crassorum, quos Græci phlegmata uocant, tum * felineorum, cum tensione membranæ quæ uentrem * intra cutem circuntegit, & appellata est peritoneos, quæ perseuerans facit inflationis causa resonum tympani, cum palma fuerint loca pulsata: tum extantia cum rugitu plurimo, & dimißionis tempore uenti per podicem egestio cum magno sonitu. Ac si tumor fuerit insidens atque roboratus, erit extantia durior, * ac puluoso attestante * feruore, cuius circunspectio simplex, sed inæqualis esse uidebitur: quo discernitur à iecoris ac splenis, uel peritonei tumoribus, qui in peritoneo sunt æquales: in iecore uerò ac liene quadam circunspectione finiti. Est autem paßio aliquando continua, ut plerosque tanquam * ileicos interficiat: aliquando deficiens, ut sæpe tarditate perseuerans difficilè curabilis fiat. Sed eius curatio etiam * nunc stricturæ conueniens probatur. Quapropter si acuta, uel celer fuerit paßio, uel in superpositione cōstituta, conuenit ægrum iacere loco calido, contectis partibus in paßione constitutis lana limpida, atque calida. Adhibendus etiam fotus olei dulcis calidi, & sæpe memoratæ uaporationes: cucurbitæ apponendæ leues, quas Græci cuphas appellant: item uascula, quæ ambigas uocant, & sunt materia testea, uel uitrea confecta. Tum requies atque abstinentia cibi usque ad tertium diem, & si causæ poposcerint, adhibēda phlebotomia.

* borborismū βορβορυγμός. φλέγματα. * felleorum * infra

* uoluuloso: alij pustuloso: alij uentoso. * tumore

ἰλεικοί. * iliacos

* in hac hypothesi quæ proponitur de morbi cæliaci curatione

Cucurbitæ κοῦφαι. ἄμβιξ κύλιξ, κάδος κύτρα.

botomia. Ac si sumpto cibo quisquam dolore fuerit affectus, uel nausea, erit uomitus prouocandus sumpta primò aqua tepida, uel aqua & oleo, quibus potis immißis digitis accepta reddantur. Vexatione enim uomitus, sumptorum perseuerans pondus atque tensio, & mordicatio,* tumentium grauior uexatio indicatur. Adhibenda etiam clysteris iniectio ex olei calidi cyathis quatuor, admixto & consoluto adipe anserino, uel gallinaceo, uel ouorum uitellis, aut decoctione lini seminis, uel hybisci radicis: aut maluæ usualis, aut fœnigræci succo. Iniiciunt autem aliarum sectarum principes etiam * rutatium, aut anethinum, aut panacinum, * uel ex cymino atque castoreo, & bitumine: secundum Themisonem uerò, etiam cum absinthio. Castorei nanque uel bituminis duæ drachmæ cyathis olei quatuor miscentur. Ruta uerò & anethum, & absinthium, & cyminum linteolo illigata oleo * coquentur. Sed sunt hæc acerrima, & propterea tardis pasionibus congrua quas Græci chronias uocāt, uel uentositate laborantibus, & non causa tumoris dolentibus. Bitumen autem sæpe etiam fastidiū ingeßit euerso appetitu, quem Græci orexin uocant. Cibus dandus conueniens dimißionis tempore, atq; alternis diebus, donec paßio declinet, & sorbilis, leuis, calidus. Dandus etiam potus non plurimus, ne intestina grauentur, etiam ipse calidus. Tum post fomenta cataplasma adhibēdum ex lini atque fœnigræci seminibus, & polline, quod Græci * magton appellant, aqua mulsa coctū, uel decoctione fici pinguis, & hybisci radicis, & maluæ usualis, uel horum similium: cucurbita apponenda adiuncta scarificatione: uel hirudines admouendæ omnibus partibus in tensione constitutis: ac deinde uaporatio

* tumētiumq; vexatio

* rutaceum

* cum

* incoquuntur

ὄρεξιν.

* μακτόν. Sic vocant pollem in iis locis collectum vbi farina cernitur, & subigitur, ἀπὸ τοῦ μάττειν

* vel

uaporatio spongiarum expressarum in aqua calida, & oleo, & decoctione fœnigræci, & maluæ. Tunc post unctionem ex iisdem etiam encathismata * abhibent. Quidam medici in iis qui uento fuerint inflati, ex decoctione stercorum cum aromatibus coctorum uaporationem adhibendam probauerunt,* ex quo liquorem etiam oxymelitos miscuerunt, cataplasma conficientes, admixtis etiam tunc aromatibus, uel nepeta herba, aut pulegio, aut hyssopo, aut cymino. Sed hæc in tardis paßionibus, adiuncta ratione, locum sumunt perseuerante morbo. Conuenit in acceßionis statu etiam bibere aquæ tepidæ cyathos duos uel tres calido oleo diligenter admixto. Etenim incendia hoc leuigat, & uentrem mollit, & tumorē mitigat. Quapropter hoc melius mulso magis probamus: siquidem sæpe * conflammet atque inflet. Dantur etiam plurima alia bibenda composita uel simplicia, ut est Zenonis * diasticon appellatum * codicum medicamen; item caßij ex gingibere confectum, quod diagingibereos appellant: & mille præterea, quæ * concurrenti tempore lacessendo medentur: præter tempus uerò grauationem ingerentia aliquos in periculum grauiter mittunt, aliquos errore * releuationis fallunt, ob præsentis temporis perditum sensum, quod Græci anæsthesian appellant, hebetudine partium suffecta. Item simplicia, ut decoctio apij, uel nardi * celtibericæ, aut herbæ saluiæ, aut polij, aut cymini * ægyptij, uel rutæ, aut dauci, magis cretici, aut petroselini tribus cyathis aquæ calidæ admixto cochleari, uel asperso succo polij, aut cymini ægyptij, aut petroselini, aut cochleari castorei, itemq; fœniculi. Sed est semper horum datio in tumoribus uitanda. Siquidem sunt acria & lacessentia

ἐγκαθίσματα. * adhibenda.

* cum qua

καταπλασμα.

* mulsum inflammat atque inflat.

Zeno.

* Dia stœchados. Aetius in hoc morbo efficacißimā illam compositionem tradit.

* cωlicum

Caßius.

* congruo

* Narcωtica significat. ἀναισθησία.

* celticæ

* Aethiopici fortaßis quod à Dioscoride præfertur.

tia uirtute. Conuenit præterea cum totius paßionis fuerit ſtatus, ſolio oleo calido pleno ægros dare, & firmata declinatione geſtationem adhibere, aucta moderatione ciborum: tum uinum, atq; communiter reſumptionem, & mediis partibus cerotatia ex oleo ſabino, uel cyprino, aut ſicyonio, uel *glaucino, aut amaracino, aut laurino, aut panacino, aut rutino, aut anethino, ſamſucino: uel quod diateſſaron appellatur, rẽſina terebinthina, cera, iri illyrica, hyſſopo, omnibus æqualibus: ſiue quod diapente uocant, pice, nitro, alumine, ſulphure, cera. Sumendæ deniq; picis liquidæ heminæ duæ, & ceræ libra: quibus ſolutis, atq; leuiter refrigeratis aſpergendum nitrum rubrum tritum, & alumen ſciſſum, & ſulphur uiuum * ſingulæ ſelibræ. Cum autem in lenimento tardauerit paßio, cõueniunt ea quæ fortificare ualent corpus, *ſine recorporatione demutare, ut uaria geſtatio, & deambulatio, uocis exercitium, atque perunctio, adhibito monitore, ſiue fricatio cum retentione ſpiritus, & ſphæræ luſus, uel curſus, & humerorum additus motus: item cibus qui inflare minime poßit ex mediæ materiæ qualitate: & tenue uinum, atq; lauacrum longa per interualla: hinc enim facile corpora perfrigeſcunt: item rubor* facien dus uentris in partibus, atque inter ſcapulas, & clunes, ex dropace, uel ſole, & flammæ paropteſi, uel * parietibus, uel ceromate aut pellibus, uel arena littoris ſole ignita: item ſtrigilis raſio adhibenda corporibus, & ſicca defricatio ex aſperis pannis, & cucurbita recorporatiua apponenda: Item unctio acoporum feruentium acriorum, ut ſunt diaeuphorbium, aut *cacritum, nitri fricatio, & ſinapiſmus, & uaporatio feruens ex aqua marina, uel ſalſa, uel ſupradicta-

* Glaucino deſcribitur à Dioſcorid. & Aetio. pag. 669.
διατέσσαρον.
διάπεντε.
Aetius pag. 671. Aliud Diapente deſcribit, quod vocat Pentamoiron.
* ſingulorum
* ſiue
Ludus ſphæræ
* phænigmo
* calfactis, & ignitis, ut pag. 408
* cachryos &: vel Diacachryos, &

rum acriorum uirtutum decoctionibus, uel saccellis sale repletis: quibus præstitis, uel corpori admotis, erunt aliquando cauteres superponendi, & circumuoluendi. Item farina circunclaudendus locus in paßione constitutus, & implendus item oleo: tum immittendi cauteres igniti, sensim, non usque ad loci* scarificationem, siue ustionis effectum, sed usque ad ruborem faciendum: Tum malagma quod appellatur Diaspermatõ, uel polyarchyon, aut Diadaphnidon, Diachylon, aut Diaeuphorbium: item aquarũ* illisio patientibus locis, quam cataclysmon Græci uocauerunt, & iniectio * clysteris rutacij, aut anethini, aut panacini olei, uel* extenta uirtute, aquæ salsæ. Et cum olim futuram superpositionem uiderimus, uomitus ieiunio adhibendus ex radicibus: tum perseuerante passione etiam ex helleboro radicibus inserto: tum infuso, ac deinde conciso, iuxta ordinem partium cæterarum cycli. Dandum etiã potui medicamen, quod Græci theriacen antidotum uocant, uel diagingibereos. Peregrinatio quoque adhibenda, & longa nauigatio, & usus aquarum naturali uirtute medentium, & magis sulphuris ac * medicaminis uirtutem redolentium, & primo feruentium, tum frigidarum, item maritimarum. Ac si retentio uentris fuerit, ob egestionem faciendam adhibenda iniectio ex melle atque sale, quæ si minime cõpleuerit effectum, etiam ex aloe admixto succo* coliculi agrestis uel usualis, uel* lapatij erunt catapotia facienda in erui magnitudinem, quorum quatuor uel quinque dabimus* transbibenda. Item marini coliculi offerendi. Erunt præterea præcauenda magis quæ paßionem ualeant refricare, ut frigus, indigestio, libido, uel quæ inflare ualeant cum sumuntur

* percußionẽ: alij impreßionem

* naturaliũ, ut supra

κατακλυσμός.

* clystere rutacei

* aucta, firmiore ac robustiore ægro.

θηριακή.

* bituminis: alij Aluminis

* braßicæ

* lapathij

καταπότια.

* transuorãda

tur: item frigida plurimo scilicet tempore. Veteres autem, & magis Erasistrati sectatores uentrem mouere medicaminibus certauerunt uentrifluis, quæ cathartica uocāt, uel pessulis, quos balanismos dixerūt. Ventriflua. Catartica. βαλανισμοί. pessuli.

De Lumbricis. Cap. VIII.

ITem alij ad acriores clysteres confugerunt ex initio adhibendos, uelut Asclepiades: & aliquibus etiam fluor uentris efficitur sine lumbricorum exclusione, aliquando attestante fastidio & debilitate, & pallore, cum * tenacitate corporis: & nunc tußicula arida leui ex occasione commota: nunc* solutio atque defectus corporis & animæ, quem lipotimiam appellant. Pueris uero dormiētibus turbatio membrorū efficitur gemitu attestante, cū iactatione, & stridore dentium, & sæpe contra solitum morem prona positio iacendi: Tum clamatio sine *manifestatione, exiliente cum uocibus ægrotante. Quibusdam etiam repentinus casus occurrit, ut oppreßi obmutescant, nunquam similiter affecti. Item aliquando conductione uel contractu membrorum rapiuntur. Quidam per interualla conticescunt, & in febribus demersione lethargorum simili premūtur: Item totius uultus paulatim nimia insinuatio, ac detracto rubore mutatio, aliquādo cum articulorum frigore fit & cum difficili responsione, si quidem interrogentur: manibus elatis ægri etiam iactantur, attestante sudore. In pueris uero lumbricorum conuersio, siue connexio sæpe occurrit, ut etiam tactu sentiatur durities in ea intestini parte, quæ fuerit magis in ultima tenuitate, Tum denique eorum *euersione ægrotantes interficiuntur. Pulsus uero, ut etiam Themison libro nono Epistolarum designat, est

Marginal notes: Deest principium capitis. * tenuitate. * exolutio. λιποθυμίαι. *manifesta ratione: vt pag. 485. * conuersione. Themison.

inæqualis,ac plurimum deficiens. Excluduntur autem nunc per uentrem, nunc per stomachum atque os,uel nares:& aliquando sponte connexi in sphæræ similitudinem aliquando plurimi amplexu mutuo uinculati,aliquando singulares:item sanguinolenti, uel fellosi,aut cum stercore per podicem,uel humore felleo,uiui aut mortui,pleni aut inanes:& omnes,aut ex parte:albi uel fului. Alia deniq; plurima sequuntur ægrotantes, quibus designari supra memorata necesse est: & nunc parua, nunc plurima pro quantitate animalium,ac forma:uel quod nunc plurimum, nunc parum noceant, locorum differentia uariante, cum nunc ad stomachum ascendunt, nunc in intestinis perseuerant, & ægrotantium uires nunc debilitate, nunc furtitudine *habituantur,& nunc cum febribus,nunc sine febre. Sed quoniam multa ex accidentibus,aliis quoq; similia paßionibus inueniuntur, ut alienatio mentis furori,atque phrenetidi:uocis amputatio, lethargo,& præfocationi matricis, & apoplexiæ, & epilepsiæ, atque apprehensioni sensuum, qui certè ex lumbricis patiuntur nunquam spumas excludunt:præfocatio uero ex matrice cum ascensu matricis efficitur, quem Græci anadromen uocant, & magis in ætatibus perfectis, antecedente matricis ægritudine, ex lumbricis uero facta uocis oppreßio magis ætatibus imperfectis adscribitur, antecedente uentris atque intestinorum querela. Item à catalepticis discernuntur lumbricis laborãtes, siquidem illi in febribus obmutescunt maiore atq; percußibili pulsu testante: qui autem à lumbricis id patiuutur, etiam sine febribus uocis amputationem sustinent,cum pulsu paruo atq; crebro. Item ab *ileicis discernuntur, qui lumbricorum tormento uexantur, siquidem

*habentur

ἀναδρομὴ.

* iliacis

ſiquidem neque uentris officium in iis abſtinetur, & pallor antecedit, aut contra conſuetudinem iacent proni, uel dormiunt cum gemitu, & irrationabili exclamatione. Item à ſtomachicis diſcernuntur, cū nullus fuerit humor in ſtomachi partibus inuentus, & inteſtinorum tormenta ſuſtineant. A ſyntecticis uero diſcernuntur, quod nulla querela tormentorū, uel* conuerſionis, aut doloris in inteſtinis, uel uentre afficiantur, quod neceſſariò lumbricis laborantes ſequitur. Item ab iis qui naturaliter, uel ex multitudine cibi per ſomnum labia conducunt in ſimilitudinem ſorbentium, uel ſine ulla ratione exiliunt, quod moderatione accedente, atque cibi facta deductione releuantur, ij uero qui lumbricis afficiuntur magis uexantur parcitate ciborum. * Hæc eſt ſimilium diſcretio paſsionum. De excluſione uero ſiue egeſtione lumbricorum ueteres medici præſciam ſignificationem poſuerunt, & appellauerunt prognoſin, in * quo diuerſa ſenſerunt. Nam Hippocrates libro Prognoſtico ſignificare inquit lūbricos interfectionem ægrotantis, quoties mortui fuerint excluſi omnibus in morbis. Item quidam communiter mortuos lumbricos aiunt grauia denuntiare, ſiquidem oſtendant ineſſe corpori ruptionem. Diocles libro Prognoſtico, euomitos inquit lumbricos nihil alienum ſignificare, nec eſſe abſurdum: per inferiora uero excludi quoque lumbricos, non admirandum, ſed mortuos & inanes, eſſe melius ac ſalutare, uiuos uero, atque plenos, & ſanguinolentos, pernitioſum. Idem libro de egeſtionibus ſcripto, uiuos uel plenos, ac ſanguinolentos

συντηκτικοί.
* τῶν στρόφων πρόγνωσις.
* qua
* oſtendunt
* corruptionē.
* Pernicioſum quidē eſt mortuos lumbricos reiici, cum putrium vaporū materia afflatu, non alentis materiæ penuria intereunt: Salutare uero, cum materiæ defectu quæ illos gignit, & nutrit, mortui ſunt. Eodem quoq; modo lūbricos plenos excludi alias fauſtum eſt, cū non multa coaceruata materia procreātur paucigeniti, non à tetris & venenatis vaporibus interfecti extruduntur, ſed ab expultrice robuſta: alias infauſtum, cum collectum materiæ plurimum indicant, qua ſic craſſeſcunt, & diſtenduntur. Hac diſtinctione veteres medici conciliantur.

Erophilus. febribiles dixit. Herophilus uero libro quem ad Hippocratis Prognosticum scripsit, siue uiuos, siue mortuos excludi negat incongruum. Apollonius Glaucus libris quos de Interioribus scripsit, reiectos rotundos lumbricos initio significare ait indigestionum frequētiam, ultimo uero ægritudinis *properare iudicium, quod crisin appellant, item uiuos, ac plenos, & sanguimolentos, non recta portendere. Apollonius Memphites percunctatiuo, siue uniuersali modo, quē Græci catholicon uocāt, omnia inquit in intestinis animalia nata in morbis grauia significare, & magis mortua, quàm si uiua excludātur. Antiphanes libro quem Panopten appellauit, melius esse inquit per inferiora, quàm per uomitum lumbricos excludere, & solos magis quàm cum stercoribus. Chrysippus Asclepiadis sectator, libro tertio de lumbricis, solis in celeribus caussis, siue periculosis, mortuos inquit lumbricos egestos interfectionem ægro portēdere. Ostendunt enim mortui * aciem uehementem inesse, quando magis ægri periclitantur. Sic inquit denique Hippocratem *ferri, dicentem suo libro, eos qui in ægritudinis declinatione cum stercoribus egeruntur, nihil graue significare. Sed neque inquit Dioclem Hippocrati contrariam protulisse sententiam, dicendo mortuos uel inanes esse meliores: siquidem hic in febribus solutionum hoc dixisse uidetur, Hippocrates autem mortem significare, in febribus stricturæ. Nos uero communiter significari aliquā ex lumbricis dicimus corruptionem, quam lientericis irruentem bonū quicquam portendere iudicamus, ut de ipsis scribentes docuimus, in omnibus uero cæteris noxiam. Item sanguinolentorum exclusio etiam * debilitatem significat. Albi etenim

Apollonius Glaucus.
* properans κρίσις.
Apollonius. Memphites. καθολικὸς modus.
Antiphanes.
Chrysippus.
* maciē quando in ægri corpore nihil est quo nutriantur. Alij legūt pernitiem.
* fari
* coctionis, ob quam materia corrumpitur.

*etenim, * & nondum mutata aut corrupta materia nutriuntur, ſanguinolenti uerò uellendo ex ipſo* ſanguine nutriuntur. Item in augmento acceßionis febrium excluſi turborem altiorum partium oſtendunt, & magis ſi fuerint ſanguinolenti in declinatione uero, laxamentum, ſicut cætera, hoc eſt ſtercorum uel urinæ, uel quorumlibet officiorum egeſtio. Etenim laxatis corporibus reddi uidentur. Quippe cum quorum adiectio grauat, eorum detractio neceſſariò releuet. Hæc eſt lumbricorum ſignificatio, ſed ob curationem in iis quos aſcaridas uocauimus, ſi tumor in longaone fuerit conſtitutus, oportet iniectionem olei adhibere, quæ cum fuerit reddita, erit infuſio aut decoctio centaureæ, uel abſinthij iniicienda. Ac ſi tamen ta fuerint excluſa * ſanguinolenti coloris, decoctio mali punici corticis, uel gallæ conuenit iniectioni, ac ſi perſeuerauerit, chartæ exuſtæ, & auri pigmenti, quod Græci arſenicon uocant, * æquali pondere, quod ſit in quantitate drachmarum ſex, cum ſucco arnogloſſæ. At ſi putredo apparuerit, quam Græci nomen appellant, erit aqua ſalſa iniicienda, atque congrua medicamina, ſicut nuper docuimus. Ex his enim & animalia interficiuntur, & alij * trochiſci prohibentur, & ulcera* cicatricantur. At ſi rotundi fuerint lumbrici qui nunc ſtricturæ accidunt, nunc ſolutioni, nunc ulceribus inteſtinorum, & nunc in celeribus paßionibus, nunc in tardis, quas chronias uocant, nunc ex *ſupradictis, nunc ſua in corpore alienitate *uacantes ex corruptione ciborũ*effecta, oportebit curationẽ pro ſupradicta*curari differẽtia. Nã ſi ipſa animalia* corrũpẽda uiderimus, erũt medicamina adhibenda, ut tanquã aliena, atq; indigẽtia detractione,*

* ex

* quem trahere coguntur, quia materia ex qua ali conſueuerunt, corrupta, & iis prorſus alendis inepta ſit.

ἀσκαρίδες.

* Nam quod ait Dioſc. decoctum Centaurij minoris iniectum clyſtere ſanguinem educit.

Arſenicon.

* æquale pondus

* alia pronaſci

* cicatriſantur.

* cauſsis & morbis

* vagantes

* effecti

* fieri

* corruptione ciborũ genita.

auferantur. At si passionibus fuerint appenditia, quæ sæpe generandorum animalium fuerunt causæ, erunt congrua iisdem passionibus adhibenda. Iis enim conuictis etiam animalia interficiuntur. Quapropter si strictura fuerit in corpore, fomentatio competens est adhibenda, atq; cataplasma laxatiuũ, & si ratio coëgerit, phlebotomia: quæ singula suis temporibus aptãda probamus: tum cucurbita adiuncta scarificatione medianis partibus admouenda. His enim laxatis sine ulla medicaminum uirtute, † atq; facile animalia decidunt oleo poto, aut aqua calida & oleo, uel decoctione * noxarum, aut glycyrrhizæ, cuius libra infusa in aquæ heminas sex, usq; ad tertiam partem erit decoquenda. Et his præterea cibi tempore dari potest sorbile quicquam, ut illud quod Græci appellãt * oleoptisanon. Ex his enim & tumentia relaxantur, & animalia quæ inesse uidentur, lapsu quodam ac desertione tumentium dimissa * fundentur. At si solutio fuerit in corpore, erunt constringentia adhibenda, & * exercitatius cataplasma, ex lupini pollinibus confectum: & * aceto cum melle, tribus uel quatuor cyathis aquæ commixtis, cũ ceruini cornu serragine aspersa, quam Græci rhinen uocant, in cochlearis pleni quantitatem, si tarda fuerit passio, quam Græci chronian uocant, quoniam indiget recorporatione, atque lacessentium medicaminũ uirtute. Sed in lenimento constituta erit uaria * coniectura facienda, quo animalia excludantur. Quapropter adhibenda * medicamina harum partium fomentatio ex oleo ueteri, & apponenda unctio fellis taurini ægrotantis umbilico, uel lanæ ex ipso tinctæ particula: tum cataplasma ex polline lupini consperso decoctione absinthij aut santonici.

† æque

* myxarum

Elæoptissanon
Oleoptisanon.

* effunduntur

* sic uinum exercitatius supra dixit pag. 455. generosius & tanquam magis actuosum δραστικώτερον.

* est & acetum dandum ξίνη.

* confectura

* medicina

nici. Admiſcendus deniq; etiam ſuccus earundẽ herbarum. Si uero uehementius oportuerit animalia * alia ſauciare, conuenit etiam tanquam acriores cibos, & propterea aptos, uelut in drymiphagia, dare cepã & allium, quæ nunc incocta, nunc mediocriter cocta, quo *minima eorũ uirtus pereat erũt offerẽda. Tũc enim urgente lumbricorũ excluſione iis uti cogimur rebus. Facit idẽ ſinapi exuccatum, uel adiũcto pane comeſtũ, itẽ naſturtiũ cum aceto contritũ, ſiue ut Græci uocãt, cardamũ, immiſſo atq; infuſo pane: itẽ laſer aceto ſolutum, ſiue ſinapi, quo comedenda tingantur, uel ouo ſorbili admixtus iſte liquor detur in erui *modo: itẽ abſinthium cum uino *poto datum. At ſi ulceratio fuerit inteſtinorum, congrua probamus adhibenda pro ulcerum differentia. Ac ſi febres nõ fuerint, neq; alia quælibet paßio lumbricis confuerit, nihil oportet *coniicere, ſed ex medicaminum uarietate eorũ interfectionem atq; detractionem efficere: ſunt enim nocentes beſtiolæ, quæ Græci theridia uocauerũt, ſed *producẽda atq; extendenda erit magnitudo curationis pro accidentium modo. Et quoniam aliquando ſunt in uentre conſtitutæ, quod probatur ex ægrotantium querelis, cum locorum ſenſu tanguntur, aliquando in inteſtinis. Neceſſariò quæ in uẽtre ſunt celerius afficit, quã iniecta medicamina, cibus ac potus, in inteſtinis uerò quæ per clyſterem fuerint iniecta: nam & ex uẽtre ad inteſtina hæc ſæpe animalia, & ex inteſtinis ad uẽtrem refugiunt. Erit ſanabilius ergo, ut, ubi apprehenderimus eſſe copiam lumbricorum, uſum primo adhibeamus congrui cibi ac potus, ſimiliter epithematũ conuenientium uſum ſeruantes, & cataplaſmatum, deinde clyſterem. Oportet igitur *potum dari abſinthij pon-

* talia
* minime
Cardamum.
* modum.
* potui dandũ
* curationem producere diſferre, procraſtinare
θηρίδια.
* inducenda
* in potu

tici decoctionẽ, siue marini, aut santonici, usq; ad modum duûm cyathorum uel trium: & nunc nulla alia admixta materia, nunc oleo adiuncto, uel decoctione
*myxarum lupini, aut *noxarum cum cornu ceruini serragine: & laser aqua solutum, uel aceto, & admixto sinapi, aut ouo sorbili transuoratum. Item alica in qua fuerit in-
*prodest, & aloe sine ipsa fusa aloë * siue ipsa transuorata: nec non etiam trochiscus dandus, qui appellatur picros, uel illa hiera
τροχισκὸς πικρός. quæ dialoës appellatur: quorum compositiones Re-
ἱερὰ διαλοῆς. sponsionum libris de * medicamine scribentes tradi-
*medicaminibus dimus: item cardamum quod nasturtium uocamus, torridum ac tritum cum aqua, uel mulso, aut cum melle in electario datum: item lupini sicci decorticati atque transuorati cum melle quindecim numero, uel uiginti: quod si minime quisquam transuorare ualuerit,
*pollinẽ aceto eorum * polline conspersum atque tritum, quantum tres digiti capere potuerint aquæ bibendum admisce-
*myxarum mus, siue mulso aut decoctione * noxarum: aut pro electario admixto melle dabimus: item gentianæ succum in cochlearij modum cum mulso cõuenit dare, atque horum similibus uti uirtutibus: item absinthiũ cum uino, & castoreum cum mulso. In paruis uero pueris, quo latere poßit, nasturtium frixum, siue tritum, cum melle atq; lacte dabitur potui, uel commixtũ pani. His
*parandi igitur rebus erunt cibi * ponendi: pultibus enim atque sorbilibus conuenit absinthium concoquere, uel simi-
*fit les herbas. Hoc etiam * si sicco fico atque pingui, uel palmulis, quas patetos appellant, quæ concisæ atque
*immixtæ Mora celsa. * immissæ, & cibo datæ mederi ualebunt. Faciũt præterea mora cibo data, quæ uulgo celsa Latini uocauerunt, Græci uero sycamina: item ex amygdalis amaris
τροφήματα. sorbilia confecta, quæ Græci trophemata uocauerũt,

& com

& communiter cuncta quæ uentrem deducere ualent. *Hinc denique etiam pinnæ aridæ * ueluti atque tritæ sufficientem modum miscuerunt. Conuenit etiam urtica, siue sola, siue cum aliqua decoctione confecta. * Nam ob celebrandam curationem uehementer utilia probamus catapotia ex * squilla atque chamælea confecta. Sumpta igitur * squilla erit acriori aceto concoquenda, ne * fluida fiat: tum terenda diligenter, ac deinde chamælea: anchusa atque creta admiscenda *squillæ, quantum res patiuntur, ut ad emplastri ueniat qualitatem. Tum facienda catapotia in fabæ magnitudinem, & pro uiribus ægrotantis danda, ut fortibus octo uel nouem, imbecillis sex uel septem: pueris uerò * tres uel quatuor ex aqua calida. Potest etiam ipsius chamæleæ concisæ atque contritæ cum mulso quippiam dari transbibendum, uel cum lenticulæ paruo modo sorbendum: sed pueris obolus unus, maioribus uerò oboli duo sunt dandi: item fortibus tres. Perfecta tamen potio drachmæ unius continet modum. Vtendum præterea epithemate circa medias partes ex lupini pollinibus, aut melanthio, & decoctione absinthij, aut * fuluo liliorũ, aut cerotario cedriæ admixtis lupinis tritis, aut absinthio, aut agrestis peponis * interiora, quæ Græci * colocyntida uocant, cum melle atque lupinis, aut centaureæ uel aloes partibus duabus, & diagridij parte una cum melle & felle taurino. Erunt præterea omnia quæ potui ordinauimus danda, etiam per clysterem iniicienda, & magis adiũcto uel admixto oleo plurimo calido, & succis præscriptis, quo plurima mordicatione intestina afficiantur. Ac si lati fuerint lumbrici, erit adhibendus uomitus ex oleo, * non ex radicibus, & alia die clystere

* Multi
* vulturis
* Nos
* Scylla
* Scyllæ
καταπότια ex quillæ.
* nõ tam diu, vt prorsus liquescat. Sic enim vim totã amiserit.
* Scyllæ
* tria
* fuluorum
* interioribus, quem
* colocynthida
* Nam ob acrimoniam radix lumbricũ exagitat. Concitatus verò is vehementer ægrum torquet: nec acria conueniunt priusquam vomitu purgatus fuerit vẽtriculus. Prӕterea oleũ lumbricos interficit.

utendũ,admixta nitri parte,uel ſalis. Dãda etiã aqua ſalſa potui,aut glycyrrhizæ radicis decoctio,aut ſimiliter incocta glycyrrhiza. Alij uero tres drachmas glycyrrhizæ cum nitro probauerunt. Alij diagridij obolos tres, cum polypodij herbæ drachmis duabus. Alij ex* pinnis medicamen confectum. Sed erit ſemper tentandum,ubi res patiuntur,ut iis utamur medicaminibus,quæ minime ſtomachum afficiant. Tum cum ſenſum acceperint ægrotantes animalium* carendorũ,ut interpellatione uentris admoneantur, ſubiicienda erit aqua calida,quo & loca relaxẽtur,& animalia procedant,ne frigore percuſſa fugiant. Erit præterea curandũ,ne frequẽter hæc animalia renaſcantur,ut* unctione regulari corpora fortificemus,adhibito præceptore,adhibita etiam recorporatione cyclica,quæ fit uomitu radicũ,& drimyphagia,& dropace,& ſinapiſmo,& paropteſi,& horũ ſimilibus uirtute rebus.

* uulturis memoratum pagina præcedente.
* proditurorũ
* curatione
παρόπτησις.

De mollibus, ſiue ſubactis, quos Græci malthacos vocant. Cap. IX.

μαλθακοί.

MOlles, ſiue ſubactos Græci malthacos uocauerunt,quos quidem eſſe nullus facile uirorum credit. Nõ enim hoc humanos ex natura uenit in mores, ſed pulſo pudore, libido etiã indebitas partes obſcœnis uſibus ſubiugauit. Cum enim nullus* cupiditati modus,nulla ſatietatis ſpes eſt, ſingulis *ſpartanum ſufficiunt ſua: * Nam ſi noſtri corporis loca diuina prouidentia certis deſtinauit officiis. *Tum denique uolentes alliciunt ueſte atque greſſu, & aliis fœmininis rebus , quæ ſunt à paßionibus corporis aliena, * ſed potius corruptæ mentis uitia. Nam ſæpe * tumentes, uel quod eſt difficile , uerentes quoſdam, quibus forte deferunt, repente mutati paruo tempore

* cupiditatis
* ſubactorum non. Alij ſparthanorum
* tametſi
* Hi
* &
* timentes

uirili

*uirilitatis quærũt indicia demõſtrare, cuius quia modũ neſciũt, rurſum nimietate ſublati, plus quoq; quàm uirtuti cõuenit faciuut, & maioribus ſe peccatis inuoluũt. Cõſtat itaq; etiã noſtro iudicio, *hos uera ſentire. Eſt enim, ut Soranus ait, malignæ ac fœdiſsimæ mentis paſſio. Nã ſicut fœminæ Tribades appellatæ, quod utranq; Venerẽ exerceãt, mulieribus magis quàm uiris miſceri feſtinant, & eaſdem inuidentia penè uirili ſectãtur: & cũ paſsione fuerint deſertæ, ſeu tẽporaliter releuatæ, ea quærũt aliis obiicere quæ pati noſcuntur, iuuamini *humilitate duplici ſexu cõfecta, uelut frequẽti ebrietate corruptæ in nouas libidinis formas erumpentes, conſuetudine turpi nutritæ, ſui ſexus iniuriis gaudent, illi comparatione talium animi paſsione iactari noſcuntur. Nam neque ulla curatio corporis depellendæ paſsionis cauſa rectè putatur adhibenda, ſed potius animus coërcendus, qui tanta peccatorum labe uexatur. Nemo enim pruriens corpus * fœminando correxit, uel uirilis ueretri * tactu mitigauit, ſed *communiter querelam ſiue dolorem * alia ex materia tolerauit. Denique etiam à Clodio hiſtoria curationis data aſcaridarum eſſe perſpicitur, quos de lumbricis ſcribentes uermiculos eſſe docuimus longaonis in partibus natos. Parmenides libris quos de natura ſcripſit, euentu inquit conceptionis molles aliquando, ſeu ſubactos homines generari. Cuius quia græcum eſt epigramma, & hoc uerſibus intimabo: Latinos enim, ut potui, ſimili modo compoſui, ne linguarum ratio miſceretur.*

* *qui hoc prodiderunt*

Soranus.

τριβάδες.

* *voluptate ex*

* *ſe uiris ſubiiciendo, & proſtituendo: alij effœminãdo*

* *tractu maſtupratione*

* *perenniter*

* *tali*

Clodius.

Parmenides.

> *Fœmina, uirq; ſimul Veneris cũ germina miſcẽt*
> *Venis, informans diuerſo ex ſanguine uirtus*
> *Temperiem ſeruãs bene cõdita corpora fingit.*
> *At ſi uirtutes permixto ſemine pugnent,*

Nec

Nec faciant* unam, permixto in corpore diræ
Nascentem gemino uexabunt semine sexum.

Vult enim seminum præter materias esse uirtutes, quæ si se ita miscuerint,* & eiusdem corporis* faciāt, unam congruā sexui generēt uoluntatē. Si autem permixto semine corporeo uirtutes separatæ permanserint, utriusq; Veneris natos adpetētia sequatur. Multi præterea sectarum principes* genuinā dicunt esse passionē, & propterea in posteros uenire cum semine, nō quidē naturā criminātes, quæ suæ puritatis metas alijs ex animalibus docet: nā sunt eius specula à sapientibus * nūcupata sed humanū genus, quod ita semel recepta tenet uitia, ut nulla poßit instauratione purgari, nec ullum nouitati* liquerit locū, sitq; grauior senescentibus mentis culpa, cum plurimæ genuinæ, seu aduētitiæ paßiones corporibus* infractæ consenescant, ut podagra, epilepsia, furor, & propterea ætate uergente mitiores procul dubio fiant. Omnia etenim uexātia ualidos effectus * dabunt firmitate opposita subiacentium materiarū, quæ cum in senibus deficit, paßio quoq; minuitur, ut fortitudo: sola tamen supradicta, quæ subactos seu molles efficit uiros, senescēti corpore grauius inualescit, & infanda magis libidine mouet, non quidē sine ratione. In alijs enim ætatibus adhuc ualido corpore, & naturalia* uētris officia celebrāte, gemina luxuriæ libido non diuiditur, animorū* nunc faciendo, nūc facie iactata: in ijs uero qui senectute defecti uirili ueneris officio caruerint, omnis animi libido in cōtrariā ducitur appetentiā: & propterea fœmina ualidius Venerē poscit. Hinc deniq; conijciūt plurimi etiā pueros hac paßione iactari. Similiter enim senib. uirili indigēt officio, qđ in ipsis* nōdū & illos deseruit.

* Nec faciant vnam vim, mixto
* vt
* vim vnam faciant
* sequitur.
* natiuam: hæreditariam.
* sub. bruta animantia.
* linquat.
* infarctæ.
* dant.
* uiri.
* animorū fortitudine minimè.
* nondum est, at illos iam deseruit.

CAELI



CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBER QVINTVS.

De Ischiadicis & Psœadicis. Cap. I.



A Partibus quæ dolore uexantur hæ passiones nomina sumpserũt. Nam uertebrorum summitas ipsorũ initio terminatur, Græci ischia uocauerunt. *Item musculos clunium sub spinæ finem ex interioribus atque exterioribus adhærentes psœas uocauerunt. Generantur istæ paßiones nunc ex manifestis, nũc ex occultis causis, ut est perfrictio profunda, uel terrena cubatio, aut casus, uel repentinus percussus, aut iugis atque immodicus usus ueneris, aut quilibet longißimi temporis morbus item uehemens abductio, uel raptus in exercitio factus, aut longißimi temporis hæmorrhoidarum* fluoris tentus, uel insueta * humi foßio, aut cuiusdam ponderis leuandi ex* Interioribus conatio. Fit præterea in omnibus ætatibus, sed frequentius in medijs. Sequitur ischiadicos dolor uertebrorum, quam paßionem multi* duplicẽ ischiada uocauerunt, attestante grauedine, & difficili motu, contra solitum morem, & quibusdam cum leui torpore ac formicatione: quibusdam cum uehementi atque pungenti, & feruido dolore, & ad sensum patientis,*

tanq

* Nam quã uertebrorum summitas os coxæ ineuntiũ terminatur. Vertebras trochanteras uocat.
ἰσχία.
* Idem.
ψοῖαι.
fluor retentus.
* telluris
* inferioribus.
ἰσχιαδικοί.
ἰσχιάς.
* cum utramq; coxẽdicem uexat.

tanquam serpentis* conuolutus motus: aliquãdo etiam cum febribus, ut neque in lecto suã* conuentionem ferre ualeant ægrotantes, & primo, in uertebro dolor sentitur, dehinc partis suæ * penetrans loca, usque ad mediam natem, ac superius ad inguen, uel ad* ancalen perueniens atque suram, dehinc etiam talum, & pedis summitatem. Tum cum paßio tardauerit, cessante nutrimento, cruris totius tenuitas fit, quam Græci atrophian uocant, incipiens à clunibus, siue ab inferioribus locis, attestante debilitate, & sæpe conductis partibus breuitate cruris, aut ultra naturam, longitudine passionis, * distensione suffecta, ut in paralysin ueniat, aut ipsius uertebri duratæ partes extantiores fiant. Constringitur præterea sæpe ac retinetur uentris officiũ, aut cum plurimo dolore perficitur, ob tensionem, atq; spiritus retenti percussum, & in* itineris pressu, quibus* forte* permittitur, ut initia motus impediantur, feruore partium attestante:* ac si perseuerans feruor fuerit, * motus facilior fit. * Tum rursus subsidunt, uel intenti resistunt repente, tanquam fuerant * necdum gressu tentato, * Tunc magis uehementem dolorem sentiunt: & ambulant quidam, capitibus digitorum gradientes, alij extenti quidem, sed* sinuatis clunibus, ut neq; se pronos inclinare ualeant: alij contracti atque conducti, qui peius omnibus habere noscuntur: siquidem paßio apprehendit etiam spinæ musculos, & propterea duritia quadam hæc inuasisse uidetur loca. Patitur autem principaliter membrana quæ ossa circuntegit, quam Græci periosteon uocant: item musculorum capita, uel summitates. Denique augmento passionis* intercreatus humor, & frequenti dolore corruptus, in saniem transiens partes aliquas * collectionibus

conuoluti motu.
*positionem.
*penetrat.
ἀγκάλη.
*poplitem.
*extensione.
* itinere pressum.
* validè
* premitur, initio motus impediuntur.
* at si
* Nam calore flatus & humor crassus discutiuntur, qui motum impediebant.
* sed rursus subsistunt, ac detenti
* nondum
* ac tum
* eiecto capite oßis femoris ex acetabulo coxæ, adeo vt acetabuli vacuus sinus deprehendatur.
* περιοστέον.
* intercollectus.
* abscessu.

nibus afficit. Sed quoniam plurima supradictorum sequuntur etiam eas quæ matricis uexatione afficiũtur, & magis cum eius fuerit inclinatio facta, quam paraclisin uocant, facienda est discretio paßionum: & primo, quod matrice patiente in eadem potius causæ inueniantur, atq; ex ipsa initium sumant, *Psœadici uero clunium dolore afficiuntur, & tardo motu, ut se renitente dolore nec inclinare ualeant, ac difficilius & dolentius subrigant. Plurimis * igitur dolor cito conquiescit: aliquibus uero perseuerat: partes durescunt atque conducuntur: his deniq; * usq; ad pene cutem unicus sequetur greßus. Si itaque exteriores musculi fuerint in paßione constituti, etiam tactu tentati dolescunt, interiores autem ex interioribus dolorem accipiunt, tanquam in nephriticis contingit: quos propterea deniq; similes discernimus: siquidem alia multa eisdem propria concurrunt, quæ de ipsis scribẽtes memorauimus. Psœadicis autem, atq; ischiadicis, quorum nunc curationem scribimus dolor efficitur nunc iugis, nunc deficiens, ordinatus aut inordinatus, ac longis uel paruis interuallis recurrens, ac puris & limpidis lenimentorum uariatus spatiis, aut mediocres reliquias seruans. Vtilem inquit* Hippocrates ischiadicis dysenteriam: Habet enim imitationis quiddam recorporationis faciundæ, quanquam plurima uexatione corpus afficere uideatur: item hæmorrhoidas, uel uarices, ut alij dicunt, laxamenti causa. Sunt autem difficiles curatione magis, qui plurimo tempore fuerint paßione uexati, & multis atq; uariis accidentibus & signis affecti. In ordine itaq; curationis hæc erunt intuenda, ut cum recens fuerit paßio uel ueterata, sed in superpositionis tempore cõstituta, ia-

παρέγκλισις.

*Psœadicæ

* earum

* pene usq; ad cutem dolorificus sequitur

νεφριτικοὶ.

Dysenteria ischiadicis utilis.

* libro Prorrhetici utilem esse ait Podagris, in quibus tophi concreuerunt

cere faciamus ægrotantem mollioribus stramentis, calido in loco, adhibita abstinentia, & requie usque ad
* non succidis primam diatriton. Tunc lanis mollibus, ac * limpidis oleo calido dulci prætinctis dolentia loca cōtegenda. Adhibenda etiam fomentatio iugis ex oleo dulci calido: item uaporationum commutatio, sicut in multis docuimus scribentes, & phlebotomia tempore consueto, atq; ex brachio dolenti parti contrario, uel plurimum dolenti comparatione alterius. Ac si æqualis in utraq; fuerit parte dolor, ex eo in quo fuerit facilior uena, erit detractio facienda. Si neq; hoc occurrerit, ex sinistro brachio adiutorium adhibendum: siquidem
σκαιοὶ. minus officiis domini necessaria pars esse uidetur, nisi forte sinistri, hoc est scæi fuerint ægrotātes. Tum tertia die adhibenda perunctio ex oleo dulci atq; calido: dehinc ora lauanda, cibus dandus nutribilis, calidus, tener, tanquam stricturæ conueniens, & potui aqua calida usq; ad declinationis tempus. Seruanda etiam cibi alterna dierum oblatio: tum cessante dolore resum-
* alius ptio adhibenda. Perseuerante uero * alia diatriti tempore, adhibenda iniectio decoctione fœnigræci seminis, aut lini, aut hybisci, quam Græci althæan uocant, quo pariter fota atq; uaporata interiora laxamento consentiant. Admiscendum deniq; oleum calidum: item succus alicæ, uel ptisanæ, uel oleū solum, aut admixto adipe anserino, uel gallinaceo iniiciēdum, uel iis quicquam simile cōsolutum. Ac si uenter fuerit abstentus, erit mulsum iniiciendum. Tentanda deniq; & * prope-
* procuranda randa sequentibus diebus facilitas uentris. Quo conuenit, si hoc minime perficere ualuerimus, etiam lino zostin herbam nunc solam cibo dare, nunc adiuncta
* agrestem malua: itē * agreste coliculū. Sed fugienda prædicimus

quæcun

quæcunq; fuerint uehementiora, quantum quidem res admittunt, ut diagridium, helleborum nigrum, chamæleæ semen, quod Græci coccum Cnidium uocant, agaricum, agrestem peponem, quem * colocyntida dicũt, singularia uel coniuncta, item hieram, quam diascammonias appellant, ne plurima uexatio pro parua commoditate sequatur. Nam post fomenta conuenit cataplasmata adhibere, quorum confectiones atque species sæpe conscripsimus. Ac si permanserit dolor, adhibenda scatificatio. Hirudines etiam adhibendæ, quas Græci bdellas appellant. Hoc quidem secundo uel tertio faciendum, si causæ poposcerint. Tunc uaporatio spongiarũ ex aqua calida, uel aliqua decoctione * laxatiua uirtute mitigantium materiarum adhibenda, quarũ iam sæpe species memorauimus. Ex ipsis quoq; encathismata facienda. Item cerotaria dolentibus apponenda partibus ex oleo pingui, uel cyprino, aut sicyonio, uel ex radice hybisci confecto, aut irino, aut malabatrino, singularibus, atq; commixtis. Ac si duritia emerserit, * admiscendum adipem, aut medullam ceruinam, uel bubulam, aut melilotum, aut hybisci radicem percoctam in mulsa, ac diligenter cõtritam, aut decoctionem eiusdem hybisci, uel fœnigræci, & lini seminis triti, in mellis craßitudinem confecti. Ac si difficile paßionem declinare uiderimus, erit embasis adhibenda ex oleo, & aqua calidis. Tum cum fuerit plurimum minutus dolor, uarius offerendus est cibus, ex mediæ qualitatis materia. Adhibendum etiam lauacrum, dehinc lene uinum: tum malagmata partibus in paßione constitutis, ut Diachylon, uel Mnaseum, aut * Dioxelcũ, uel * nileos: item unctiones quæ mitiganter emolliãt, & neq; perfrigescere partes permtttãt,

* colocynthida

ἱερὰ διασκαμμονίας.

βδέλλας.

* laxatiuæ virtutis.

ἐγκατίσματα.

* admiscere oportet

ἐμβάσεις.

* describitur ab Aetio pag. 829.

* Nilei

cerotaria quoq; limpida, aut Diasamsucum acopum, aut irinum oleum aut samsucinum. Ac si paßio fuerit tarditate inueterata, & plurimo tempore perseuerans, & in lenimento constituta, si hoc limpidum uiderimus lenimentum, erit pro modo permanentis doloris curationis facienda moderatio: Tunc enim conuenit motus quidem, sed fertorio lecto, dehinc cathedra uel* sella usq; ad inanem penetrãdus, sicut in phlebotomandis facimus: sed ab umbilico inferius iis qui le uius afficiuntur, præcauentes uenarum diuisuras: ac deinde muliebri* catethere liquorem detrahimus, qui sæpe aquosus, sæpe fuluus, aut sanguinolentus, uel spumosus excluditur: quod quidem etiam ante factam diuisuram pleriq; futurum signis apprehendere uoluerunt. Quorum alij talem fore dixerunt, qualis urina fuerit ægrotantis: alij qualis color apparuerit cutis: alij quolibet uiscere patiente, sanguinolentum: non patiente uero, ex causa auidißimi potus hydropismo concepto, uel* salis potu mundum atq; perspicuum liquorem fore. Sed hæc præter quod falsißimæ sunt opinionis, etiam ad * mutationem chirurgiæ inutiliter quæsita uidentur, nisi solum quod rectè probamus, per catethera liquorẽ,* si res patiũtur, semel atq; eodem tempore omnem auferendum. Sin uero aliqua obstiterint, post primam detractionem motarium aqua infusum supra diuisuram res* implicantes, spongiam desuper mollem apponimus, ac deinde leui fasciola amplexo loco paululum differimus, quo turbatio corporis resoluatur: ac deinde resumpto ægrotante eodem die residuum detrahimus humorem: sin minus, alia die, manibus comprimentes subiectas partes, congrue ægrotante locato, hoc est schemate competenti. Ac

si forte

* sella. Est autem venter in Paracentesi vsq; Hæc trãsferẽda sunt in pag. 440. λα[illegible].

* fistula quæ uesicæ mulierũ inditur proliciendæ vrinæ caussa. Est autẽ breuior quã quæ peni uirorum inditur.

* aquæ salsæ vt pag. 430.

* imitationem inuentionem

* si vires. Nã cũ grauis morbus est aquarũ euacuatione vires ægri iam inualidæ ob morbi vehemẽtiã, magis nõ sunt labefactandæ. Aphoris. 27. lib. 6.

* applicantes

si forte rursum confluente humore fuerit repletus, uel uirium debilitas prohibuerit eodem tempore totum detrahi, tunc interiectis duobus diebus, uel quantum uires permiserint residuum detrahimus, sed alio in loco diuisuram facientes: uel si rursum oportuerit, tertio. Etenim prima diuisura seruata distans, aut cohærens & *soluta tumores uel consensus ingerit uehementes. Tum perfecta humoris detractione neque abstinentia *utemur, ut Asclepiades, neque plurimum damus cibum, sed pro modo uirium, etenim abstinentia omni ex parte adhibita uires uexat: quippe post plurimam detractionem: multi item oblatio cibi grauans opprimit corpus potius, quàm resumit. Erunt autem ante cibum sensim perungendi, atq; reficiendi facilibus, & * poto sufficienti, ac si dolores aliqui emerserint, uaporationibus soluendi, atq; cataplasmatibus mitigandi. Tunc indulgentia relaxatis doloribus uel forte non emergentibus, adhibemus ea quæ tumorem fieri non sinant, & superimpositis spongiis conligamus. Transacto tumoris metu, magis uentris * folliculum & * cutem intestinis cogimur *adserere, atq; similiter cætera quæ in tumore fuerant constituta, ut nuper docuimus. Aegrotãtes præterea nauicula exerceri hortamur, & paulatim recorporatiuæ subiicimus curationi. Ac si neq; ita fuerint resoluti, utemur helleboro iisdem curationibus insistentes, donec corpus repetat fortitudo, atq; densior uel coacta caro noscatur attestante rubore. Hæc est secundum methodũ hydropum curatio. Plurimi autem earum sectarum principes, atq; nostræ ueteres, nihil ueri curantes, ac magis contemptu quodam * astructiones corporum aspernãtes, solius detrahendi humoris intentione tra-

* diducta, cũ in eam rursum adigitur catether.
* vtimur, Asclepiades.
* potu
* peritonæum.
* epigastrium.
* admouere.
* constructionem.

ducti quoquo modo id perficiendum crediderunt, immensa siti atq; fame ægros afficientes, corpore concauo *pectine decurso, & mille præterea urinalibus medicaminibus, quæ diuretica uocāt, uesicam commouendam probant, & uentrifluis potionibus, quæ cathartica appellant, uentrem prouocandum dicunt, cocco Cnidio, atq; *lepida cyprina, & chamælea, & hippophae herba, & ex crotonibus cōfecto oleo cicino, itē *neoro ex quibus cunctis stomachus uexatur, atque cibi appetitum amittit, sitis incenditur, corpus defluit, sanguis corrumpitur, atq; humor detractus renascitur, uires auferuntur: siquidem neq; potestas moderandæ detractionis est in artificis manu. Quidam tanquam siccabilem humoris ophiten lapidem ligauerunt, expertis ægrorum salutem credentes. Singulatim deniq; nobilium medicorum historiam ordinemus. Herodicus igitur, ut Asclepiades memorat, uentris adhibet purgationem, atque post cœnam uomitus, qui sunt implebiles potius quàm siccabiles: tum uaporationibus tepidis aceti decocti exhalatione confectis utitur, uel aquæ marinæ, admixta thalia herba, atque hyssopo, & his similibus, uesicis bubulis repletis, corpus uaporandum probat, uel aliis quibusq; maioribus *inflatis, tumentia loca pulsari iubet. Sic etiam antiquißimus Euryphon. Hippocrates uero libris, quos ad sententias Cnidias scripsit, magis utendum dicit *egestate atq; uaporatione, & continentia, & danda sicca uel arida quæq;, & acriora mādenda. *Si enim æquibilis æger fiat, hoc est, urina facilior, ac si spiratio difficilis fuerit, quā dyspnœan uocāt, & tēpus *æstatis, & æstas media, dicit ex brachio plebotomādos, & post detractionē factā dat panem calidū uino infusum atq; oleo

* strigile: vt pag. 481. Sic decurrere capillum dixit pag. 279.
διουρητικά.
Vrinalia.
καθαρτικά.
Ventriflua.
ἔλαιον κίκινον ἐκ κροτώνων.
* lepido cypria. i. Squama æris cyprij.
* Cneoro
Ophis.
Herodicus.
* vesicis
* ταλαιπωρίης: πυρίης: ἐγκρατείης.
Euryphon.
Hippocrates.
* Sic enim validißimus æger fit, & vrina, facillima. At si spiratio.
οὕτω γὰρ οὐρητικώτατος εἴη, καὶ μάλιστα ἰσχύοι.
* uernum, & ætatis vigor, & virium robur, dicit è Græco

oleo, & carnem suillã ex aceto decoctã. Dat etiã cantharidas tres detracto capite, & pedibus, & *pinnis in tribus cyathis aquæ cũtritas: sed neq; quo tempore exercitio utendum sit manifestat, neq; usq; quo mandenda sint acriora, uel quando uaporationes adhibendæ. Dehinc si phlebotomare oportuerit, non solum æstiuo tempore, ac media æstate, sed etiam omni tempori atq; ætati conuenire phlebotomiam probamus. Est præterea importunum uinũ, ac repugnans eo tempore commodis phlebotomiæ. Item cantharides humorem cõmouent: carnis quoq; offerẽdæ tempus significare neglexit. Diocles libro quo de paßionibus & causis, & curationibus scripsit, siccãdos inquit, ac mediocriter uaporãdos, & deambulationi tradendos ægrotãtes, & plurimos sudores commouendos, *uel uomitum & urinam *prouocandam diagridio, & apij semine resoluto succo herbæ saluiæ. Itẽ cardamomum, quantum uentrem ualeat semel deducere, & in aceto panem solutũ, & piscem salsum dandum uel pisces elixos & assos, uel silurum piscem, olera, radices, alliũ, origanũ, rutã, satureiam, uinum album, & nõ aquatũ, & ferarũ carnem: in deambulationibus *uentrẽ iubet contineri, cæteras corporis partes defricari, exceptis cruribus. Sed hic quoq; communi cæterorũ subiicitur *acceßioni: solum prædamnamus, quod humorem detrahens purgatiuis atq; urinalibus medicaminibus, & uomitu, & sudoribus prouocatis, quibus ex rebus sudor mouendus sit tacuerit, uel uomitus. Item deambulatio sæpe laboriosa, & piscis silurus bromosus, & allium inflabile, & plurima ferarum carnium malos habere succos probantur. Inde item quæ sint olera deligenda memorare neglexit, & neque fortificari

* alis

Diocles.

* ventrem

* prouocandam: ac ventrem Diagridio, quantum valeat semel deducere vomitũ Cardamo: vrinam Apij semine resoluto succo herbæ Saluiæ

* ægrum

* accusationi

** venter fi-catione*

** cuius*

Praxagoras.

κῶνος στροβίλου καρπὸς.

** tumorē & habitum corporis minuit.*

** omphacomelite*

** sunt*

** Item in potu repugnat: dat enim mordicatiuū acetū*

** Idem*

*uentrificationem,uel crura, aut totum corpus recte potest, *cum nullum modum uel tempus memorauit. Praxagoras secundo libro Curationum cataplasmatibus utitur, & malagmatibus sudorem mouentibus, & urinalibus medicamentis aliis atq; aliis, & uentrē deducentibus. Similiter cono, & foliis hederæ, & semine coliculi agrestis, aut nasturtij, aut centaurea, uel allio, pipere, & pseudodictamno, aut dauco, & chamæpity herba, & petroselini semine, uel radice graminis, uel quolibet horum similium, & sudorum diurna prouocatione corpus*deducit. Vtitur uomitu non solum ieiuno, uerum etiam post uespertinum cibum, & ægros plurimū potat, ex quibus sensuales uiæ implentur. Vtitur etiā cataplasmatibus aromaticis, quorum species non designat, sed solum cum*moromeli, uel lini semine adhiberi iubet, uel malis cydoniis, aut caricis, uel adipe, & aqua, aut uuæ lupinæ, uel appij succo: equidem uirtutis repugnatione omnia confundens: siquidem alia *sint constrictiua, ut mala, alia laxatiua, ut plurima cæterarū specierum. Deinde post oris collutionem sorbiles dat cibos, quibus uentrem facilem se facere pollicetur. *Item potum repugnante mordicatiuo: dat enim acetū uel puscā, uel his rursum contraria, ut mulsam, quibus confusa regula etiam secundum ipsum approbatur. Erasistratus libro quo de hydrope scripsit, deambulationē ordinat adhibendam prius quā aëris æstus ardescāt, tanquam in æstate solum curans. Sed si uentris, inquit, facilitas non fuerit prohibenda medicamina, atq; legumina, & olera, cum sint plurima olerum quæ molliāt uentrem, sine ulla corporis uexatione. *Item plurimo cibo ægros nutriendos probat, cum sit ex paruo sæpe indigestionis metus ac si neque, inquit,

inquit, uenter fuerit motus, adhibendum clysterẽ simplicem, hoc est, qui nulla sit acriori materia confectus: cibum partitur* cibo uel cœna, & ante uesperã ægros deambulatione moueri iubet:* Tunc initio noctis reficit, quando etiam sanis metus est digerendi. Post cibum præterea perungit in lectulo, & certo numero utitur fricationum: dat catapotia medicaminum ante utranq; cibi refectionẽ in † faui modũ pro uiribus ægrotantis, neq; plus decẽ, neq; minus quinq; numero, & eorũ materiã tacet, solum memorat quod iecorosis hæc catapotia congrua uideantur, atq; ad urinales partes uenientia plurimum faciant mictum: Tum post catapotia dari iubet cibo panẽ ex farina sesami, & *salsum, obdulcatũ, ne sitim faciat, non discernens tempus drimyphagiæ: Tum inquit dandos pisces, atq; carnem gallinarũ, uel ferarum, & agnorum, & hœdorũ, & sorbilia plurima cũ melle uel lacte, non aduertens lactis & mellis qualitatẽ in corruptionẽ facile uenire:* nũc dat potũ paruum, & non post prandiũ, sed post uespertinũ cibum hoc cõuenire dicit, ut etiam similiter memorat Philistionis frater. Probat etiam ante alios cibos accipienda* aridi fici pinguia duo uel tria, mox contusa atq; oleo tincta. Sed hæc omnino digestione difficilia iudicantur. Prohibet præterea lauacrum, uel plurimo tẽporis interuallo permittit, & non designat, quod illud, uel quantum sit tempus. Vtitur etiam malagmatibus & cataplasmatibus, cum somno cubauerint ægrotantes, nec tamen designat eos, qui coaceruatã ac uehementem humoris detractionem reprobãt, quã Græci cenosin uocant, & propterea etiam paracentesin, quod quidẽ *congrue dictum superius docuimus. Item tumore in iecore constituto, attestantibus febribus,

*prandio &
*idem tum
† fabæ
καταπότια vrinalia.
*sale obdulcatum i. conditum vt pag. 448.
*dat etiam potum.
Philistionis frater
*arida fica pinguia duo vel tria vt supra
κένωσις.
παρακέντησις.
*incongruè

ob tumoris medelam cataplasmatibus utitur ex malis cum uino, constringens ea quæ laxamentum poscere uidentur, & ob digestionem faciendam ex ficu atque chamælea & chamæpity utitur cataplasmatibus. Item ad eliciendum quicquam in * locis constitutum utitur Diapegano, quod ex * ruta cõficitur, & nihil de temporibus memorat adiutoriorũ. Asclepiades etiam libro quo de hydrope scripsit paruo humore collecto, siue plurimo, necdum tamen pedibus aut cruribus infuso, athletarum regulam adhibendam probat, ex plurima deambulatione, atq; cursu, & * refricatione retento spiritu: Tunc cibo dandũ panem diligenter elaboratum, atq; * exercitum, cum piscibus natura duris. At si inferiores humor occupauerit partes, plurimos prohibet motus, & medicamina uentriflua atq; urinalia. Vtitur autẽ paracentesi, sed omnino ex angusto atq; paruo foramine. In leucophlegmatia uero fricationes adhibet & cataplasmata frigerãtia ex malo cydonio, & murra, & uitis anulis, quos helicas uocant, & malo punico, & lẽticula, & * herbo, atq; pulento ueteri, & alumine, uel ruta, & bulbo, & melle, & origano, & thymo, & nitro, & caricis: & ex * uesicis illisionem adhibendã probat. Laudat etiã punctionem quatuor digitis à talo distantẽ, faciẽdã superius, ab interiore parte, sicut in phlebotomia seruatur, ut per eandẽ punctionẽ humore effuso corpora releuẽtur: si minus, scarificatione altiore utendum referẽs, scilicet uehemẽtiore atq; efficaci adiutorio, & neq; declinãs uulnerationes, quæ necessariò in huiusmodi paßionib. difficiles curatione probãtur. Socrates Chirurgus omni ex parte diuisuras faciens easdẽ * adußit, extemplo corporis ingerens raptum, quẽ Græci spasmon appellant.

Margin notes:

* locis interioribus constrictum.

Diapeganũ.

Asclepiades.

* Aetius pag. 845. describit Malagma è Ruta.

* defricatione: vt paulo post.

* subactum.

λευκοφλεγματία.

ἕλικες.

* eruo

* planis decocto herbarum discutientium, vt pag. 502.

* adurit

Socrates chirurgus.

lant. Themison secũdo libro Tardarũ paßionũ utitur gestatione, & defricatione, atq; exercitio, uel cõmuniter regula exercibili, salibus ac nitro fricãs corpus, & frigida perfundens: ex quibus *nõ æqualiter adficit: quippe cum membra interpositis etiam tribus uel quatuor diebus aqua marina feruenti perfundat. *Itẽ iubet post gestationem tribus uel quatuor cyathis uini mixti ægrotãtes potari sumptis nutrimẽtis digestione difficilibus. In ordine, inquit, medicaminũ, nõ designãs quem esse uelit ordinẽ medicaminũ, aut quæ nutrimenta digestione difficilia. In uespertino inquit cibo utendum, mediocri potu, ut nec sitis ægros afficiat, neq; plurima liquoris *ingestio, sed uinũ *eligat acrioris uirtutis, & neq; *confusum. Sed temperãdi moderationẽ tacet, *ut mediocriter quidẽ dicat, quod est improprie dictũ: etenim *extendit temperãdi moderatio neruos, nocet, & ingerit sitim. Prohibet præterea idẽ uentriflua medicamina atq; urinalia, quæ cathartica atq; diuretica uocãt, & per singulos mẽses ternos radicũ ordinat uomitus. Sed erat regulæ medicinali conueniens ad lenimentorũ latitudinẽ, siue spatiũ, uomituum designare quantitatẽ. Vtitur etiã in utroq; talo scarificatione, ut Asclepiades. In ascite uero initiũ ex uomitu sumit, quem helleboro faciendum probat, si, inquit, metuerit quisquã radicũ uomitũ, * & est præceps, atq; ut ita dixerim, periculosum nõ *medicatũ corpus magno adiutorio *discere. Aliã quoq; regulã similẽ dicit ordinandã, sed paßionis initio neq; ungẽtis tangi, neq; fricari uẽtrẽ permittit. Cæteras autẽ corporis partes si multa, inquit, fuerit humoris infusio, *defricãdas, initiũ ex uẽtris finib. augẽdũ curationis modũ: sed oportebat ob æquandum, corpus totum fricatione curari.

Themison.

* inæqualiter

* Idem

* infusio

* eligendum

* Quidã legũt aqua cõfusum.

* licet

* vini temperandi neglecta moderatio neruis nocet.

ἀσκίτης.

* quod est

* præparatum

* disiicere.

Alis quoque sub. hydropis generibus.

* defricandas initio, & uentris frictionibus.

Item

Item interpositis quatuor uel quinque diebus aqua calida, & magis marina, tribus uel quatuor uasculis foueri uentrem iubet sed neque hoc æqualiter. Item ante unctionem utitur sinapismo: post singulas gestationes lambendam dicit* scillam in electarij uicem: & si plurima fuerit humoris infusio, utitur paracētesi. Sed primo die, si uires patiuntur, abstinet cibo. Quod si minime ferre potuerint ægrotantes, partem tertiam panis solitæ quantitatis aqua infusam offerendam dicit. Tum alia die articulos ungens, atque ora lauans, simili panis reficit modo, cum pulmento uolantum, cæteris quoque diebus omni æqualitate augens, atque ægros resumens. Thessalus autem secundo libro Regulari plurima Themisonis similiter probat, sed quinque uel tribus cyathis uini aqua temperati, ante cibum potat ægrotantes, & paracentesim prohibet, * tanquam Apollophanion, aut Diaeuphorbium. * Vtile plerique ueteres huic passioni etiam Macerinum emplastrum memorant, item Icesion usque ad quinque dies imposita linquentes, laudauerunt. Conuenit recorporationi etiam* solis igniti uaporatio. Oportet autem saccellum lineum implere sale torrido, & apponere patientibus partibus. Tunc superaspergere aquam salsam calidam, & superimponere cauteres latos, aut igne repletum uas congruæ latitudinis. Sic enim calefacto saccello instillans humor, & cum feruore acerrimo decedens, atque* artus singulos inuadens, quos Græci poros appellant, lacessendo demutant, recorporatiua sine dubio uirtute. Facit enim tanquam de sinapismo partium ruborem, quem Græci phœnigmon appellāt. Prodest denique etiam ex oleo rubor effectus hoc genere. Farina conspersa, atque manibus exercitata, quo

*scyllam

Thessalus & ventri Malagma imponit.

*Videtur aliquid deesse, ut fortasse sit legendum: Vtetur etiam emplastris tanquam Apollophanio aut dia euphorbio.

*Hæc iam pertinent ad ischiadis curationem.

*salis

*meatus

καυτῆρες.

φοινιγμὸς.

quo facilior fiat, erunt partes in paßione constitutæ circulatim ambiendæ, cuius spatium, siue medium oleo replendũ. Tunc cauteres longi atque igniti immittendi, qui quidem cutem tangere minime debent: Hoc faciendum alterna uice, donec oleum calefactum feruorem corpori tradat. Iubendum præterea ægrotanti, ut se immobilem præbeat, cum oleum summo feruore * coierit, ne se mutando adurat. Tentandum denique etiam cauteres sine olei motu submittere, atque * lauare supposita spõgia * statim, ne distillatione cauteris uicinæ partes adurantur. Tum cum mediocrem senserit æger * ustionem, ei uas erit supponendum, uel adiungendum, ut se repente inclinando unam faciat olei refusionem, ne uicinantia usta pustulentur: Alij caccabuli, uel uasis fictilis fundum perforãtes, labia uel ora pertusuræ patientibus locis adfixerunt, supradicto more farina * consperſa circundantes, sic oleo caccabulum impleuerunt, cætera supradicto ordine gerentes: Alij usque ad ustionem * uaporibus igneis usi sunt: Alij diuersis generibus pustulationem locorum faciendam probauerunt, uel * extemplo escharas patientibus * ingesserunt partibus: aliquando solo sinapi cataplasmantes, quo superficies cutis pustulescat: itẽ sinapi admiscentes glebæ calcis æquis ponderibus & sulphuris partem, atque simul conterentes, paruo oleo & aqua admixta linteolo illita, prostrato alio linteolo tenui, ei parti quam curamus superimponemus illitum, quo sensim atque per * triplicem materiam transiens uis medicaminis pustulationem faciat loci. Item Non aliter etiam ex cinere salicis hæc facere poterimus. Eius enim corticem inurentes, atque ex eius cinere puluisculum facientes in umbra siccari sinimus, tunc locis

*præulc

* caluerit
* leuare
* excipiendo olee quod cauterium sublatum secum aufert.
* olei feruentis
* aqua subacta quam uulgo pastam dicunt
* cauteribus: Alij uapore & flamma ignis
* quemadmodum sarmentis fit altera parte incensis
* sinapi calcẽ ἐσχάραι.
* inurentes sulphur.

praeulceratis adponimus, super distillantes liquefa-ctam calcem, quam uulgo colatam uocant, sed paula-tim: cum enim fuerint humectati puluisculi cutis su-perficiem pustulabunt. Quod si quisquam plurimum perseuerauerit, etiam altiora iniusta*putrescunt, & ut Graeci appellant escharam faciunt. Alij denique ex radice herbae, quam struthium* uocant, loca ulcerari praecipiunt: Vsta etenim radix, concepta flamma, cuti apposita pustulationem necessariò facit. Sed alij hanc ustionem tanquam imbecillem reprobantes cauteribus aiunt faciendam: quos quidem primo tepidos probant apponendos, donec cutis pustuletur, tum igneos: sed ijs omnibus interiecto spatio trium digitorum loca dicũt inurenda, & esse cauteres semper aduncos in modum *gamma literae. Sed alij hanc appositionem metuentes *anchistris ex utraque parte cutem * praetendunt, & inter * eos cauteres imponunt, ne ulla ustione nerui tangantur. Alij ligneos * fungos interius ac superius angustos formantes, patientibus apponunt locis, quos summitate accensos sinunt concremari, donec cineres-cant atque sponte decidant. Est enim haec ustio leni pe-netratione moderata. Alij linteolum aqua tingentes partibus*resimplicatum apponunt,* Tunc tabulae ti-liari apponentes struthium herbam concidunt in bre-ues perticulas, ac deinde ferramento * igneo singu-las partes oleo tingentes accensas imponunt tabulae scilicet* tiliae, hoc secundo uel tertio facientes per in-terualla, donec materia carbonescat, atq; pustulas cu-tis efficiat. Alij, ex quibus sunt Demetrij sectatores, eius partis quae patitur manum, inter pollicem & de-monstratiuum digitum, quem Graeci lichanon siue di-

* antea scarificatis: alij praeceratis.
* lixiuium cui addita calx est. πρωτόστακτον vocat Paulus lib. 7. Alij σακτὴν δεῖν θημένην
Colata calx.
* carbonescũt, vt paulò pòst. Alij ardescũt.
* id ex radice Aristolochiae facit Aegineta
* oliuares vulgo dicunt.
Cauteres forma Γ. γ.
* hamis
* ea. sub. anchistra ἄγχιστρα.
* sublatã obiiciunt, & vrendam offerunt.
* ischas vocat Paulus c. 49. & 50. lib. 6.
* inferius
* reduplicatũ
* tum tabula tiliarem
* ferramento prehẽsas singulas partes, oleoq; tinctas, & accensas
* tiliari.

Demetrij sectatores. Digitus λιχανὸς καὶ δεικτικός. Index.

cticon

ẽticon appellant iuxta inferiorem articulũ* inuolutis * ignitis. Alij inuolutam.
inurunt cauteribus, quos quidem nunc nudæ cuti apponunt, nũc præmiſſo linteolo oleo tinctos: modũ autem uſtionis conſtituunt, cum in alia manu, hoc eſt quæ ſit contraria parti patienti, ſudor emergens apparuerit, tum poſt ſupradictas uſtiones imperant ulcera * re- * reſerata
ſeruata in ſaniem prouocari, Alij deniq; * ſtatim lana * vt facta eſt
ſuccida eadem contexerunt loca. Alij marrubij coma vſtio
contrita cum ſale uel oliua nigra, aut * ſeſamo infuſo, * ſeſami
ſiue nucibus: tum tertia die lenticula multa, atq; mulſo οἰνομέλι.
decocta, donec ulceris cadat eſchara. Tunc œnomeli aiunt imponendum, uel ea quæ ualeant laceſſendo puris exitũ prouocare: item florem æris cum nigro helleboro apponunt. Et quidem aliqui releuantur interuenientis recorporationis cauſa. Sed quoniam iſtiuſmodi uſtionibus plurima uexatio coniuncta eſt, erit melius aliis adiutoriis mederi. Auſi ſunt præterea quidam etiam Venerem adhibere, in iis qui non ex uſu uenereo iſchiadici facti uidentur, quo magis uexata neruoſitas geminet cauſam. Alij cantilenas adhibẽdas probauerunt, * ut etiam Philiſtionis frater idem memorat * & etiam
libro xxij. de adiutoriis, ſcribens quendã fiſtulatorem * incantaſſe
loca dolentia * decantaſſe, quæ cum ſaltum ſumerent * miteſcebant
palpitando, diſcuſſo dolore * miteſcerent. Alij deniq; Philiſtionis frater.
hoc adiutorij genus Pithagoram memorant inueniſſe: Pythagoras.
ſed Sorani iudicio uidentur hi mentis uanitate iactari, qui modulis & cantilena paßionis robur excludi poſſe crediderunt. Item plurimi ex talo atque * ancala * poplite
eiuſdem partis quæ fuerit paßione poſſeſſa, uenam di- ἀγκάλη.
uidentes ſanguinem detraxerunt: ſed magis partes impletæ grauantur, cùm repentè uacuata loca in ſemet materiæ fluxum inuitant. Nobilium uerò principum

Hippoc

Hippocrates. Hippocrates libro quo de locis cõscripsit, cucurbitam iubet sine scarificatione apponi. Vtitur etiam feruentibus medicaminibus potis, quæ si essent uerè congrua paßioni, minimè tamen ad excludendam uetustatem ualere crederentur. *Diocles.* Diocles libro quo de paßionibus atque caußis & curationibus scripsit: item secundo libro de curationibus, regulam dixit siccam, & frigidam, & nutribilem ægris conuenire, cum humida atque calida prodesse huic paßioni demonstrauerimus. Vtitur etiam urinalibus medicamentis, quæ diuretica appellauit, & probat conditum bibendum, *Mulsum conditum.* quod plerique Latini mulsum uocant. Vtitur etiam cibo è uisceribus asinorum, & clysteribus sanguinem prouocantibus, & uino nunc albo, nunc nigro, neque ordinis, neque temporum, neque congruæ qualitatis memor. *Themison.* Themison secundo libro Tardarum paßionum in quibusdam peccare perspicitur, phlebotomans talum uel ancalen, atque lanis succidis cum oleo & aceto, & sale statim patientia contegens loca, articulos adstringens, & intestina per clysterem *exulcerans, & os ipsum quod ischion Græci uocant. ** & os ipsum exulcerans ἰσχίον.* Ante hæc omnia, & equitare imperat ægrotantes, quo magis ob uehementiam motus partium faciat uexationem: item alternis sinapizat diebus, quod est immoderatum, & in omnibus ulcerationem cutis existimat faciendam, qua plurima congrua prohibentur adiutoria adhiberi, cùm partes ulceratæ apposita tolerare non poßint. *Thessalus.* Thessalus uerò uaporationem faciendam improbè recusauit. Est enim recorporatiuæ uirtutis, neque initio rectè constrictiua probat adhibenda. Etenim ischiadica paßio uehementi atque difficili strictura confecta perspicitur.

De

De articulorum paſsione, quam Græci arthritin vocaut, & de pedum dolore, quem podagram appellant. Cap. 11.

VTraq; paßio à parte corporis quæ patitur, nomen accepit: altera communiter ab articulis omnibus, altera ſpecialiter à pedibus. Sed podagram Græci etiam ab impedimento, uel retentione pedum aiunt nominatam, uel à ferali dolore, ſiquidem omne quod immite fuerit abuſiue agreſte uocamus. Earum deniq; paßionum diſcretio promptißima atq; maniſeſta eſſe perſpicitur. Nam podagra pedum tantummodo dolor eſt. Arthritis uero etiam cunctorum articulorum, ſiue multorum: & aliquando à pedibus ſumens dolor exordiũ cæteros articulos implicauit, aliquando in aliis incipiens pedes inuaſit. Igitur quidam medici arthriticam paßionem genus uocant, podagricam uero ſpeciem. Etenim * quod Græcis hamartritis recte nuncupatur: ſiquidem ſit in articulis dolor, quanquam in pedibus conſtitutus, arthritis uero non ilico podagra dici poteſt, ſiquidem genua uel manus tenens gonagra aut chiragra dicitur, uel tenontagra, ſi maiores tenuerit neruos. Sed de his nominibus quæ locorũ cauſa diſcreta uidentur, unius tamen eſſe uirtutis intelligũtur, in curationibus certandũ non eſt. Sunt* enim harum paßionũ antecedentes cauſæ uariæ, ut uinolentia, frigus profundum, *cruditatio, libido uenerea, labor immodicus, uel repentina deſertio ſolitæ exercitationis* in ante actem morem: aut rurſum non ex infantia, ſed ſecunda & ſera ætate* affecta, cum mollibus neruis atq; inſuetis fuerit illata quaſſatio: item percußio antecedens ex palæſtra, * forti exercitio. Frequentat autem in uiris magis atq; mediis ætatibus, dif-*

ἀρθρῖτις.

Agreſtia quæ dicamus.

ποδάγρα.

* *maniſeſtißima*

ποδάγρα ἁμαρθρῖτις.

* *Podagra græcis recte Arthritis nuncupatur, ſi quidẽ ſit in articulis*

γονάγρα.

χειράγρα.

τενοντάγρα.

* *autem*

* *cruditas*

* *ante acto more*

* *affectus*

* *forte exercitium: Alij vel forti exercitio.*

*Aphor.28. & 29.lib.6. * Podagra hæreditaria est.

ficile uero in mulieribus* atq; in eunuchis & pueris, & iuuenibus fieri inuenitur. Videtur præterea plurimis antiquis medicis etiam genuino cursu in posteros migrare cum semine, & propterea succedentes inuadere, de qua re principaliter Responsionum docuimus libris: item per aliquas probatur frequentare regiones, ut Cariam, & Alexandriam Aegypti uicinam, nec non tẽporibus certis nasci, *item magis aspe-

Caria. * & Alexandria. * Apho.20. lib.3.

rari uidetur, ut primo, *uerno, secundo, autumno, tertio, hyeme, æstate uero difficile. Sequitur autem passione articulari tẽtatos, torpor, atq; formicatio eorũ articulorum qui tanguntur, & difficilis flexio, atque rursum extentio: item grauedo & * uacandi dulcedo,

* otij quietis

& ad paruum motum uehemens labor, atq; dormientibus sensus quidam resonãtium articulorum, & cum de somno surrexerint, ueluti saltu earundem partium afficiũtur: tum horror, uel rigor, atq; tremor sine ulla manifesta ratione partiũ sequuntur. Dehinc cum passio se extollere cœperit, in podagricis dolor alterius pedis, aut utriusq; cum pũctionibus nascitur, incipiẽs à uestigio aut plantæ cauitate, uel sæpius à maiore digito, attestante torpore, & grauedine, & difficili motu, cum horrore rigido, atq; inæquali per membra, & aliquando plurimo feruore, aliquando frigore, ut alij refrigerantia, alij calida desiderent ægrotãtes, & propterea quidã alterã calidam, alterã frigidam podagrã putauerunt nuncupandam. Item initio, ut sæpe contigit, similis color patientium atq; sanarũ uidetur partiũ, atestante æqualitate, nullo emergente tumore. Dehinc inflatio partiũ fit cũ rubore. Quapropter re-

* sequitur

leuatio altiorũ sæpe* sequetur. Tum peiorãte passione arthritica sufficitur passio, cũ in unũ omniũ cogitur

artica

articulorum cõsensus, & facile ex articulo in articulum uenit dolor, nec* desinẽs priusquã cunctos inuaserit nodos. Sæpe deniq; prioris articuli dolore declinãte secundus inuaditur, atq; eodẽ similiter miscente tertius sumit exordiũ, consentiente etiã uesica atq; spinæ maioribus neruis, quos tenontas appellãt: & in stomacho etiã nausea uel uomitu iactãtur ægrotantes. Tunc articuli tumentes inflantur, ac deinde durescũt, & solidati saxeã faciunt qualitatẽ: tum etiam nigriores efficiuntur, atq; cõtorti, ut in obliquas partes digiti uertantur, aut reflexi supinentur, aut uicinis adfixi incũbant, & aliquãdo humore purulẽto uel mucilento collecto, aut uiscoso generent poros, quos nos* transitus dicere poterimus: dehinc etiã lapides* sufficiant, qui quidẽ articulos soluãt, & cutem distendant, atq; erũpentes promineãt, & chirurgia detrahantur: aut exilientes* cyathis, cum ferramento tollantur, quod nos *laureolũ dicere poterimus, & rursum renascantur. Tum membra dolentiũ partium, cessante nutrimẽto, tenuata languescunt, & arida efficiuntur. Erunt præterea ægrotantes paruis ex causis mobiles atq; iracũdi, siquidem motũ uel actum nõ sine querela* accipiãt. Principaliter autẽ hæc paßio cõstituitur in neruis, uel eorũ colligationibus, tum cætera morbo consentiunt, atq; cõtiguos uel superpositos lacertos, & maiores neruos pati demonstrãt. Est præterea paßio nõ facilis curatione, & aliquando magnitudine insanabilis, non ut pleriq; putant* naturæ. Causæ autẽ difficillimæ curationis, uel ut sæpe contingit impoßibilis, manifestæ atq; plurimæ reperiũtur. Est enim paßio in neruis cõstituta qui* sint natura densißimi, & inter articulorũ nodos cõstituti, quorum angustia cõprimuntur, & ad

* desinit

τένοντες.

*tophos, legisse videtur Aurelianus πόρους nõ πῶρους πόροι.

* sufficiuntur

* ambiente articulum membrana

* Laureolum.

* Scalpreoliũ σμίλιον.

* accipiunt.

* natura

* sunt

omnem motũ aſperãtur, magis in pedibus, hi enim plurimas cõligationes nodorũ naturaliter habent, & totum corpus ſuſtinendo* laborat. Præterea hæc paßio initio paruitatis cauſa negligitur, & cõtempta cõualeſcit: quippe cũ à multis minime credatur emergere. Alij deniq; digiti luxati, aliqui pedis uerſionẽ, aliqui cuiuſdã rei calcatæ, uel offenſæ duritiã aut* feruorem querũtur, tũ neceßitate coacti augmẽti tẽporibus in cõfeßionem ueniunt ægrotantes. Ob hoc igitur paßio perſeuerare, atq; corpora poßidere meditatur. Non aũt minus etiã longorũ lenimentorũ cauſa, quibus receßiſſe putatur, cũ ſanõs ægrotãtes fingendo promittit, adiuuãte etiã intẽperantia, qua cũ ſæpe cõcipi paſſio, perſpicitur, manere poſſe nõ dubitatur, quod dicã diatrito. Si uẽter officiũ nõ agnouerit, clyſter adhibendus ſimplex, atque ita totius paſsionis ſtatu accepto vt inflata vel tumẽtia loca videãtur, ſcarificatio adhibẽda: & ubi permiſerint partes cucurbita figẽda, uel hirudines admouẽdæ. Eſt aũt omnium leuior* præter cucurbitã ſcarificatio. ſiquidẽ nulla quaſſatio partium fit, quæ neceſſariò cucurbitæ cõiuncta eſt. Item hirudinum morſibus conſenſus adiũgitur, & propterea, ut ſupra dictũ eſt, ſimplex* cõflatio lenius probatur. Adhibenda etiam uaporatio ſpongiarũ, tum aquæ calidæ fomentatio, uel* aqua & oleo, aut decoctionis fœnigræci, aut lini ſeminis, uel hybiſci. Item cataplaſma mitigatiuum, quod iamdudum minime poſſe adhiberi uidebatur, ſiquidem tumentia pondere grauari nõ* debeant. Sit igitur panis diligentius emollitus, ſolus, aut admixta radice argallici, quod Græci ſymphyton uocant, uel hybiſci decocta, uel cuiuſquam ſimilis uirtutis quorum probauimus adhibendas

Marginal notes:
* laborant
* à feriendo: ictum
Hæc mutila
* ſine cucurbita
* ſcarificatio lenior. Alij diſflatio
* aquæ & olei
* debent
σύμφυτον.

das uaporationes. Tum cum firma declinatio fuerit constituta, adhibenda lauacra, atq; uarius cibus, & aqua*potu danda, & propter paßionis nequitiã adhibẽda etiã cerotaria ex oleo dulci, uel cyprino, aut ex adipe confectũ medicamen quod Græci diasteaton uocant, *tunc malagma Diachylon, uel Mnaseũ, at quod appellãt Diateleos, uel dioxeleum, uel diathalassestũ. Paulatim fortificandum corpus deambulatione liberis calciamento pedibus, & cum cautione aduersantium rerũ, ut ne quid nimis, maxime uini, aut indigestionis, aut Veneris. Arthriticis uero conuenit etiam digitis ceram emolliendam dare, uel * manipulos tenendos, quos palestritæ alteres appellant, tum mouendos, cereos, uel ligneos primo, cum paruo plumbo interfuso: tum pro modo profectus grauiores: & in tardãte passione, superpositionis tempore supradicta seruanda simplicitas curationis. In lenimento uero adhibenda fortificatio, tum recorporatio. Sit igitur primo gesta tio pro modo uirium, tum deambulatio molli stramine coæquato solo, adiecto uocis exercitio, cum corporis unctione. Etenim uacatio craßificat corpora, adeo etiam* & in hiis qui ex aliis forte plurimo tempore iacuerint causis, hac ratione articuli* cõmoueãtur, cum nerui nõ exerciti* ualidiores efficiũtur. Adhibẽda etiã lauacra per interualla dierũ, & uarius cibus ex mediæ materiæ qualitate: uinũ paruũ, lene, & semper post cibum: tum dropax simplex, atq; composi tus: paroptesis ex igni, uel ex sole, atq; pellibus feruefactis, & ex arena littoris: tũ* aspergines, quas Græci sympasmata uocãt, ex nitro, & adarce, & euphorbio, & sæpe memoratis speciebus: tum ungenta, & acopa ex* squilla confecta, & agresti cucumere, item

*potui
* tum
διαστέατον:
Διὰ ἁλὸς ἀνθοῦς describitur pag. 624. a Paulo. Dioxeleũ vero pag. 829. ab Aetio.
* vide cap. 1. lib. 2.
ἁλτῆρες.
* vt in iis
* uexentur: laborent.
* inualidiores efficiantur.
παρόπτησις.
* pag. 420.
Aspersiones.
συμπάσματα.
ἄκοπα.
* Scylla

euphorbio,& adarce. Dehinc malagma adhibēdum, ut est quod appellāt Diabalon,aut Diadaphnidō, aut Diadarces aut Diastactes conias,uel quicquā similiū: item rubor cutis ex sinapi faciēdus,quem Græci phœnigmon appellāt:item drimyphagia, & cyclorū regula,& radicū uomitus,& hellebori,& embasis facienda,sicut de ischiadicis scribentes memorauimus:uel somētatio ex decoctione artemisiæ herbæ, aut marinæ feruētis aquæ,dehinc natatio feruēs, uel frigida. Item usus adhibendus aquarū naturaliū:calidarū tum frigidarū, ut sunt in Italia quæ appellatæ sunt Albulæ, uel * Cotiliæ, & omniū supradictorū affectanda repetitio,dabit enim curatio aliis integrā sanitatem, aliis raram doloris admonitionem,ne iugi superpositione uexentur. Veterum quidam annalia medicamina potanda probauerūt,ut est quod appellant Diacentaurion, item Diascordeon,bibendū anno cōtinuo iudicantes, iis qui non plurimo tempore fuerint paßione uitiati, hoc est intra quinquennij* temporis constituti,adiiciētes quod bibi debeat medicamē* prædigesto corpore, & omnino nullo obstaculo impedito. Sin minus, repræsentandum numerum dierum,quo integer cōpleatur annus,quanquam longo tempore porrectus. Secundum nos autem iuxta Sorani iudicium est metuenda diuturna medicaminis sumptio,cum neq; soliti cibi iuges,atq; iidem utiles,recte probentur. Sic deniq; legimus quosdam ueteres memorasse ex iugi medicamine poto in celeres, uel acutas uenisse paßiones, & alios apoplectos, alios pleureticos, alios peripleumonicos interisse,item quosdam continua difficultate spirationis affectos, quam Græci dyspnœan uocant. Alij uero qui se isto medicamine profecisse testantur, non aduer

φοινιγμός.

ἔμβασις.

* Cutiliæ

* tempus constitutis

* nullis cruditatibus aut obstructionibus impedito.

Medicaminū frequentia recusanda.

δύσπνοια.

aduertunt seruatæ digestionis causa id fuisse permissum: quippe cum cæterarum rerum excessus declinando, quidam seruauerint sanitatem, *cum interrumpere *metuerint sumptionem medicaminis sui: & propterea his intentionibus occupati alias sibi nesciuerint profuisse rationes. Item alij ustionem nodorum faciendam probant, quam nos reprobamus: siquidem consensus facit tumorem. Item alij transeundum ex aliis in alia probant *ungenta & cataplasmata, nunc specie, nunc genere differentia, donec ægrotantes releuentur: siquidem alia pro aliis corporibus uidentur conuenire, & propterea doloris mitigatio sequitur. Ordinauerunt deniq; etiam contrarias uirtute materias laxatiuas simul, atq; constrictiuas, & recorporatiuas, ut Mnaseum malagma, uel diachylon: item è contrariis uehementius constringentia, ut* dyateon, & *cyzicenem, & *Erasistrion emplastrum: item ex panici polline, & limi semine cataplasma, & ex coliculo agresti, uel herba erigerōte, & *bramite, & mādragora, & alterco et lēticula, & citri medio, uel peponis, & origani, uel thymi, aut uuæ lupinæ, aut portulacæ, aut betæ, aut mali punici foliis uiridibus, uel eius caduco, quod Latini *ambulacium uocant, decocto cum aceto, aut ruta agresti cum aceto, singulari, uel cum *simplici alica, aut aceti sedimine, cum apio: aut uitis folia, cum simplici pulento, uel *herbi polline, aut fabæ, uel hordei, aut lolij, aut lupini, cum fece uini, uel aceti, uel ex fico decocto cum aqua & uino & contrito, donec mellis sumat craßitudinem: Ex *quo detractis durioribus *partibus imperant coquenda rursus residua: Itē ex papaueris *coliculis, quos Græci *cocias uocāt, uel eorum foliis, & malis cydoniis & punicis in uino

* quia
* metuerent
* vnguenta
* Dia item describitur ab Aetio pag. 834. cyzicenū ab eodem pag. eadem.
* cyzicenum
* Erasistratiū
* strattote. stratiotis fluuiatilis folia Diosc. refrigerant, tumorib. & ignibus sacris medentur: quæ inflammationē minantur, tumescere nō sinunt.
Ambulacium
* Ampullagiū. pag. 462.
* simila, aut alica
* erui
* emplastri apparatu
* simplicium Lignosorum quæ teri commodè non possunt.
* folliculus
Alij capitulis.
[illegible].
* Codeia

decoctis, & bulbis cum melle, uel alterci *radicē cum styrace, uel *iaquintio, & marrubij, item calce melli concocta, & opio, *storaci, & amygdalis amaris, cum cyprino oleo, & aceto iugiter coctis partes ungendas docēt, ex dißimilibus rebus sine ullo ordine materias admouentes & insanabiliter simul atq; indocte descē-sum ab aliis in alias species faciendū *iubent, donec, ut æstimāt iudicia *reperiātur. Siquidem *sit pro corporibus alius ex alia specie liberatus. *Et est hæc experimēti tentatio, quā Græci schediasticen piran uocāt, quæ non destinata paßionibus adhibet adiutoria, sed probanda. Fit præterea ut acceßiones tempora percurrant, & sua sponte leuigentur, atq; ita occurrens declinatio, uel paulo proximius lenimentum, euentum curationis afferat. Quod si forte uere profuisse putaretur declinationi adhibitum, rursum initiis noxium necessariò comprobatur. Siquidem nō suo tempore uideatur admotū. Alios igitur ex aliis releuatos rebus existimant. Sed hoc temporum fieri causa respondere debemus, quæ corpora urgentius obtinere necesse est. Conueniunt enim *in istis mediocriter cōstringentia: augmentis uero, atq; statui, mitigantia uel laxantia: declinationibus emollientia: lenimentis fortificantia, atq; recorporatiua: frigida uero uel coërcentia, quæ *agrostica uocant, etiam igne sacro uexatis, admixta congrua efficiuntur. Sed aiunt aliqui nunc quoq; tanquam *laxatiua incensos *frigerantia releuare. Feruori etenim ex tumore uenienti admota *eius factu tepefacta conueniunt, *& tunc temperata mitigant, tanquam aquæ feruenti admixta frigida. Sed est hoc falsa conclusione collectum, quam Græci sophisma uocauerunt. Oportebat enim, quantū ad hanc, ut putant, rationem

*radice
*hyacinthi radice, & foliis
*styrace
*iubentes
*vera comperiantur.
*est
*est enim hæc σχεδιαστικὴ πεῖρα.
*initiis
*Apocroustica ἀγροστικά.
*laxatiuis
*refrigerantia
*contactu temperantia σόφισμα.

rationem, omni tumori frigidas conuenire materias. Igitur secundum passiones ac tempora nos discretas aptamus. Alij uero *acopũ ex *rana rubea in podagricis admirantur, alij marini *uituli, alij pedes unxerũt, ex eius tergo calciamenta facientes: alij uiuentem beluam oleo coxerunt, alij lupum, & specialiter unctionis genus hoc cõuenire probauerũt. Multa enim ficta sine ratione creduntur, cum forte passio non fuerit insidiosa & cum *corpus tardauerit, nũ in uno atq; eodem tempore perseuerans. Item plurimi uomitũ post cibũ laudauerũt, secundo, uel tertio, per menses singulos adhibendũ: siquidẽ & materiã *redarguit, & indigestos esse nõ sinit, non aduertẽtes quod magis uexabilis approbetur, cũ hoc adhibito gingiuæ putrescant, dentes moueantur, oculi confundãtur, & totũ impleatur caput, stomachus quoque grauiter afficiatur, & propterea omnes consentiant nerui. Est igitur conueniens magis parua cibatio, atque initium ex abstinentia ciborum sumendum curationis. Multi autem medicinæ scriptores purgatiuis & acrioribus *pollent clysteribus, & urinalibus medicamentis, quæ diuretica uocauerunt. Sed oportet cauere stomachi uexationem, quæ uarietate facile medicaminum fit, item uesicam quæ *sit neruosæ qualitatis prouocare. Tradit enim necessariò uniuerso corpori uexationem per sibi cognatam neruorum qualitatem. Specialiter autẽ ueterum pertransiendo errores, uanũ puto, atq; prolixum quod de podagricis scripserunt, & propterea fastidiosum maxime, cũ sufficiat communis materiarũ memoratio suprascripta, tacitis dominis, qui nunc dicẽtur. Diocles libris quos de passionibus atq; causis & curationib. scripsit: Praxagoras tertio libro de mor-

* describitur ab Aetio pag. 674.
* ex Rubeta
* vituli adipe pedes
* in corpore
* ab articulis auertit.
* vti solent
* est
Diocles.
Praxagoras.

Erasistratus. bis: Erasistratus libro quo de podagra scripsit, prohibens tamen purgatiua adhiberi, quæ cathartica uocauerunt, malagma uero Ptolemæo regi promittens, cuius scripturam non edidit: quanquam quidam sibi
Erophilus. uisum Erasistrati nominent medicamen. Item Erophili sectatores multi, atque Asclepiades libris ad Erasi-
Heraclides Tarentinus. Themison stratum scriptis, & Heraclides Tarentinus, & Themison secundo libro Tardarum paßionum, aliqua ut methodicus, aliqua ut non methodicus decurrit: phlebotomat enim ex pedibus, & nihil approbat, & cataplasmatum qualitates confundit, non discernens à constrictiuis laxatiua. Quibus respondere quid oportet? cum uinolentia neruos amputet, phlebotomia pa-
Thessalus. tientes impleat partes. Thessalus autem secundo libro Regulari, imperfecte quidem, sed consequenter methodicis intentionibus curationem ordinauit.

νεφρῖτις. De Renali paßione, quam Græci Nephritin appellant. Cap. III.

Renalis paßio à patientibus partibus nomen accepit. Est autem intellecta paßio tarda renis aut renum: paßio, inquam, tarda: siquidem cum insidenti atq; perseueranti querela renalem intelligimus paßionem, & non ex nouello atq; recenti tumore, sicuti neque cuiusquam oßium coxæ, ni fuerit perseuerans, ischiada intelligere poterimus. Item adiecimus renis, aut renũ, siquidem nũc alterũ, nũc utrosq; tenet renes tumentes, ac duratos, & in saniem sæpe uenientes & ulceratos, & *humore fluentes. Igitur de cunctis purulentationibus, uel uomicis communiter secundo dicemus: nunc de cæteris supra memoratis scribemus, & primo de tumore. Antecedentes itaque causæ, quæ renalem faciunt paßionem, aliæ manifestæ, ut per-

* sanguine, aut sanie.

frictio,

frictio, indigestio, percussus, casus uehemens super clunes, acres cibi plurimi contra consuetudinem, libido uenerea uehemens, uel urinalia frequentata medicamina, aut uenena, quæ specialiter ipsas * afficiant partes, ut sunt ex * cantharidis confecta. Afficiuntur autem hac paßione, iuuenibus magis * grauiores, atque senes, & uiri * mulieres, & habitudine plenis * tensiores: siquidē sit in iis grauior, & generaliter curatio difficilis, ob angustiam locorū, quæ paßione uexantur, & ob acrimoniā urinæ, quæ insuetè aliquando renibus immorata in uesicam transit. Sequitur autē patientes, cùm adhuc leuis fuerit tumor, dolor leuis, & magis cùm proni fuerint inclinati, secundum clunes, & circa ilia, alterius aut utriusque partes, & priorum in clunibus nodorum. Cùm autem tumor uehementescere cœperit, dolor etiam plurimus fit cum grauedine & feruore clunium omnium, atque iliorum, & pubetenus, uel umbilico cum consensu usque ad uesicam tendente, ob tumorem urinalium uiarum, quas Græci ureticos poros appellant: quæ quidem à renibus usque ad uesicam sunt porrectæ, attestante urina tenui, & aquata, & ita subalbida, ut colaturæ liquidæ colorem fingat, quā Græci charopon uocant, & primò parua, dehinc plurima, aut coaceruatim effusa, quæ nullam faciat * releuationem, peiorante tumore in * feculentum colorem ueniens, cum iam nimia tensione tenuißimæ uenulæ fuerint ruptæ: item in uini transiens qualitatem uiscosæ craßificationis causa: tum * oleosum ueluti adipis qualitatem simulans, cùm renum * fluor pinguis * acceperit. Dehinc per incrementa etiam febres accedunt, cum consensu iecoris, ut quidam etiam fellis colorem sumant, attestante uentris abstinentia, cum tormento

* afficiunt
* cantharidibus
* grandiores
* mulieribus
* tenuiores: siquidem est
χαροπός.
* nullū enanterema
* sanguinis portione quadam admixta.
τὸ τρυγῶδες χρῶμα intelligit.
* oleosa, aut
* adipis eorum colliquatio.
* acciderit.

*mento, & ructatione, inflationeq́; cogente. Tum hebetudo sequitur, & articulorum frigus & uomitus: & tardante paßione, corporis tenuitas nimia, adeò ut quidam * uncati permaneant, & semper proni ambulare cogantur, nec unquam se erigere poßint. Est præterea signum declinationis, supradictorum in contraria mutatio, ut urina aquata in craßitudinem ueniens: craßior uerò uel uiscosa in tenuitatem: item quæ paulatim atque cum mordicatione ferri solebat, sine labore adueniens, & si plurima, mediocris effecta, & ad summum omnia cum naturæ solita uel similia fuerint uisa. * Aiunt aliqui eos qui ex casu uel percussu, aut uehementi libidine fuerint, tormenta, irruisse uideantur: colicos uerò maior interior, uel uentri uicinarum partium dolor sequatur, atque inde sumat exordium, consentientibus uel compatientibus clunibus. Item renali uitio extemplo difficultas urinæ coniuncta est. Colicis uerò per consensum atque secundo concurrit. Hæc est similium paßionum discretio. Accidunt hæc item similia etiam in urinalibus uiis uitio constituto, ex renibus quæ usque ad uesicam ducunt, quibus eadem quæ suprà diximus rectè concurrunt, sed dolor uel eius sensus erit inter renes & intestina, & uesicæ fundum, nulla inflatione uel extantia in externis renum partibus promimente. Hæc est omnis atque perfecta significatio. Sed oportet sanguinis mictu adfectos similiter curari tanquam sanguinem spuentes. Alios uerò qui cæteris fuerint paßionibus adfecti, sicut de uesica scribentes demonstrabimus, pro suis concursibus uel accidentibus, quæ Græci symptomata uocant, partita curari ratione. Non enim sola generalis, sed etiam specialis eorundem conuenit adiutoriorum*

* curui: repandi

* Hic multa desunt.

κωλικοί.

συμπτώματα.

rum

rum curatio, ſolum differens, quòd ea quæ localia ſunt adiutoria in iis qui renalibus laborant uitiis magis clunibus adhibeantur. Illis uerò qui * ueſicæ, pectini, uel pubetenus, quod Græci perineon uocant.

* ſub. vitiis laborant.

De tardis veſicæ paſsionibus. Cap. IIII.

IN ueſica ſpeciales plurimæ paßiones eueniunt, tumor, collectio, ulcus, durities, phthiriaſis, item pſoriaſis, quam ſcabiem, uel ſcabrum appellamus, capillatio, debilitas, paralyſis, calculatio, quam lithiaſin uocant, ſanguinis fluor, ſiue effuſio, quam hæmorrhagian appellant, mictus tarditas, aut difficultas, aut in toto guttæ aquatiles, quas hydatidas uocant. Sed ne porrecta longitudine faſtidioſa curatio uideatur, una præceptione omnia apprehendere feſtinandum. De paralyſi igitur ſuperius docuimus, cùm de ea ſpecialiter diceremus. De collectionibus uerò & ulceribus ſecundò dicemus, cùm de ſingulis corporis partibus communem trademus curationem. Tumente igitur ueſica, ſequitur dolor ſecundum pectinem, atque ueretri radicem, & ilia, & clunes, & magis initio ac fine urinæ reddendæ: tum feruor incendioſus: item pulſus & extantia partis in paßione conſtitutæ, cum iugi ac frequenti urinæ reddendæ deſiderio, & repentina ceſſatio, ac rurſum egeſtio fit cum dolore intolerabili per ſingulos mictus, ut extenti ægrotantes etiam uentum per podicem reddant, aut ipſe podex præcadens excludatur: & præterea ægrotantibus ſupinus exitus * urinæ facilior. Quidam denique neceßitate coacti defixo capite ſuper * latus pedibus ſeſe locauerunt, ut lapis anguſta deſerens loca, atque ueſicæ aditum repetens mictus tribuat facultatem. Mulieres deniq; etiam digitis immißis in muliebrem ſinum ſibimet, ipſæ hortatione

φθειρίασις.
ψωρίασις.
παράλυσις.
λιθίασις.
αἱμοῤῥαγία.
ὑδατίδες.

* quoniam in eo corporis habitu lapis in veſicæ amplitudinem relabitur, ex colli anguſtiis.
* latis ſedibus

* emiserunt. tatione quadam lapidem prouocando * dimiserunt. Pueris autem magis prominens ueretrum fit. Sæpe etiam extantia quædam ægrotantibus occurrit, si suo digitum iniecerint podici. In ipsa præterea urina sedimina inueniuntur, aliquando * craßiora, & * calida, aliquando arenosa & saxosa. Item quibusdam asper lapis, aut sanguinolentus excluditur, & saniosus. Sed quoniam signa communia sequuntur ulceribus uesicæ atque lapidibus generatis, & iis qui gelato sanguine impediti mictus difficultate afficiuntur, confirmabitur apprehensio lapidis generati, adhibita *melotide, cuius rationem atque usum Responsionum libris * chirurgiam scribentes plenißimè tradidimus. In quibus etiam auferendi lapides opus docuimus. Nūc enim correctionem demonstramus cuiusdam in corpore morbi, quo uesica lapidum generatione uexatur, & non ut alium masculum appellemus lapidem, alium fœminam, ueluti quidam leuium medicorū, * sed quodam corporis uitio, non adhibita recorporatiua curatione, cum solius auferendæ * alienitatis intentione medici capiantur: * cuius plurimæ sunt differentiæ. Est præterea urinæ reddendæ impedimentum, quod Græci stranguriam uocant, mictus officium retardatum. Difficultas autem, quam iidem dysuriam appellāt, quæ id adiuncto dolore * ingesserit. Impoßibilitas autem, quam * urian uocant, perfecta eius officij negatio. Sed hæc tria accidentia quæ Græci symptomata uocauerunt, nunc stricturæ sunt appenditia, cùm tumor uesicam tenuerit, siue durities, aut paralysis, uel tensio, ut quidam uolentes urinam usu solito ac naturali deponere, obstantibus causis, longo tempore continentes officij dilatione uexentur: aliquando * alienitatis obtrusione

Marginal notes:
* emiserunt.
* Aphor. 31. lib. 7. & 77. lib. 4.
* pallida
* catethere solido, non fistuloso.
* τὴν χειρουργίαν.
* ex
* non autem recorporationis deinceps faciēdæ.
* Nam eius
στραγγουρία. δυσουρία.
* ingerit
ἰσχουρία.
* ischuriam
συμπτώματα.
* rerum alienarum, & præter naturam in corpore genitarum.

trusione uesicæ impedito meatu, ut lapidis, aut arenæ, aut capillorum, aut squamularum cantabri similium, uel quocunque sedimine crassiore. Fluor autem sanguinis per uesicam, quã Græci hæmorrhagian * uocãtes manifestus, cùm aceruatim per urinæ meatum sanguis excluditur. Sed quoniam non * solo ex ambitu uesicæ fluor iste fit, sed etiam ex collo, uel mictualibus *uisco aceruatus sanguis excluditur: aliquando etiam de renibus, erit locorum discretio facienda. Nam renibus patientibus dolor in clunibus demonstratur. Vesicæ * autem ambitu patiente, sub umbilico, uel pubetenus apparet dolor, & sæpe urinæ commixtus sanguis excluditur. Item collo uesicæ patiente circa ueretri initium, quod Græci perineon uocant, dolor sentitur. Mictuali autem uia patiente, ipsam ueretri radicem dolor afficit, attestante sanguinis puritate, cum iuge ac non intercapedinata emissione, etiamsi digitis loca, quæ iuxta sessionem ueretri sunt, presserimus, quo in loco est ultima mictualis uia, quàm, ut suprà diximus, uræam Græci uocauerunt. Nam si ex aliis locis sanguis feratur, digitorum impressione magis abstinetur, cum supradictis locis, hoc est, perineo, uel podici uicinis renititur impressio. Tunc * ex uesicæ collo * impedimento repressus feretur: ex superioribus uerò abstinetur. Aliorum autem medicorum signa de his discretionibus conscripta Responsionum libris chirurgiam scribentes elogiauimus. Sunt autem uesicæ uitia, uel passiones generaliter curatione difficiles. Est enim natura neruosa, & altioribus insita locis, atque celata, & quæ corporis superflua sustineat acriora. Sed ne Methodi rationem uariare uideamur, erit demonstrandum, quoniam fluori siue solutioni uesicæ,

αἱμοῤῥαγίαν.
* vocant, est
* solum
* viis vreteribus
* Aphor. 39. lib. 7. & 80. lib. 4.
οὐρίαν.
* enim
* impedito pressu referetur, ac in superioribus viis abstinebitur.

ῥευματισμὸς vesicæ. quam Græci rheumatiſmon uocant, ſunt adſcribenda plurima, quæ ſpecie diſcrepare uidentur, ut plurimus

* Apho.79. lib.4. mictus cum * arenoſo uel * capilloſo ſedimine. Item

* Apho.76. lib.4. ſanguinis fluor: ſtrictura autem adſcribendus tumor eſt, atque durities, uel ſaxea duritas, quam Græci ſcirrhoſin uocant.

σκίῤῥωσις. Horum duplicem generaliter in ſuperpoſitionibus curationem demonſtramus. Fluente igitur ueſica, hoc eſt, ſolutionem patiente, locandus æger in frigido mediocriter loco, adhibita requie, cum abſtinentia, & articulorum tenaci ligatione: & ſi ſanguinis fuerit fluor, clunibus promimentius ſubleuatis: & officio mictus admonente, quãtum datur, imperandum ægro, ut neque id retento faciat ſpiritu, neque ui quadam, uel conatu, excludi cogat aliena. Apponenda etiam ſpongia noua aceto tincta, ſecundum clunes, uel

ἦτρον. umbilicum, ac pubetenus, quod Græci etron appellant, uſque ad ueretri imitium, quod iidem perineon uocãt, addita tenaci cum amplexu ligatione. Tum epithemata iiſdem locis, atque cucurbita conſtrictiua adhibenda.

* cibi potus epithematum. Potus dandus frigidus: paruus cibus.* Species, de ſanguinis fluore & ſputo ſcribentes, docuimus. Similiter etiam, quæ præbibenda, conſcripſimus, eiuſdem

* Prodeſt & ſeßio ſcilicet qualitatis.* Et ſeßionem ex uino * uehementiori

* auſteriori confecta, quam encathiſma uocant, in qua ſint

ἐγκάθισμα. præcoctæ murtæ bacculæ, cum roſis: uel in puſca, aut aceto facta decoctio * herbæ taliæ, uel rubi, aut mali

* thaliæ herbæ. i. frondis punici corticis, & horum ſimilium: uel per ferramen-

καθετήρ. tum, quod Græci catethera uocant, iniectio* ſecunda,

* facienda eorum quæ quæ ſimiliter medendo conſtringãt, acaciæ, hypocyſti-

* ſucci dis, aut plãtaginis* ſucco, uel polygonij herbæ, aut intybi, uel puſcæ frigidæ, ſingularis, aut adiuncta thuris drachma una, cum æquali pondere hypocyſtidis, uel

gallæ, cum nigro uino, uel* talliæ herbæ aqua cœlesti concoctæ: quæ cum fuerit expressa & abiecta, erit aqua* coquēda, donec ad mellis ueniat craßitudinem. Mulieribus uero etiam passaria adhibenda, quæ ad fluorem matricis Responsionum conscripsimus libris, muliebria uitia curantes. Est autem curatione* correctior, ac facilis eruptione factus, uel* oscitatione sanguinis fluor, uel percussu, aut saltu confectus. Etenim *influxio abstinetur, & rupta conglutinantur: difficilis uero correctione ex putredine effectus fluor. Retento enim sanguine, uel abstento, ulcus* permanebit. Est præterea ex putredine sanguis ater, & male redolens, atq; purulentus ex ulcere præfecto, & dolore antecedente, qui putredinis causa aduenisse uidetur. In eruptione autem flauus, & non* antecedentibus supradictis, sed* excussu, uel saltu, aut percussu effectus. Solent præterea sicut in podice, uel fœminarum sinu, aut matricis collo, etiam in uesica hæmorrhoides generari, quæ fluorem sanguinis præstant, quibusdam interuallis uariatum, quod oportet apprehendere prudentem, cum non coadceruata primo fuerit effusio, sed augmentis quibusdam promota, interiectis defectionibus, ac sæpe retento sanguine doloris pubetenus admonitione* cessante cum tensione inguinum, & grauedine clunium, uel renum consensu: & cum sanguis erupērit, supradictorum* relatione sequente, siquidē aliquando inflatæ ac tumentes hæmorrhoides difficultatem, uel abstinentiam faciunt mictus, quam Græci dysuriam uocāt, uel* uriam. Hæc sunt quæ de his necessariò dicenda credidimus. Declinante autem paßione conuenit adhibere cerotaria, ex murtino, uel uiridi oleo, & alumine, cibum uarium dare, atque uinum, ac

* taliæ
* recoquenda
* ac correctione facilior
* osculatione
* effluxio
* permanet
* nigredine: fœtore: pure: dolore.
* succussu, vt cū quis equum domare & regere conatur, calcitrosū, & peruicacem.
αἱμοῤῥοΐδες
* attestāte, quidā cessare exponunt, cum sanguis fluere desinit.
* releuatione
* ischuriam.

deinde lauacrum adhibere. At si strictura fuerit uentris, uel uesicæ, conuenit iacere ægrotantem loco mediocriter calido, atq; lucido, adhibita abstinentia usq; ad tertium diem, cum requie. Item locis in dolore constitutis manuum calidarum cum blando amplexu uapo-
* τῷ ἤτρῳ ratio adhibēda: uel * pubetenus, ac * ueretri initio, &
* τῷ περινέῳ clunibus calida linteamina, aut uascula ex aqua calida, uel sacculi ex pollinibus calidis, aut uesicæ oleo calido plenæ admouendæ. Ac si uehemens fuerit dolor phlebotomia adhibenda: & partes in paßione consti-
* non succidis tutæ lanis * limpidis oleo calido ac dulci infusis contegendæ, ex eo etiam totum corpus ungendum: tum ora
ἐγκαθίσματα. fouenda. Adhibenda etiam encathismata ex aqua calida, uel aqua & oleo, aut decoctione laxatiua ex iis quæ sæpe memorauimus. Tunc cibus dandus sorbilis, & potui aqua calida, moderatione dominante, & usq; ad declinationem paßionis, interuallis dierum, nutrimenta offerenda. Ac si dolor minime cessauerit, cō-
Cucurbita uenit usus cataplasmatis laxatiui, & cucurbitæ appo-
κούφα. sitio leuis, quam Græci cuphen appellant, cum adiecta scarificatione, & uaporatione spongiarum aqua calida expressarum. Ac si uenter retentus fuerit, clyster conuenit simplex: & secundo cucurbita clunibus adhi-
* prærasis benda, ac pubetenus * præraris capillis. Tunc hirudi-
ἐμβάσεις. num appositio, quas sanguisugas uocant, atq; embasis adhibenda ex calida & oleo: sic enim laxatis tensionibus non solum dolores soluentur uesicæ, sed etiam consequens urinæ difficultas, uel abstinentia. Cauēdus
διουρητικά. præterea usus urinalium medicaminum, quæ diuretica Græci uocant. Etenim uesicam prouocant, & propterea tumores faciunt commoueri. Ac si minutis do-
* cessauerit loribus urinæ * fuerit retentio, uel in toto cōquieuerit

dolor

dolor, tanquam* factis superpositionibus repetant lenimenta, adhibenda fortificatio per uariam gestationem, & uocis exercitium, unctionibus quoq; ac defricationibus admotis, quæ superiora corporis magis exerceant, interiecto lauacro, & uario cibo, ac uino: & iuxta methodicum modum adiectiones cyclicæ ac detractiones faciendæ. Tum ad recorporatiua atq; uehementia redeundum adiutoria, ut ex resina, uel dropace, ac paroptesi, & solis torrore, uel arena ignita, & appositione cucurbitæ, fortiraptu,* atq; tractu quodam circunducto remota, corpora roboremus, morborum pulsa segnitie, adhibito usu asperginum, quæ sympasmata Græci uocauerunt. Tum malagmatum atque acoporum lacessentium usus adhibēdus, adiecto etiam sinapismo, & fricatione partiū quæ paßione afficiuntur. Tum encathismatibus utendum ex aqua marina, uel salsa calida, & magis iis qui mordicatione quadā locorum in iisdem paßionibus tanguntur: tum catacly smo utendum, cuius* nominis uim præscriptis libris sæpius* latinauimus: ita natatio adhibenda aquarum sua uirtute medentium, quibus magis erit in solutionibus utendum. Eligendæ sunt nanq; specialiter quæ aluminis habeant qualitatem, ut sunt in Italia Albulæ appellatæ, & Nepesinæ, & * Cotiliæ, & Auguriæ: Iis uero qui lapidibus, uel scabro uesicæ afficiuntur, erunt eligendæ aquæ salsæ, uel quæ nitri habeant qualitatē, ut apud* Tenariam insulam, quæ potandæ, atq; lauacro adhibendæ sunt. Tum residuus adhibendus est cyclus, & acriora medicamina potanda ut ex radice lapati, & capparis, & struthij, uel polij herbæ, itemq; panacis, & horum similium: & lithotomia in iis qui maiorē generauerint lapidem. Item in omnibus helle-

* confectis absolutis

δρώπαξ.
παρόπτησις.

* Hanc recorporatiuam cucurbitā supra uocauit pag. 324.

συμπάσματα.
μαλάγματα.
ἄκοπα.
ἐγκαθίσματα.

* aquarum illisionem exposuit.c.j.lib.j. ruinam.cap.j. lib.ij.

κατάκλυσμος.

* latinizauimus.

* Cutiliæ

* Aenariam

λιθοτομία.

bori adhibendus eſt uſus, ſi paßiones ſupradictæ permanſerint. Tum nauigatio atq; peregrinatio, & earũ uarietas appetenda. Erit præterea longo tempore, ut cætera quæq; nimia, Venus præcauenda. Iis enim qui ob ueſicæ paralyſin, propter officium * ſciſcitandum uſum uenereum probauerunt, conſentiendum non eſt: trahit enim ſecũ totius corporis uexationem. Ob quã cauſam erit * probanda etiam ferularum tenerarum, uel tabellarum, uſq; ad ruborẽ cutis ab iis probata percußio, itemq́; uſtio, & ſcarificatio * faciendæ pubetenus, atque clunibus, & circa initium ueretri circulatim, quod Græci perineon uocant, * debilitate afficiens. Sunt præterea aquoſa ſemina quæ excluduntur, & magis cum ſe pronos fecerint ægrotantes, uel celeri ambulauerint greſſu. * Irruit autem corporibus, cum longa fuerint debilitate uexata, aut immodico uſu uenereo affecta. Sed eſt accipienda curatio ex iis quæ de ueſica ſanguine fluente memorauimus: Item ex iis quæ in lenimentis paßionũ fortificandi corporis cauſa, ac demutandi ſæpißime probauimus. Eſt enim hæc paßio ſeminalium uiarum *paralyſis.

* ſolicitãdum
* reprobanda
* facienda
περίνεον.
* quæ debilitate afficiunt
* irruunt. Seroſi humoris corrupti & acris, per colem effluxum intelligit, quẽ Gonorrhææ ſpeciem quidam eſſe putant. Vulgus vocat chaude piſſe.
* immo potius Rheumatiſmus. Hic deëſt caput De Diabete.

ὀνειρογόνος.

De Somno venereo quem Græci onirogonon appellant. Cap. v.

PEr ſomnos inanibus uiſis affecti ægrotantes ſeminis lapſu uexantur. Nomen autem ſumpſit ab accidenti, ſiquidem effectum uenereum prouocando perficit. Sed generaliter neq; illico paßio eſt, neq; accidens paßionis, quod Græci ſymptoma uocãt, ſed eſt conſequens uiſis, quam Græci phantaſian uocauerunt, per ſomnum ægrotantes afficiens, ob deſiderium ueneræ uoluptatis, uel iugem atque continuam libidinem, ſiue è contrario longam uſus dilationem uel con-

φαντασία:

tinentiam

tinentiam. Sed hoc frequentius accidens in paßionem
ſæpe deuenit, itémque alterius paßionis aliquando ſi-
gnum antecedens ſit, ut epilepſiæ aut furoris, quam
Græci manian uocant, aut cuiuſquam ſimilis morbi,
quoniam uexationem oſtendere probatur, atque præ-
moueri corpus, ſiue prætangi acceßione uẽtura. Item
aliquando antecedẽs cauſa ſupradictæ paßionis, quam
ſeminis * appellamus lapſum, fuiſſe probatur, à qua di- * Gonorrhæā
ſcernitur, ſiquidem illa paßio etiam per diem uigilan-
tibus ægris fluere facit ſemen, nulla phantaſia in uſum
uenereum prouocante. Somnus autem uenereus eo ſo-
lo tempore quo dormiunt ægrotantes inanibus uiſis
concubitum fingit. Aliqui etiam aiunt oniropoleſin
ab onirogono diſcerni, ſiquidem oniropoleſis illa * ſit ὀνειρωπόλησις. * eſt
quæ per ſomnum concubitum fingit, cum * operan- * operis
tium ſenſu, ſed ſine ſeminis iactu: Onirogonos uero
uſque ad * defectum deducit ſeminis lapſum. Sed * effectum
Mileſius nihil inquit ſupradicta differre: unum enim, Mileſius.
atq; eundem fluorem dicit eſſe ſeminalium uiarum.
Sed quod nunc excluſio perficitur ſeminis, nunc im-
peditur, quanquam uiſa per ſomnum eadem fingan-
tur, ob alias inquit irruentes fieri cauſas: ſed non eſt
plurima diſcretio, * niſi intentio adhibenda: quippe * nec
cum neq; ad curationem neceſſaria comprobetur. Eos
igitur qui ratione futuræ acceßionis epilepſiæ, uel fu-
roris, aut cuiuſquam alterius morbi commouentur, ex
iis quæ ſuis ſunt paßionibus tribuenda mitigamus: eos
uero qui ſpecialiter hoc uitio afficiuntur, tanquam γονόρροια.
parua gonorrhœa affectos curamus. Supradictorum * defluxionem
enim augmentũ in iſtam cadere paßionem facit ægro ex aliis parti-
tãtes, * fluentium ſeminalium uiarum, uel paralyſi ui- bus accipien-
tiatarum cauſa. Quapropte cõuenit primo * ægrotãti tium * ægrotantis

ab intentione uenerea uisa mentis auertere, quæ Græci phantasmata uocauerunt, atq; aliorsum applicare intentionibus externis admotis. Siquidem facile quæ uigilantes accipiunt somniorum uisa * ad actiua cum hiis motibus exercent ægrotantes, & propterea corpus seminis * discußione uexatur. Tum stramenta duriora atq; frigerantia procuranda. Iubendi etiam supra latus iacere, cum se somno dederint, & * ante se: uel supponenda tenuis ac producta lamina plumbea clunibus, uel spongiæ circundandæ * pusca frigida infusæ, uel * iniiciendo loca rebus frigidæ uirtutis ex * anterioribus, ut balaustio, uel acacia, aut hypocystide, uel psyllio herba, quæ sunt singularia, uel cum palmulis adhibenda. Cibus etiam constrictiuus dandus, uel densabilis, & frigidus, ut de sanguinis fluore conscripsimus. * Poto quoq; frigido nutriēdi, uel constrictiuis, non quidem curiose confectis. Tum adhibenda fortificatio ex communi resumptione, & facienda consuetudo frigidi lauacri, quod Græci psichrolusian appellant. Loca etiam in paßione constituta forti impreßione fricanda. Sunt enim hæc sufficientia constrictioni faciundæ. Aliqui uero conuenire dixerunt etiam mictus dilationem tendere, ne frequenti officio causa refricetur, & completa uesica, se somno ægrotantes dare, quo neq; in altum somnum uenire sinantur, & intercessu frequenti * excitentur, quo uisa ueneree uoluptatis, quæ somno finguntur, amittant, & extenta uesica seminales uias sibi uicinas comprimendo semen retineant. Alij maiorem digitum ligandum atque constringendum forti filo uel lino iusserunt, quo dolore interueniente altior arceatur somnus, & neque animorum uisa in uenereā uoluptatem soluantur.

φαντάσματα.
* ad actionem ducūt, his quæ
* exclusione
* in ventrem
* pusca
* contegenda lumborum loca
* antea memoratis
* Potu
psychrolusian
ψυχρολουσίαν.

Sed

Sed erunt hæc utraque à nobis excludenda. Vexant enim uigiliæ ægrotantem, & ultra modum urinæ retentio difficultatem mictus sæpe *reficit, ut alterius passionis illatæ causa uideatur, *ut supra docuimus. * efficit * sicut

De sanguinis emissione ex debilitate seminalium viarum. Cap. VI.

Milesius debilitate fieri dixit seminalium uiarū, uel sequi in usu uenereo pro semine sanguinis emissionem. Sed hoc commune est etiam iis qui in osculo uesicæ, quam *uretan uocant, ulcus habuerint. Et est harum manifesta discretio. In iis enim qui ulcus habuerint, cum mictum fecerint, sanguis *fluet attestante mordicatione, & dolore, & aliquando egestione corpusculorum quæ ephelcydas Græci uocauerunt. In iis autem qui debilitate seminalium uiarum afficiuntur, solo tempore Veneris exercendæ sanguis excluditur, attestante iucunditate, nullis corpusculis, & cum mictum faciunt nulláque mordicatione uexante: sed etiam * nunc curatio ex supradictis accipienda, ubi uesicam fluentem sanguine curari conscripsimus. Constrictione enim atque densitate fluentia retinentur. Tunc resumptio adhibenda, ac deinde recorporatio, ut sæpe memorauimus. Milesius. * Vrethran. οὐρήτη. * fluit ἐφελκύδες. * huius

De priapismo. Cap. VII. πριαπισμός.

Sine ullo dolore uel consensu *uertigo ueretri fit, & appellatur priapismos, sed uocabulum sumpsit à similitudine priaporum, * quòd ita * formentur, ut recto ueretro fingantur. Huius autem passionis meminit Demetrius Apameus libro Signorum. Ait enim * semen in semet manu operantem nec quicquam potuisse peragere: tensionem autem fuisse ueretri nimiam, cum paruo dolore, ut cornu putaretur, & * tentigo. * qui * formantur Demetrius Apameus. * senem

ita perseuerasse multis mensibus. Nullo quoque adiu-
* sed — torio medicinali cessasse, *ac tarde atque longo tem-
σατυρίασις. — pore quieuisse. Quo fit ut à satyriasi discernatur
* est — priapismus. Siquidem illa celer * sit, & non tardat
* Fit enim — in corpore. *Fiet sanè cum contractu neruorum, &
* At — stimuloso desiderio uenereæ uoluptatis: *nam intelli-
gitur priapismus paralysis esse seminalium uiarũ, atq;
* tendentium — aliorum neruorum ad ueretri partes* ducẽtium, quo-
* distensione — rum * contractu ægrotantes afficiuntur. Sed etiam
* huius — *nunc curatio sumenda est ex iis quæ de uesicæ stri-
ctura longo tempore tardante conscripsimus.

De vomicis siue internis collectionibus, quas
ἐμπυήματα. — Græci empyemata vocant. Cap. VIII.

PLena igitur de his tradenda est ratio. Hæc enim
sunt quæ in occultis nata collectiones nuncupan-
σπλάγχνα. — tur, ut in splanchnis, ac membrana, quæ latera cingit,
uel in pulmone, aut discrimine thoracis ac uẽtris, quod
διάφραγμα. — Græci diaphragma uocant, item stomacho uel uentre,
iecore, liene, intestinis, renibus, uesica, aut mictuali
περίνεον. — uia, uel matrice, aut perineo. Sed de iis quæ in ma-
trice generantur libris quos de muliebribus uitiis con
scripsimus Responsionum docuimus: de cæteris uero
* collectionũ — nunc dicemus. * Harum igitur aliæ solo medicamine
* ductu — curantur, atq; medicinali * delectu gubernante usum
* sunt — chirurgiæ non exigunt: siquidem* sint occultis in lo-
* est — cis, & plurimis superpositis membris, & *sit im-
poßibile atque illicitum plurimas incidere partes,
* copiosus — ne sanguinis * pomposus fluor periculum faciat ægro-
tanti, ut sunt quæ in pulmone generantur, uel dia-
* vlteriore — phragmate intrinsecus, uel in ipsa * alteriore alti-
* situ, loco, po — tudine, aut in stomacho superius scilicet à diaphra-
situ. — gmate, uel in uentris *seßione, aut intestinis, excepto

fine

*sine longaonis, item in posterioribus uesicæ, uel in renibus: *alia uero accedente chirurgia curantur, quoties ad exteriora corporis collectionum *liquorem erumpendo feruntur, uel magis ab altioribus recedunt, ut in hypozygo membrana, uel diaphragmate forinsecus, atq; stomachi fundo, *& uentris, circa eius superiorem altitudinem, item* iecore, & liene, & longaone ad eius exteriora, atque *sphinteri uicina, & uesicæ in anterioribus, uel sub umbilico, pubetenus, quod Græci etron appellant, item in uesicæ collo, uel in prima eius parte, quam Græci *uretan uocant, & in perineo. Communiter autem omnis uomica uel collectio, antecedente tumore nimio, generatur. Denique empyici quos nos uomicosos, appellamus, alij ex pleuretico morbo, alij ex pleumonico in supradictam paßionem deuenerunt, sequētibus signis, nūc communibus cuiusdā partis in uomicam uenientis, nunc specialibus pro singulis corporis locis. Sed ne longa *hac oratione extimemus, omnium communia simul ordinādа probamus: tum singulatim specialia designantes etiam *munia adiungemus. Omnibus igitur collectionibus generatis, uel cum tumor in *liquore uertitur, sequitur febricula uehemens, inordinata, & sæpe cum rigore, & torpore frigido, uel *iniquitate corporis, tum loci feruor incendiosus, grauedo, tensio, & exceptis quæ in pulmone fiunt, sæpe stimulans dolor, & pulsuosus: tum celer pulsus, atq; humilis, & sæpe sudor, magis capitis, atq; collorum. Dehinc perfecta purulentatione rigor corporis, atq; tremor *circunscribitur, & febrium recedit inquietudo, ac dolorum: sed specialiter ac proprie *in communibus, si in membrana quæ latera circuntegit hypozygos appellata,*

* Aliæ
* liquorē
ὑπόζυγος.
aph. 45. li. 7.
* uentre
* sphinctēri
ἦτρον.
* urethram
aphor. 57. li. 7.
οὐρήτην.
ἐμπυικοί.
* hæc
* communia
* liquorem, pus. aph. 47. lib. 2.
* inquietudine: iactatione: uexatione.
* cessat
* præter communia

lata, fuerit generata collectio, di fficultas ſpirationis ſequitur, quam diſpnœan uocauerunt, & difficilis iacendi poteſtas ſupra contrarium patienti latus, * hoc eſt, quod cauſa non tangitur, cum ſenſu quodam interno ueluti pendentium *membrorum, & ſæpe commotu corporis quaſi ſonus auditur, uelut incluſi atq; colliſi humoris, *nam Græci hydatiſmon appellãt. Sequitur etiã diſplicentia poſt acceptum cibum, quam Græci dyſareſceſin uocant, & plurima tenſio medij lateris, aut *uerricoſa inflatio impreßioni digitorum cedens, ac reſurgens. In pulmone uero emergente uomica, ſpirãdi plurima difficultas ſequitur ægrotantes, tußis uehemens, uox obtuſa uel rauca, & odoris tetri ſpiratio, thoracis grauedo, & adductio ſuperiorũ ad inferiora, item grauatio atq; tẽſio ſupinatis ægrotantibus, & releuatio ſedentibus; deniq; ſe ipſi ſuſtollunt ad partes lecti ſuperiores, quo leuatius habeant caput. Sequitur etiam cauitas oculorum, genarum rubor, & albedo ſub lingua uenarum. Et ſi eruptio tardauerit, inflatio quoque articulorum ſequitur, uultus pallor, & macies ora deformãs. Item in diaphragmate emergente uomica, dolor ſupra præcordia ſequitur, penetrans per latera utraque uſque ad poſteriora, & aliquando inflatio uel tenſio iuxta finem pectoris, uel ſub extremis coſtis, atque oßibus *ultimis, perſeuerans uſq; ad* alia. Et ſi collectio *†forinſecus fuerit, ſonitus aliquando humoris incluſi ſequitur, tum tußicula, & in ſpirationibus difficultas plurima, ac reſpiratio longa, * & forinſecus ſpiritu attracto dolor, quod nunquam ſequitur eos qui pulmonis uo-

δύσπνοια.
* hoc eſt, ſupra latus quod morbo
* mẽbranarũ
* quod
ὑδατισμός.
δυσαρέσκησις.
* verrucoſa acuminata faſtigiata in verrucæ. i. tumuli modũ. Ea fit, cũ exeſis muſculis intercoſtalib. ſpiritus thorace incluſus, foras, verſus pectoris cutem erumpit.
* Sterni, qua eſt xiphoeides, & ſub coſtis nothis, quibus adnectitur Diaphragma.
* ilia
* extrinſecus
† extra Diaphragma intra ventrẽ, qua vẽtriculum Diaphragma contingit, non qua pulmonem ſpectat.

* Nam per inſpirationes Diaphragma in ventris inferioris ſpatium diſtenditur, quemadmodum per expirationes ſurſum in thoracem adducitur.

mica

mica uexantur. Etenim pleumonici hauriendo magis spiritum releuantur. In stomacho autem emergente uomica ructationes tetræ, atque difficultas spirationis, sed minor ægrotantes sequitur, & aliquando tussicula * paruo sine ullo * tumoris excreatu: tum torpor frigidus articulorum, animi defectio, sudor in summitate cutis, pulsus paruus, & corruptio sumpti cibi, atque acidæ ructationes, & nausea, & aliquando uomitus, siccitas linguæ, uel asperitas, sitis, transuoratio difficilis, plurima uel parua pro collectionis magnitudine. Quod si fuerit in superioribus stomachi, donec cibus transuoretur pressuram sentiunt ægrotantes, post * effectus uerò * releuentur. * Ac si in inferioribus, erit facilis transuoratio, ac deinde dolida cibi perceptio sequetur, cùm ad destinata peruenerint quæ * sumantur, dolore ex anterioribus partibus in ore uentris attestante, cum inflatione, uel extātia quæ impreßione digitorum cedat ac resurgat. Si uerò in superioribus fuerit collectio, nulla uidebitur prompta inflatio uel extantia, sed dolor atq; grauedo inter scapulas, * uel ex posteriorib. ceruicis partibus sentietur. * Ac si in * uētre fuerit collectio, & magis in eius ambitu, erit inflatio inferius à diaphragmate, quod discrimen appellamus, circa medium præcordiorū sinistrorsus flexa, & impreßioni digitorū cedens, ac resurgēs, attestante fastidio, nausea, siti post cibi sumptionē, cum ructationibus acidis, atq; sumptorum corruptione, & aliquando liquidis per uentrem egestionibus.[a] Ac si in aliquo intestinorū fuerit collectio, erit extātia uel inflatio uomicæ secundū eius positionē, * in pyloro: deniq; cōstituta in ultima parte uētris sub dextro latere, atq; ilio, uel sub iecore. Sin uerò in nestide fuerit collectio,

* parua
* humoris
* At
* deuoratum
* releuantur
* At
* sumuntur
* uel in
* At si
* uentriculo
¶ a At πύλωρος.
* ut in pyloro erit extantia constituta νῆστις.

ctio, erit in sinistra parte extãtia supradicta atq; inflatio ueluti sub liene. Aliis etiã intestinis * tẽsioribus collectione uitiatis inter umbilici atq; pectinis regionem supradicta reperiuntur. * Ac si in colo fuerit collectio, secundum ilium dextrum, circa umbilicum usque ad sinistra loca, antecedentibus iis quæ sunt solita colicos afficere, supradicta reperiuntur. Item in longaone collectione * suffecta, clunium dolor sequitur, cum difficultate mictus, & abstinentia uentris, & aliquando egestione muculenta, uel sanguimolenta. Inflatio autem uel extantia erit in superficie, occulta, sed immissis per podicem digitis sentietur, & ad inferiora uenientibus liquidis commixta stercora putria egeruntur, adeò ut plerunque lateat, utrum ex pyloro, uel nestide, aut * tenerioribus intestinis hæc ferri uideantur. Sed erunt purulenta separatiora à stercore, atque discreta, quum ex colo referuntur, aut ex longaone. Item in iecore uomica constituta, inflatio, uel extantia, & pulsuosa sequitur ægrotantes * appositio, & tangentibus nobis * sana principaliter * occurrunt, & circa confinium interaneorum, quæ ut suprà diximus, Græci splanchna uocant, circunscripta collectio sentitur, quũ nunquam tantum latens, atque ita submersa in peritoneo collectio comprobetur, neque ita circunscripta ac decisa uideatur: sed paulatim deficiens suos fines sanis partibus iungat, ut non * deiecta atque decisa uideatur. Hæc est uomicarum omnium specialis significatio, sed earum eruptiones aliquæ ad thoracis inania fiunt, aliquæ inter regionem peritonei & intestinorum, aliquæ ad stomachum uel uentrem, ut liquida atque purulenta euomantur, aliquæ ad pulmonem, siue arteriam maiorem, uel rumam, quam Græci

* tenuioribus
* At si
* perfecta
* tenuioribus
* dispositio
* partes sanas quæ hepati incumbunt
* occurrit
σπλάγχνα.
* distracta

bronchon

bronchon appellant, quo liquida & purulenta *etuſ-
ſiantur, aliquæ ad inteſtina, uel eorum ſpacia, quo per βρόγχος.
podicẽ liquida* excludantur, uel purulenta: aliquæ ad * extußiuntur
matricẽ, quo per muliebrem ſinũ profundãtur: aliquæ * excludũtur
ad renes uel mictuales uias, ac ueſicã, quo per mictũ fe
rãtur: aliquæ ad cor, ut Eraſiſtratus ait, ſed harũ om-
niũ eruptionum pleriq; alias rationabiles dicunt, ali-
quas irrationabiles:* ſed rationabiles aiunt, ut ad ſto-
machũ uel uentrem uenie͂tes per os excludi, ad pulmo * &
nem uero per arteriam maiorem, item ad inteſtina uel
uentrem, uel podicem ferri, ad renes uero uel ueſicam
per mictuales uias, item ad matricẽ per muliebre* ue- * pudendum
retrum: Irrationabiles autem dicunt, eas quæ in dia-
phragmate, uel hypozygo membrana, aut iecore, &
liene generatæ rumpuntur & per arteriã maiorem,
uel ſtomachum, aut ueſicam, aut matricẽ excludi* cre-
dantur, cum nullæ ſint ab iis partibus quæ collectione * creduntur
affectæ ſunt naturales uiæ ad ſupradicta loca ducen-
tes. Alij uero etiam in iis ſe * repertos quædam ua- * reperiſſe
ſcula demonſtrant, anatomica ratione adprehenſa, ἀνατομικά.
quæ ad hæc penetrant loca. Alij aiunt uias eſſe laten
tes, quas logotheoretas appellant, per quas limpida Viæ λογοθεώρηται
uel purulenta quadam exudatione * ferantur: ſed non * feruntur
oportet de his plurimum diſputare. Sufficit enim ad
diſciplinam ſignificationis faciundæ, manifeſta com-
probare. Item aliqui etiam in ſingula loca ex aliis fa-
ctam ſuſceptionem puris, quam metalepſin uocaue-
runt, ſignis explicare conati ſunt, quæ quidem non μετάληψις.
neceſſaria, ſed frequentia probauerunt. Etenim ad
arteriam maiorem, ſiue gutturis cannam, quam
Græci bronchon appellant, facta eruptio ſpiratio-
nis ingerit difficultatem, & tußiculam: ad ſtoma-
chum

ad stomachum uerò, nauseam, atque fastidium, & euersionem, uel uomitum ingerit ægrotanti. Item ad intestina, uel uentrem, tormentum facit partium, cum inflatione, ac uentositate. Ad uesicam uerò, delectationem facit frequenter urinæ reddendæ. Ad inania autem thoracis, atque inter peritoneon membranam, & uitalia interna nulla sunt antecedentia eruptionis signa, sed utranque factam intelligimus.* Sed pro ægrotantium motu, uel conuersione iacendi, sonus quidam efficitur uelut inclusi humoris, quem Græci hydatismon uocauerunt.* Præstantius autem, si inter peritoneon atque intestina id euenerit. Sequitur etiam prominentia partium, hydropem fingens, cum mordicationibus, ac doloribus repentinis.* Sed si inanis fuerit ruptio thoracis facta superiorum partium à discrimine, quod Græci diaphragma uocant, cum difficultate spirationis, tußiculæ querela sequitur. Sin uerò in regionem, quæ intestinis atque peritoneo interiacet, fuerit facta, inferiorum partium querela sequitur cum intestinorum tormento. Nouitate enim repentinæ effusionis acriorum humorum, atque corrupti puris edacitate ea quæ naturali habitu custodita manebant uitalia, uehementißimè uexantur. Præterea repentina, atque coadceruata aliquãdo ruptio fit, aliquãdo* paulatim, tenuatis primò uomicæ tegminibus, ut præliquatum, atque paruum liquorem mittant, quod apprehendimus, quum tußicula desiuerit esse sicca, atque sputa pollui admixtione puris uiderimus, uel in egestionibus uentris quicquam saniosi liquoris fuerit repertum, uel in egestionibus urinæ sedimina purulenta fuerint inuenta. Sed post supradictas eruptiones, si omnis fuerit facta liquoris effusio, febres illico soluuntur, atque loci prominen

* Nam

ὑδατισμός.

* Præstantior

ὕδρωψ.

* Sed si superiorum partiũ discriminis, quod Græci diaphragma uocant, in thoracis inane ruptio facta fuerit.

* quod dici solet, per resudationem.

*prominentia reflatur, & grauedo * circunscribitur.* * cessat
*Sin uerò ex parte fuerit effusa collectio, quod fit debilitate ægrotantis, aut craßitudine liquidorum, aut non in fundo * uomica * osculatione suffecta, sed è lateribus, aut supernis partibus * paulatim liquidam inuenturum.* * vomicæ * apertione * paulatim exeuntia liquida inueniuntur.
*Sed erit approbanda significatio non in fundo factæ ruptionis, quum inter aliquos dies repleta uomica, siue eruptio, tensionem rursum, atque grauedinem cum febre mouerit ægrotanti: tum post effusionem superflui liquoris omnia leuigantur: * ac similiter per interualla dierum * easdem difficultates *repræsentet.* * at * eædem * repræsentantur.
*Communiter autem, omnium eruptionum tutior est comparatione cæterarum, illa quæ in uesicam uenerit, atque mictuales uias. Etenim naturaliter creduntur hæ partes iugem acrimoniam liquidorum excipere, ac reddere. Quapropter neque * nunc ulla nouitate facilè uexari posse uidentur, quum in se aliena atque acriora susceperint, quæ eruptione uomicæ descendunt: dehinc, quod naturali urinæ commixta purulenta, quæ * collatione corrupta uidentur, obtusa mitescunt: ultimò quod neque coadceruatam, sed paulatim redditam, ac requiescentem sumant egestionem urinæ per exitum & tractum.* * tunc * collectione
*At facilitate secunda est quæ ad intestina *ruperit. Hæc enim quoque creduntur transitum stercorum sustinere, sed * ad primam minus tuta iudicatur. Siquidem *poßit coadceruatæ effusionis causa per podicem, ægrotanti * defectionem facere, & propterea mortem.* * eruperit. * quàm primæ * potest * animi deliquium
*Tertia est, quæ ad matricem * ruperit, & magis in iis quæ iam naturali lege purgantur. Didicerunt enim & ea loca materiæ transitum sustinere, minus * quidem à prioribus tuta est. Siquidem neque ex initio natiuitatis,* * eruperit * tamen

neque

neque per dies singulos naturalem meatum ipsæ sustinent partes, neque ita acria ferre consueuerunt liquorum: siquidem nihil in se sanguis habet mordacissimæ qualitatis: omnium tamen periculosior iudicatur, ut Erasistratus ait, quæ ad cor fuerit facta, eius secunda quæ ad arteriam gutturis, quam Græci bronchum appellant, & eius, repentina magis atque coadceruata, ab ea quæ paulatim fuerit effusa. Siquidem defectiones ingerit ægrotanti, atque difficultatem spirationis, & tussiculam & præfocationem, cùm neque naturalibus liquidis ulla consuetudo per ipsam partem transeundi uideatur: tertia quæ ad stomachum fuerit facta: siquidem præfocationem minus ingerit, sed magis à supradicta, appetitum cibi extinguit, & propterea fame ægrotantes afficiendo* debilitet. Item post hanc secunda est, quæ ad inanitatem thoracis fuerit facta. Siquidem circunfunditur pulmoni humor corruptus, atque cordi ultima est, quæ inter regionem peritonei & intestinorum uenerit. Siquidem circunfunditur humor iecori & lieni, & uentri atque intestinis, quæ quum fuerint uexata ingerunt periculum. Communiter autem, siue uniuersim dicendo, quod Græci catholicon uocant, omnium uomicarum, uel eorum qui iis afficiuntur salutarem intelligimus ductum fore, si post eruptionem factam febres cessauerint, & magis extemplo, uel eadem die: siti quoque recedente, atque *perfecto appetitu cibi: uentris quoque officio parua atque *congesta reddente, ipsius etiam puris * albedo, atque eodem colore apparente: & cum lenitate, ac sine dolore suarum egestionum, & si per superna egeritur, sine uehementi tussicula, neque coadceruatim, sed per partes excluduntur liquida: pessima autem aut

Erasistratus.

* debilitat

* refecto

* concocta

* albedine, atque eodem colore in omnibus sui partibus.

* difficul

*difficulter, aut ut sæpe contingit interfectiua ferri iudicamus eis, quibus post eruptionē febres annexæ perseuerauerint, attestante siti cum fastidio cibi, & uentris fluore, uel ipsius puris felloso, uel liuido colore, coadceruatis egestionibus aut cum uehementi tussicula *uiribus depurgatis. Hæc est uomicarum significatio. Sed oportet ob earum generationem fugiendam, congruam tumoribus adhibere curationem. Horum enim augmenta collectiones faciunt generari, ut sæpe in pleuriticis uel peripneumonicis, uel similibus morbis, quibus ita formauimus curationes, ut minime sinantur initia fieri uomicarum. At uero si iam perfectam uomicam uiderimus, & humore corrupto in toto, aut ex parte, tumoris caruerit nomine, oportebit in similibus adhuc perseuerare adiutoriis, ut cataplasmatibus ex polline tritici, uel seminis lini, aut fœnigræci, uel *hordeacij confectis, uel ex aqua mulsa, aut hybisci decoctione, cuius etiam radix erit conterenda, addita uaporatione spongiarum. Vel si in inferioribus corporis partibus fuerit collectio, encathismatibus quoque iugibus erit utendum ex aqua & oleo calido, ac decoctione cuiusquam ex iis quæ cataplasmatibus congrua suprà diximus. Ante cibum præterea olei calidi quicquam *poto dandum: dehinc etiam mulsi mediocriter cocti: tunc sorbilis offerendus est cibus, atque calidus. est enim improprium ex parte adhuc manente tumore quicquam acrius adhibere, quo magis labor ægrotantibus geminetur, scilicet tumore asperato, unde maiores collectiones efficiūtur. Pausante igitur tumore omni ex parte, & nondum erupta collectione: oportet eius adiuuari celeritatem, ut primum perscriptis cataplasmatibus ficum fa-

* difficillima

* deturbatis afflictis. eodē genere loquendi vsus est pag. 553

* hordeacei

ἐγκαθίσματα

καταπλάσματα.

*potui

ciamus admiſceri, cum hybiſco: tum reſinam terebinthinam, adiuncto uſu malagmatum, quæ congrua Reſponſionum docuimus libris, ut eſt Mnaſeum, item ex tribus reſinis, quod Græci diatrion retinon uocant, tum etiam* diagalbanes, *uel melinon, uel quam appellant ſerapionis, aut * dictamnum, uel quicquam ſimili promiſsione conſcriptum: Cibo autem dandus ſuccus ptiſanæ cũ melle. Itẽ porri capitati uel atriplex, quam Græci* andraphaſin uocãt: itemq; urticam. Iubendi præterea ægrotantes magis ſupra latus iacere, ſi in ſuperioribus à diaphragmate * partibus collectio fuerit generata. Cauenda etenim ſupina iacendi poſitio: ſiquidem extenta arteria anguſtatur, quo & magna difficultas ſpirationis fit, & minima liquidorum excluſio perficitur. Sed ſi his adhibitis collectionis nõ prouenerit eruptio, oportebit uehementioribus eam prouocare, ne humor incluſus plurima tordando membra corrumpat. Quapropter præpotandi ſunt ægri decoctione fici, uel hyſſopi, ac rutæ, & origani, & tragorigani, & thymi, uel ſatureiæ, aut abſinthij, uel centaureæ, aut marrubij, aut ſemine radicum, aut ſinapi, aut naſturtij cum melle, quorum aliqua etiam uiridia erunt mandenda. Item medicamen quod appellatur dia trion pipereon * potu dandum, uel diaſcordeon, aut* zopirium. Multi tamen etiã hieram dandam probauerũt, & magis illam quæ appellatur diacolocynthidos. Adiuuat quoq; eruptionis celeritatem ſternutatio adhibita, & aliquibus etiam excreatus quidã hinnibilis iugiter affectatus. Ac ſi neq; ita eruptio fuerit conſecuta, erit ieiunus, uel dato * poto, aut radicibus comeſtis uomitus adhibendus. Aliqui uero in iis quæ ſuperioribus à diaphragmate partibus

uexantur,

Διὰ τριῶν ῥητινῶν.
* Dia Galba-
* vel Melinum quod
* Dia Dictamnum.
* Aetius pagina 843. deſcribit Melinũ Serapionis: pag. verò 836. Dia Dictamnum
ἀνδράφαξιν.
* Andraphaxin
* in thoracis inanitate. Sic enim pus minus in pulmonem decũbit, ſed in coſtas conuertitur.
Διὰ τριῶν πιπερέων.
ἱερὰ διὰ κολοκύντιδος.
* potui.
* Zopyrios à Gale. lib. de Antidotis: & Aetio pag. 522.
* potu

uexantur, fumationes adhibuerũt, tardante eruptione, hyssopum, uel thymum, aut origanum incendentes, uel sulphur: & sandaraca, aut aloe, uel styrace impositis igni ægros hiscere iusserunt, & raptu quodam potili nidorem transuorare:* Tunc dandum uel tymminum probant per diem bis uel ter: simile enim inquiunt hoc curationis genus chirurgiæ. Sed uehementer caput grauat implendo. At si in intestinis fuerit collectio, erunt per clysterem iniicienda ea quæ præbibenda nuper ordinauimus. Tum eruptione facta, speculandum, utrum per partes* atq; deposito, liquida excludantur: an uero coaceruata, aut omnino difficulter, & paulatim. Sed si * partim, & nullis obstantibus excludi uiderimus, erit à cibo abstinendus ægrotus, uiribus permittentibus: tum alia die adhibita corporis unctione præpotandus iis quæ supra memorauimus. cibis quoq; adiuuare * collectionem oportet quo omnia liquida detrahantur, dato mulso biben do, uel solo melle, cum resina terebinthina, aut butyro non ueteri. Tum sorbilem dabimus succum ex alica uel ptisana melle admixto. Itẽ porros coctos cum oleo, atque garo, & ptisana, tum etiam ex tritico pti sanam confectam, aut cum protropo uino, aut * squil litico, item lac cum mulso. Et si eruptio liquidorum ad mictuales uias peruenerit, erunt adiungenda supradictis etiam mictualia medicamina quæ urinã prouocãt, à Græcis diuretica appellata, ut asparagi, olus atrum, lactucæ, nũc coctæ, nunc incoctæ, item radices, & sorbilia, lacte quoq; confecta. Sin uero ad intestina eruptio peruenerit, quo per podicem exitum habeat, cum supradictis cõmuniter erunt adhibenda quæ uentris officium non densent, neq; plurimum laxent.

* tum adhibendum hoc thymiama.

* compositè

* per partes, vt paulò ante.

* exclusionem

* Scybelitico.

Mictualia διουρητικά.

Quapropter mictualibus prohibitis cibo ordinamus maluam dandam, betas, cauliculos, cucurbitas. Sed si coadceruatim, ac nimis liquida ferri uiderimus, erit abstinentia * recusanda. Dandum mulsum * poto sufficienter decoctum, & plurima sitis ægrotantibus * indigenda. Dandus præterea cibus qui uētris teneat officium, ut orizæ succus sorbilis, aut lenticulæ: itē pisces duri corporis, quos sclerosarcos Græci uocauerunt, & uolantum sicciora, & * poto aqua imbrialis offerenda, quam uulgo cisterninam uocant, calida itē medicamina quæ ad humectā tußiculam conscripta sunt: tum uinum mediocriter asperum. Sin uero difficulter atq; paulatim liquida fuerint exclusa, erit inquirenda causa, utrúmne ob debilitantem ægrotantis id euenerit, * quo minime ualeat excludere aliena, an uero ob craßitiem liquidorum, uel ob eruptionem * non in febribus factam, uel in fundo collectionis. Etenim si ob debilitatem ægrotantis id aduerterimus fieri, erūt subleuandæ uires per resumptionē. Si autem ob crassitudinem liquidorum, tenuantia adhibenda, atq; præpotanda quæ supra memorauimus, adiectis quoq; similibus electariis, ut sunt ex melle, resina, uel lini semine cum melle confecta, ac nucleo pineo, uel strobylis, & urticæ semine: præbibendum sinapi cum paruo pipere longo: tunc hellebori adhibemus purgationem. Ac si ex uomicis ulcera tardantia perseuerauerint, ea quæ supra diaphragma fuerunt, quod discrimē appellauimus, ita curabimus, ut est de phthisicis scriptū: in stomacho uero uel uētre, ut de cœliacis: item in intestinis, ut de dysentericis: in renibus uero ac uesica, uel mictualibus uijs potis medicaminibus, atq; clystere iniectis, uel per catethera immissa utemur. etenim si sordida

* vires enim cibo sæpius, sed paulatim sumpto reficiendæ sunt.
* potuo
* iniungenda
σκληροσαρκοί.
* potuo

* quia
* in lateribus aut supernis partibus factam, non in

φθισικοί.
κοιλιακοί.
δυσεντερικοί.
καθετήρ.

ſordida apparuerint ulcera, lacte atq; melle potamus, ſemine cucumeris præfuſo : aut mulſo : aut pinguibus palmulis cũ paſſo: aut nucleis cũ amygdalis & amylo. Similia etiã per catethera immittẽda, ut tetrapharmacũ medicamẽ diligẽter lacte ſolutũ. Sin uero limpida fuerint ulcera, erũt encathiſmata adhibẽda, quib. præcocta fuerint aliqua conſtringentia, atq; extrinſecus apponẽda emplaſtra, quæ cicatricẽ facere ualeãt, à Græcis epulotica appellata. potui dandũ lac cũ amylo, & cucumeris ſemine, cũ decoctione phœnicobalani, aut papaueris * fixi, atq; cõſtricti cũ uino protropo, & * amygdali decoctione, uel mali cydonij, ſorborum, & palmularum thebaicarum, uel ſucco mali punici, uel iis quæ in pharmaceutico Reſponſionũ tradidimus libris, ex quibus eſt quod appellatur * carui, & œnocraton, & ex trachanto atq; amylo, & glycyrrhiza. Vtendum etiam aquis ſua uirtute medentibus, quas ſupra memorauimus: Itẽq; iis quæ in * Aria inſula, & * Theanitorum prouincia eſſe perhibẽtur, cæterarum quoq; reſumptiuarum materiarum uſum adhibendo, ut nutribiliores ſuccos. Vbi uero inter inteſtina & peritoneum eruptio fuerit facta, ſiue ex iecore, ſiue ex aliqua ueniens collectionis parte, quæſitũ eſt quomodo puris detractio fieri poßit, utrũmne per tenues uias ueſicæ ueniat: atq; in inteſtina * acceptũ uideatur, & propterea per urinã, uel per uentris officium excludi poßit : an uero ſectis inguinum locis detrahi facilius uideatur, quod quidem Eraſiſtratus demõſtrauit? Sed apparet * nunc chirurgia ad exitũ puri faciendũ, inciſa ſecundũ inguen peritonei membrana, quo corruptis liquoribus prolapſio inferioribus * aperte præbeatur. Tunc cõgrua adhibenda. cu-

Medicamen. τετραφάρμακον.

Emplaſtra. ἐπουλωτικά.

φοινικοβάλανοι.

* frixi atque contriti

* amygdalarũ

Diacaryun.

tragacantho

* Aenaria.

* Teanitarum

* accipi

Eraſiſtratus.

* commoda.

* aperiri

* redditur
ὑδρώπων παρακέντησις. ἐντεροκήλη.
* cheirurgia
* exudare
* restitutio
πολυσαρκία.
* nutrimento cessanti
* copiosius allatum
καχεξία.
ἀλείπται. κοινότης. ἐπίδοσις. εὐεξία.

ratio. Etenim incisa peritonei mēbrana, in cicatricē facile conducitur, & sine ullo periculo ægrotantis sanitas * datur, ut est cõiiciendum ex hydropum paracentesi, atq; chirurgia ramicis, quā Græci enterocelen uocant. Neq; impoßibile putandum, etiamsi quid remanserit, facta detractione * chirurgiæ, per superficiem cutis, ac tenues uias, & per intestinorū cauitatem * sudari. quippe cum etiā in hydropibus circunfusus humor intestinis sæpe fuerit exiccatus, quibusdam per uesicā, fœminis per matricem, sed omnibus cõmuniter fortitudinē conuenit per nutrimenta præstare. facile enim * corruptio partium depulsa paßione fit, cum corpus fuerit naturali fortitudine possessum.

De superflua carne, quam Græci polysarcian vocant. Cap. IX.

ACcidunt corporibus superflua carnis incrementa, quæ Græci ob nimietatem polysarcian uocauerunt, & est hoc paßionis genus contrarium * nutrimento cessante: siquidem cessans nutrimentum tabida facit corpora. Idem ultra naturæ modum * uehementius elatum plurimam facit carnem generari, ex qua corpora grauata premūtur. Præterea hoc quoq; speciem accipimus cachexiæ, siquidem indecens difficultas patientes afficit: nam sequitur nimia ac superflua multitudo carnis, quæ in pinguem prominentiam erigitur cum tardo motu, atque grauatione, & debilitate, & ex paruo gressu anhelatione, ac sudore, ut suo se corpore præfocari sentiant ægrotantes, quo neq; leuia ferre ualent uestimenta. Multi igitur medicorum atq; aliptarum salutaribus præceptis adiungendam diligentiam detrahendæ carnis putauerunt, intuentes cœnoteta, quam epidosin uel euexian uocant,

cant, hoc est, habitudinis augmentum: sed hoc à So-
rano repulsum. Nos igitur solam bonam habitudinem
intelligimus, quæ si fuerit cum modica carne fortitu-
do,* & seruanda magis quàm repellenda. Polysarcia * est
uero, quam nunc paßionem dicimus, recte cachexian
nuncupamus, quæ multis accidentibus denuntiat peri-
culum. Etenim quæ * sequetur animalia nutrimento * sequuntur
dedita, uel custodia reseruata, ut *flato, atq; extento, * inflato
& prominenti corpore uideantur, hæc eadem cuncta * sequuntur: Similia quoq; accidẽtia sunt in corporibus
patientes* sequentur. Similiter accidentia corpori-
bus ulceratis, in quibus uana caro concrescit, uel eo-
rum labiis quæ* fuerit acie circuncisa* renascantur. * fuerint * renascitur.
Sed istius paßionis duplex traditur differentia cura-
tionis: alia quæ cohibet fieri plurimum corporis nu-
trimentum, quæ quidem ponitur in gestatione celeri,
& cibis non multũ nutribilibus, ac moderatis, ne plu-
ra corpus quàm insumit, accipiat: alia quæ cyclica re-
gula atq; operosa recorporatione formatur demu-
tandi corporis causa. Sed ut docilis sermo, ac manife-
sta tradatur præceptio, partium erit memoranda cu-
ratio. Cõuenit igitur corpus exercere gestatione plu
rima ac perseueranti, animalium iugo, uel curriculi
motu, & equitatione, ac nauicula: item lectione, &
uocis exercitio uehementi, uel meditatione modula- Modulatio
tionis agonisticæ, & celeri gressu, quo magis labor su ἀγωνιστική.
rarum fiat. Item cursu, atq; sicca fricatione, manibus
puris, uel aspero linteamine, & arenæ aspergine: tum
uolutatione in palæstra uaria, quã Græci celadian, κελαδία.
atq; choricomachian uocauerunt, quæ sunt speciali- χορικομαχία. ὁπλομαχία.
ter ab ipsius artis præceptoribus imperanda: tum ho-
plomachia, hoc est armorum ficta* confrixio: item * flictione
* alienis laboribus exercitio, hoc est colluctantiũ, uel * alternis

* hecaterocopian
* tractorio
* Macrosparton nempe quia longis funibus τοῖς μακροῖς σπάρτοις traheretur.

coëxercentium, quam Græci * haterocopian uel trachelismon uocant, atq; longo uel * raptorio machinamento, quod* macron sparton uocauerũt: item Italica sphæra, & luctatione, celerique & dura atq; multa uel sicca fricatione. Etenim oleo labẽtibus manibus fortitudo soluitur exercitij. Conuenit etiã sole corpora torrere, quod Græci heliosin uocãt: tum paroptesi ex flamma, uel carbonibus, & siccis uaporationibus prouocatur sudor: & nunc feruẽtia lauacra, quæ plurimum detrahunt, nũc frigida, quæ corpus in densitatẽ cogunt: deniq; psychrolutarum corpora densa, ac ueluti * testea sentiuntur. Conuenit etiã arenæ littorariæ adhibendus feruor: tum natatio maritima, uel aquarum naturali uirtute medentiũ, & in lauacris sudore perfecto aspergine salis adhibere: qua sæpe condita caro animalium ciborũ* uolũtati sicca seruatur, atq; densior, nec collecta marcescit. Tum fricamentũ adhibendum quod Græci* zegma uocãt, ex nitro tuso, atq; in puluerem redacto, & post lauacrũ longa cibi dilatio, uel potus. Tunc enim appetitio * minima marcescit, & eius acies tẽporis obtunditur dilatione, cum etiam digestionis parata proteruitas detracto fomite languescit. Erit præterea potus semper ante cibum prohibendus, uel in toto paruus dandus, & magis cum cibi sumuntur. Etenim immisso liquore plurimo *fluidantur accepta, atq; caro mollitur, & digestione facile* solidiora propriantur. Sed si plurimũ quisquã sitierit uinũ, paruum dabimus mediocriter asperum. Pulmentũ uero alicam, amylum: lac: nucleos, cerebrũ, oua: pisces autẽ teneros, uel pinguia quæq; reprobamus. Panẽ damus frigidum, fermentatũ, autopyrũ. est enim minus nutriẽs: & magis, si fuerit ueteratus. Specialiter

* testacea:

* voluptati

ζίγμα.
* Zesma quasi feruidum
* maxima

* fluida reddantur
* solidioribus propiantur. partiũ corporis substantiæ adhærescunt, & agglutinantur.
ἀυτόπυρος.

cialiter autẽ ſiccus probandus eſt cibus. Item pulmẽto danda ſunt olera & piſces durioris naturæ, uel auium ſicciora, uel agreſtiũ, ut leporis, capreæ: porcina ex depoſito, hoc eſt, longo tẽpore ſale ſiccata. Conuenit præterea unũ cibum ſumere, & poſt ſumptionem plurimũ uigilare:* In requie quidem, quo multa corpus exhalatione inſumatur uigilando: additur enim plurimum ſomno: deniq; dormientiũ corpus* ualidius fit. Potus dandus frigidus: & perſeuerãte carnis multitudine erũt initia cycli* adſumenda, nunc ab omni abſtinentia, nunc à paruo cibo & aqua, nunc* augmenta ordine regulari. Itẽ à ieiuno uomitu ſumendum eſt initium:* uel ex radicibus: tum ad drimyphagian ueniendum, ac mediæ qualitatis materiã, uolantũ, atq; agreſtium: quæ quidem erunt celeranda per dies* minoris breuitatis, quo urgentius initia repetãtur: & in oleribus erunt urinalia prouidenda, ut aſparagus, paſtinaca, apiũ, fœniculus, daucus, porri capitati, & horum ſimilia: ſic enim cõmunia ſeruantes corpus ualebimus demutare. Accidentiũ quoq; coniecturã faciemus, quo elimatio carnis atq;* diductio procedat. Aliqui medici phlebotomiã probant, atq; purgatiua medicamina, quæ cathartica appellant, & clyſterem, & poſt lauacrum illico Venerẽ adhibendam ante cibum, atq; ipſa die paruum nutrimentũ,* poto aquam dandam. Item uomitũ* poſt ueſpertinũ uinum. Alij quoq; ueluti paſſioni contrariã, corporis* expanſionem ex* thalamo fieri probauerunt, quam appellant* antipalon, itemq; nocturni roris auram ante ſolis ortum bibendam. Sed horũ deliratio manifeſtis proditur rebus. Nam phlebotomia uires depurgatæ uexãtur, & corpora* palleſcunt, quod Græci raccoſin uocant. Item purgatiuis

* irrequietis
Somnus ſaginat.
* auidius
* incipienda
* augenda
* deinde ex
* paucioribus diebus
* deductio λεπτυνσις.
* potui
* veſpertinũ poſt cœnam.
* pandiculationem
* venere & concubitu
Antipetalon
* ἀντιπέταλον vocat, quod Hipp. aph. 56. lib. 7. ἀλύειν.
* flacceſcunt.

* quo malus
κακεξία.
Venus effœmi nat
* ordinandum
* fœdant, præterea
δυσαρέσκησις.
* ciborum
Literis vacantes macri sunt.

medicaminibus ex clysteribus, cum supradictis, etiam liquida corrūpuntur, * cum alius habitus corporis fit. quem Græci cachexian uocant. Venereus uero usus effœminat membra, atq; fortitudinē tollit. Item aliquibus bis in die * ordinatum lauacrum, & somnum prius quàm cibus sumatur, quidam impropriè uoluerunt. craßificat enim somnus, non tenuat corpora: itē uomitus post cibum: uires enim tollunt: & quāquam corpori detrahant carnem, implent tamen necessariò caput, atq; sensuales uias uexant, & gingiuas in putredinem mittunt, atq; os odore * fœtāt, retro stomachum limant, & ipsum hominem sibimet faciūt displicere: quod Græci dysarescesin uocant, cum inæqualitate febribus uicina. Est & impropriū, atq; praua ratione æstimatum, ob corruptionem paruorū maiores corpori uexationes inferre. Sed si forte * uinorū fuerit excessa moderatio, tunc erit uomitus adhibendus: eius enim uexatione maior est immodicæ sumptionis grauatio. Item præ cæteris uehemēs, & maior quàm oportet, animi officiis siue curis adplicatio: Videmus enim ob has causas etiam studentiū corpora fieri tenuiora, limitatione quadam animi iugi cogitatione atq; disputatione, eorum uero qui segni ac pigro ductu uitam trahunt, solidiora atq; pleniora fieri corpora, ob contrariam rationem. His de superflua carne conscriptis, omnium tardarum paßionum curationes explicauimus, intentione aliarum sectarum neglecta.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM, QVÆ HVIC TOTO OPERI INSVNT.

A



ACETVM in epilepsia 288
Acetū sanguinis fluori conueniens. 373
Acria ex accidente torpore & frigus augent. 153
Adiantum capillus veneris. 422
ἄδηλοι αἰτίαι. 290
Adscriptiones seu partitiones quid Asclepiadi. 4
Aerophobi. 199
Aetheria herba. 417
Alienationes mentis sine febre. 2
Allium inflat. 392
Altheres. 328
Amor furoris causa. 308
Amphitretos fistula clysteris. 453
Ampullagium. 462
Anacœliasmus. 392
Anagoge. 357
Anaphonesis. 255. 304
Anatresis testæ. 334
Anaudia. 85
Anhelatio seu Asthma vnde nomen sumpsit. 394
Anhelatio quo tempore, qua ætate & quos magis inuadit. 394
Anhelatio differt ab orthopnœa 395
Anhelatio quo differt à peripneumonia. ibid.
Anhelationem quæ sequantur. 394. & deinceps.
Anhelationis curatio. 396
Anima quid Asclepiadi. 39
Anodyna malagmata. 260. 342
Anoterica medicamenta. 467
Antipatri libri Epistolarū. 370
Anthereon. 168
Antiphanis Panopte. 486
Aphydrosis. 385
Aphonia pro catalepsi. 84
Apophlegmatismi. 255
Apoplexia stricturæ morbus est. 178
Apoplexia vnde dicatur, & quid sit. 177
Apoplexia quo tempore, & quos præcipuè inuadat. 178
Apoplexiam præcedentia signa. 177
Apoplexiæ præsentis signa. ibid.
Apoplexiæ causæ antecedentes. ibidem.
Apoplexiæ in alios morbos mutatio, 178
Apoplexiæ phlebotomia conuenit. 181
Apoplexiæ quæ & quando facilius vel difficilius curantur. 178. & 179

Apop

Apoplexiæ curatio. 180
Apoplexiæ qui affines morbi, & quibus hæc ab illis dignoscitur. 179
Appellationes quid Asclepiadi. 4
Appetentia cibi & potus quomodo fiat ex Asclepiade. 39
Aqua de tinctionibus ferri. 290
Aquiduca medicamenta. 438
Aquæ naturales in Italia. 330
Argallici radix. 377. & 516
Artemidorum Grammaticum timor literarum memoria priuauit. 299
Arthritis quid sit, & vnde dicatur. 513
Arthritis aliquando insanabilis, & cur. 515
Arthritis aliquas frequentat regiones. 514
Arthritis hereditaria. ibid.
Arthritis quem sexum, & qua ætate magis vexet. 513
Arthritidis quæ partes aliæ consentiant. 515
Arthritidis causæ antecedentes. 513
Arthritidis curatio 516. & deinceps.
Arthritis certis temporibus magis asperatur. 514
Arthriticos quæ comitantur accidentia. 514
Ascarides quomodo expellantur 487
Ascites. 432
Ascitas quæ propriæ curet. 436
Ascitem quæ consequantur accidentia. 433
Asclepiadis libri de Lue. 157
Asclepiadis libri Parasceuastici. 381
Asclepiadis libri salutarium. 553
Aspidiscos. 452
Atomi Asclepiadis. 36
Atrophia. 314
Atrophia vnde nomen sumpsit, & quid sit. 427
Atrophiam quæ consequantur. ibidem.
Atrophiæ curatio. ibid.
Aues nutritæ constringentibus, minus sunt pingues. 455
Auriculæ doloris causæ. 336
Auriculæ doloris curatio. ibid.

B

Branchos quid sit, & quæ eũ consequantur. 347. & 348
Byrsodepsicum. 462

C

Cachexia vnde nomen sumpsit. 425
Cachexia vnde nascatur. 424
Cachexiam quæ consequantur. ibidem
Cachexiæ curatio. 424. & deinceps.
Cachexia. 272
Cælij emplastrum ex Chamæleonte hydropicis vtile. 436
Cælij emplastrum ex stercore caprino. 436
Cælij Aurelia. promittit libros de mulieribus. 226. 272
Cælij Aurel. libri de paßionum caußis. 20
Cælij Aureliani lib. de febribus. 146. & 151
Cælij Aurel. lib. de salutaribus præceptis.

præceptis. 94
Cælij libri de mulierib. pass. 322
Cælij libri de specialibus adiutoriis. 25.164
Cælij libri Chirurgumeni. 322
Cælij liber Græcarum Epistolarum. 334
Cælij libri Interrogationum & Responsi.ad Lucretiũ. 1 & 258
Cælij lib.medicaminum. 342
Canis aquarij testes vel veretrũ, an epilepticis prosunt. 290
Cantharides detractis capite & pedibus in hydrope. 303
Capitis diuisio in epilepsia. 286
Capitis iugis lauatio morbum reuocat. 252
Caprina pellis epilepsiæ motum facit. 286.& 289
Caput exhalationes omnes ex inferioribus recipit. 254
Caput impletur mentis intentione. 258
Cardiacæ motus inutilis. 158
Cardiacæ futuræ signa. 130
Cardiacæ pass.causæ. ibid.
Cardiaca passio duplex, vna syncope stomachica, altera syncope vera. 128
Cardiacæ præsentis signa. 131
Cardiaca paßio pro syncope vera ab authore vsurpatur. 129
Cardiaca paßio solutionis est. 140
Cardiaca paßio vnde nomẽ sumpsit. 129
Cardiogmos. 140
Carnatio. 284
Caro mustellæ & hominum, epilepticos non iuuat. 290
Cataclysmi. 257
Catalepseos iam præsentis signa. 89
Catalepseos & lethargi signa cõmunia. ibid.
Catalepticis acria non cõueniunt. 95
Catalepseos antecedẽtes causæ. 88
Cataleptos quæ sequantur signa. 86
Catalepticorum pulsus. 92
Catalepsis ab aliis similibus dignotio & curatio. 346
Catalepsis quomodo à similibus discernatur. 92
Catalepseos venturæ signa. 89
Catalepsis nomẽ vnde sumptum. 84
Catalepsis febrium symptoma. 88
Catalepsis quo tempore & quibus magis accidat. ibid.
Catalepsin quæ consequantur. 345
Catapasmus. 304
Cataplasmata nutribilia. 151
Catapotia ad sanguinem sistendum. 375
Catapotia ventri constringendo. 237
Cathartica. 258.& 259
Catether muliebris. 500
Catoche. 85
Causæ actiuæ & synecticæ. 203
Cauteres forma Γ.literæ. 510
Cauteriorum vsus in Cephalæa. 259
Celeres morbi qui propriè dicantur. 2
Celeres paßiones cum febribus & sine febribus. 1
Cenosis. 505
Cephalæa vnde dicta. 243.244

Cephalæa laborantibus quãdo cucurbitæ & hirudines admouendæ. 246
Cephalæa laborantibus quando tondendum caput. 246
Cephalæa quibus signis dignoscatur. 243
Cephalææ causæ. ibid.
Cephalææ curatio. 245
Cephalææ phlebotomia quando conueniat, & quo ex brachio. 246
Cephalalgia. 244
Cera mordenda. 328 & 341
Ceratum diatessaron. 108
Chiasmus. 286
Chirapsia. 223
Chiragra. 513
Chordæ veteribus intestina. 212
Cholera morbus quid sit, & vnde dicatur. 227. & 228
Cholera morbus est solutionis. 230
Colicæ paßionis curatio. 478
Choleram quæ consequantur. 230
Cholericis helleborum noxium cõtra Hippoc. 234
Cholera à diarrhoea & stomachi solutione quo differat. 228. & 229
Choleræ causæ antecedentes. 228 & 229
Cibum nullius esse qualitatis quæ sensu percipiatur ex Asclepiadis sententia. 39
Cichorium bis coctum. 468
Clyster superiora inuadens. 207
Clysteres in cordiaca inutiles. 153
Clysteres ad nutriendum. 151
Clyster ex aqua frigida in cardiaca. 152
Coagulum conferat ne Epilepsiæ. 290
Cœliotica medicamenta. 308
Cœnotetes morborum. 273
Coctionem ciborum nullam esse Asclepiadis sententia. 39
Colicos quæ sequuntur accidentia 477. & 478
Cœliace. 450
Colicis qui clysteres iniiciendi. 479
Collectionis in stomacho signa. 539
Collectionis in ventre signa. 539
Collectionis in aliquo intestino signa. 539
Collectionis in pyloro signa. 539
Collectionis in nestide signa. 539
Collectionis in tenuiorib. intestinis signa. 540
Collectionis in colo & longaone signa. 540
Collectionis in iecore signa. 540
Collectionum eruptiones ad varia loca fiunt. 540
Collectionis eruptio vel repente tota fit, vel paulatim. 542
Collectionis eruptionum omnium tutißima illa est quæ per vesicam & mictuales vias fit. 543
Collectionis eruptio secunda est, quæ ad intestinum eruperit, tertia quæ ad matricem. 543
Collectionis internæ generatæ signa. 537
Collectionis in pulmone signa. 538

Collectionis in Diaphragmate signa. 538
Collyria blepharica. 450
Collectionis eruptiones quæ magis ac minus periculosæ. 544
Collectionis eruptionis salubris, & insalubris signa. ibid.
Collectionis prohibenda generatio. 545
Collectionis iam factæ curatio. ibid.
Collectiones internæ quæ solo medicamine curantur. 536
Collectiones internæ quæ chirurgia curantur. 537
Conditum. 421
Conditum idem quod mulsum. 512
Conductio vnde dicta, & quid sit. 182
Consuetudinis vis. 56
Cor leporis & cameli. 290
Cordapsos. 212
Cornu cerui. 488
Coryza quid, & quæ eam consequantur. 347
Cotylæ pondus. 352
Creta canum rabie frequenter vexatur, ab aliis venenatis animalib. pene libera. 205
Crisimos dies passionum non esse. 37
Cucurbita constringens. 405
Cucurbita cito corrumpitur. 53
Cucurbitæ siccæ. 27
Cucurbitæ recorporatiuæ. 279
Cucurbitæ labiis flexis. 214
Cucurbitæ igni vaporatæ. 402
Curatio philoparabolos. 45, 49
Cyclus metasyncriticus. 250.254
Cyclus resumptiuus. 249
Cynanche quid 159
Cynolysson. 195
Cystophilus. 320

D

DEbilitati ventris accidentia, & curatio. 473
Democriti mors dilata panis olfactu. 147
Dentes doleutes non statim auferendi. 343
Dentes doloris tempore non auferendi. 343
Dentis detractione quidam mortui. 344
Dentiducum. ibid.
Dentium doloris vehementioris curatio. 339. & 340.
Dentium doloris initio quæ collutiones oris adhibendæ. 339
Diacertosis. 457
Diachysis. 249
Διαπάσματα. 152. 154
Διαφόρησις ἄδηλος. 133
Diaphoresis in phreniticis quomodo vitanda. 24
Diaphragma. 270.276
Diarescesis. 426
Diarrhœa quid. 239
Diarrhœæ curatio. ibid.
Diarrhœa in dysenteriam mutatur. 239
Dioclis liber de passionibus, & causis, & curationibus. 126
Diuisio ventris & recti intestini in Ileo. 219
Dolor quomodo fit ex Asclepiade. 41

Dormien

Dormientes sub sole cur grauentur. 80
Doria cantio. 308
Drimyphagia. 251 & 254
Dropax. 255
Dysenteria vnde dicta & quid sit. 474
Dysenteriæ causæ. ibid.
Dysenteriæ remedia. 457
Dysenteriæ putredinis causa si fuerit sanguinis effusio. ibid.
Dysenteriæ ex sanguinis effusione emplastra, & cerotaria con uenientia. 458
Dysenteria ex sanguinis effusione cessans, vel sanguinis gelatio, vel densata vena. ibidem
Dysenteriæ vlceratio in omnibus simul fieri intestinis non potest. 475
Dysenteriæ vlceratio in quibus fit intestinis. ibidem
Dysenteriæ vlcerationis factæ in tenuioribus vel craßiorib. signa. ibidem
Dysenteriam quæ sequantur accidentia. 474. & 475
Dysuria. 526
Duritiam ventris quæ sequantur 474

E

EMpyici quibus ex causis fiant. 537
Emplastra. 325
Entatica medicamina. 323
Ephæbia. 211
Ephialtes. 262
Epibole. ibid.
Epilepsia paßio stricturæ, & vehemens. 269
Epilepsia vnde dicta. 264
Epilepsiæ species tres. 265
Epilepsiæ causæ. 264
Epilepsiam qui odores excitent. 267
Epilepsia neruorum omne genus, & maximè caput afficit. 269
Epilepsia à præfocatione matricis quô differt. 269
Epilepsia quo præcipuè tempore inuadat. 268
Epilepsiæ odoramenta tetri odoris noxia. 288
Epilepsia quando omnino depulsa esse iudicatur. 284
Epilepsia pueris frequẽs, & quando. 268
Epilepsia in infante quomodo tractanda. 271
Epilepsia pueri & fæminæ quando maximè liberantur. 268
Epilepsia iam occupatos quæ accidentia sequantur. 266
Epilepsiæ acceßio quando indicanda. 281
Epilepticæ acceßiones variæ. 267
Epilepticæ acceßionis rursus futuræ signa. 267. & 268
Epilepticæ curatio. 269 & deinceps.
Epilepsiæ phlebotomia adhibenda. 272
Epilepsiæ obnoxios quæ accidentia demonstrant. 265
Epileptici alij ex signis acceßionẽ præsentiunt, alij minimè. 267
Epilepticis sternutamenta in acceßione noxia. 288
Epilepticis fomenta astringentia, & tetri

Ischias à matricis vexatione quomodo dignoscatur. 497
Ischiadica & Psœadica passiones vnde dictæ, & quibus ex causis generantur. 495
Ischiadicos quæ comitantur accidentia. ibid. & deinceps.
Ischiadicorum & Psœadicorum curatio. 497. & deinceps.
Ischiadicis omnia vehementiora medicamenta, noxia. 499
Ischuria. 526
Ileos quid sit. 210.211
Ilei iam præsentis signa. ibid.
Ilei causæ antecedentes. ibid.
Ilei curatio. 213
Ileos morbus stricturæ. ibid.
Ileos à coli vexatione quomodo differat. 212
Ileos à Cœliaco affectu quomodo differat. 212
Ileo phlebotomia quando conueniat. 213. & 217
Incubo quid, eius causa. 262
Inunctiones nutribiles. 151

L

Lac qualitatem acquirit herbarum quib. vescitur animal. 464
Lac Epilepticis noxium. 290
Lac diacochlecon. 465
Lac caprinum quale eligendum. 464
Lac aperiergon. 465
Lac galactodes. 465.467
Lacti calx admixta. 466
Lactis cocti vires, & quomodo coquendum. 463. & 464
Lamanchia. 306
Lapidis in vesica dignotio à vesicæ vlceratione, & sanguine gelato mictum impediente. 516
Laryngotomia plane reÿcienda in Synanche. 173
Laureolum, Scalpreolum. 515
Lectio ante deambulationem. 249
Leipothymia. 274
Leptomeres quid Asclepiadi. 39
Leptomeria Asclepiadis. 418
Lethargus cur & vnde dicatur. 64
Lethargus grauior phrenitide. ibidem
Lethargi in phrenitidem mutatio. 17. & 64
Lethargicorum pulsus magnus fortitudinis signum non est. 65
Lethargicis phlebotomia quando adhibenda. 73
Lethargicorum non somnus, sed oppressio. 64. & 66
Lethargicis vinum noxium. 79
Lethargicis pulsus & respiratio deteriores quam phreniticis. 64
Lethargicis noxius immoderatus sternutamentorum vsus. 77
Lethargi ab aliis malis quæ sensuum hebetudinem faciunt dignotio. 71
Lethargi definitiones variæ. 65.66
Lethargicorum signa. 69. & 67
Lethargi differentiæ plures quorundam sententia. 71
Leucophlegmatia. 432
Leucophlegmatiæ signa propria. ibid.
Libri Sorani κοινῶν. 445

Lienem quæ deducant. 416
Lienosos propria accidentia quæ sequantur. 412
Linguæ, faucium & palati in Synanche scarificatio. 167
Locorum patientium specialis cognitio à Methodicis negligitur. 123. 157
Locorum patientium varietas remediorum qualitatem nō mutat. 123
Ludus calculorum. 304
Lumbricorum egestionis præsciæ significationes. 485
Lumbrici rotundi quibus remedijs detrahendi. 487
Lumbrici tolluntur, causa ex qua generantur sublata. 488
Lumbricis si pueri vexentur, quæ sequuntur accidentia. 483
Lumbrici per quæ loca excludantur. 484
Lūbricis laborantes quomodo discernuntur ab epilepticis, phreniticis, catalepticis, &c. ibid.
Lumbricos excludentia. 488. & 489
Lūbricos expellentes potiones. ibi.
Lupi cutis hydrophobi poculo subiecta. 210

M

MAlagma Polyarchion. 118
Mania vnde & quot nominibus Græcis dicatur. 296. & 297
Mania quid sit. 297
Mania quibus à phrenitide discernatur. 297
Maniæ causæ. 297
Maniæ curatio. 300
Mania olim, Mantice. 296
Mania morbus tardiss. ex strictura. 299
Mania quam partem magis afficit. ibid.
Mania cum vaticinatione. 297
Maniæ in lethargum mutatio. 17
Maniæ in phrenitidem mutatio. ibid.
Mania variè mentem occupat, præsertim cum timore. 298
Maniæ phlebotomia conuenit. 302
Maniacos variarum specierum error fallit. 299
Manutigium. 287
Medicamenta omnia sunt omniū corporis partium communia, ex sententia Methodicorum. 416
Medicaminis sumptio diuturna metuenda. 518
Medicorum inuidentia. 46
Melancholia morbus quis sit, & vnde dicatur. 310
Melancholiæ antecedentes causæ. ibid.
Melancholia in quo differt à furore. 311
Melancholia Methodicis, quæ propriè Hypochondriaca dicitur. ibid.
Melancholiæ curatio. ibid.
Melancholicis ventriculus primario afficitur. 16
Melancholicorū symptomata. 310
Melimelon. 406
Memoria quomodo fiat ex Asclepiade. 39
Μετασύγκρισις. 154
Miliacæ aues. 251

Minythica

Minythica malagmata. 256
Mora celsa. 490
Morbus quo magis à natura recessit, eo grauior. 14
Morbus puerilis. 264
Morbi multi genuini vna cum ætate consenescunt. 494
Morbus sacer. 264
Morbi chronici ab acutis quo differant. 241
Morborum chronicorum curationes Medicis gloriam parant, non autem acutorum. 241
Morborũ causæ ex Asclepiade. 39
Morborum chronicorum curationes pauci veterum tradiderũt. 242
Mydriasis paralysis tunicæ oculi. 314
Murta. 245

N

Natura quid Asclepiadi. 39
Natura prodest & nocet. ibid.
Nauigatio maritima. 258
Nicolaus, Heraclidis liber de Compos. medicam. 58
Niuium liquor vino miscendus. 150

O

Oculi alba macula siue vnguis. 132
Oculorum tunicæ paralysis. 314
Odontagogum plumbeum apud Delphum. 344
Odoramentis resumptio fit. 151
Odorata quodam modo nutriunt. 147
Omelysis. 118.146
Omnia fieri necessitate sententia Asclepiadis. 39
Onisci Epilepticis nihil prosunt. 290
Onirogonos. 262.266
Oniropolesis & Onirogonos. 533
Ophites lapis. 502
Opus Cyrenaicus deuoratur. 194
Oris totius siccitatis remedium. 23
Orthopnœa ex aduerso appellata. 394
Oxymeli doloribus incongruum. 235

P

Pantaphobi. 199
Papauer profundum somnũ facit. 6
Paracentesis. 38. & 306
Paracẽtesim in hydrope alij probant alij improbant. 439. & deinceps.
Paracentesis in hydrope quando adhibenda. 443. & quomodo 500
Paralipsis. 313
Paralysis menti. 315
Paralysis labij superioris. 314
Paralysis linguæ. ibid.
Paralysis faucium & summitatis gutturis. 315
Paralysis instrumenti odoratus. 315
Paralysis stomachi. 315
Paralysis cordis. 317
Paralysis interiorum partium. 317
Paraclisis matricis. 497

Paralysis cœni. 315
Paralysis coli, & recti intestini. 316
Paralysis peritonæi ex Erasistrato. ibid.
Paralysis ieiuni intestini, & cæci. ibidem
Paralysis colis. 317
Paralysis vesicæ. 316
Paralysis cruris duplex. 317
Paralyseos genus paradoxum. ibid.
Paralyseos curatio. 318. & deinceps.
Paralysis curatu difficilior. 317
Paralysis causæ. 312
Paralysis triplex. ibid.
Paralysis ex conductione & ex tensione. ibid.
Paralysis causæ antecedentes. 313
Paralysis iam factæ symptomata. ibidem
Paralysi affectarum partium motus ex artis industria. 329
Paralysis cruris à luxatione quo discernitur. 317
Paralysis seminalium viarum alia ex solutione, alia ex conductione. ibid.
Paralysis palpebrarum. 313
Paralysis pylori. 316
Paralysis siagonis. 314
Paralytici quando phlebotomādi. 318
Paralyticis recte detrahitur sanguis. 42
Paraplexia. 178
Parasynanche. 159
Parmenidis libri de Natura. 493
Paroptesis. 255
Partibus certis corporis peculiares medicamentorum facultates tributas rident Methodici. 416
Paßiones per ἐπίδεσιν constitutæ. 16
Pediculi ferales. 449
Pediculorum multitudo. 413
Peripneumonia quid sit. 120
Peripneumonia morbus est acutus. 122
Peripneumonia vnde nomen sumpsit. 120
Peripneumoniæ causæ. 120. & 121
Peripneumonia sine febre esse nequit. 120
Peripneumoniæ qui magis obnoxij. ibid.
Peripneumonia ex strictura fit. 122
Peripneumonia ex pleuritide an perniciosior. 120
Peste laborantibus quæ prosint. 38
Phagedæna stomachi quid sit, & quæ eam consequantur accidentia. 410
Pharyngotomia. 38
Pheugydros. 195
Philtropota. 297
Phlebotomia in ventris solutione noxia. 105
Phlebotomia quibus conueniat, quibus minime ex Asclepiade. 38

Phleboto

Phlebotomia cardiaca minimè conuenit. 152
φόαι. 149
Phobodipsos. 195
Phœnigmos. 325
Phragmos. 210
Phrenitis vnde dicta. 2
Phrenitidis definitio. 2. & 7
Phrenitis fit sine consensu aliarũ partium. 2
Phrenitis alia ex strictura, alia ex solutione. 19
Phrenitidis curatio ab Asclepiade instituta refellitur. 41
Phreniticorũ curatio ex Diocle. 35
Phreniticorum curatio ex Heraclide Empirico. 57
Phrenitidis curatio ex Themisonis sententia, refellitur. 53
Phreniticorum cibus. 26
Phreniticis gestatio & motus cõueniens. 29. 33
Phrenitici quomodo fallendi. 28
Phrenitici dormientes aliquando magno medicorum errore excitantur aliquando lethargo oppressi, sine auxilio relinquuntur. 18
Phreniticis caput primario afficitur. 16
Phreniticis cibi etiam nonnihil à ratione alieni dandi, modo cõcupiti. 29
Phreniticis vinum prorsus denegandum. 29. 31. 33
Phreniticis quando tondendum caput. 26
Phreniticis clyster acrior noxius. 35
Phreniticis balneum quando noxium. 35
Phreniticis quando adhibenda phlebotomia. 25
Phreniticis phlebotomia quando noxia. 35
Phrenitici post phlebotomiã quomodo tractandi. 26
Phreniticis phlebotomia noxia ex Asclepiade. 40
Phreniticis qui clysteres vtiles. 26
Phreniticos qui debeant inuisere. 23
Phreniticæ paßionis antecedentes caussæ. 11
Phrenitidis in lethargum mutatio. 17. & 64
Phrenitici non tondendi ex Asclep. 40
Phreniticis quando somnus prosit. 23
Phrenitici in obscuro loco non detinendi ex Asclep. 40
Phrenitici tempore resumtionis quomodo tractandi. 34
Phrenitici in declinatione quomodo alendi. 32
Phreniticis curandis quis locus quæ stragula, quis aër conueniant. 21. & 22
Phreniticis quo pacto fomentis curandum caput. 32
Phrenitis à mania, melancholia & cæteris quomodo dignoscatur. 15
Phrenitides quæ perniciosiores. 14
Polysarcia quid. 350
Polysarciæ curatio duplex. 358

Phreniticæ paßionis signa. 11
Phrenitidis essentia, & eam sequentia symptomata. 12
Phrenitici quando & quomodo ligandi. 23
Phrenitidis in maniam mutatio. 17
Phthiriasis vnde originem & nomen sumpsit. 449
Phthisis paralysis oculi. 314
Phthisis accidentia. 385 & 386
Phthisis seu phthoes causæ antecedentes. 385
Phthisis curatio. 387. & 388
Phthisi vicinæ paßiones Atrophia, Syntexis, empyema, &c. & quomodo à sese dignoscantur. 386. & 387.
Phthisicorum sputa quomodo discernantur. 386
Phthiriasis quomodo curatur. 449 & deinceps.
Phthiriasin quæ sequantur. ibid.
Phthisin ventris fluor deteriorem indicat. 386
Phrygia cantio. 308
Pleuritis vnde nomen sumpsit. 96
Pleuritidis definitiones variæ. 97
Pleuritis quæ purgatione egeat. 111
Pleuritis quo tempore, & quos potißimum inuadit. 98
Pleuritis dextri lateris an periculosior. 100
Pleuriticis vena lateris dolenti oppositi secanda. 105
Pleuriticorum sputa. 99
Pleuriticorum sputa saniosa, à sanie quomodo discernantur. 100
Pleuriticorum decubitus, & qui fotus iis adhibendi. 104
Pleuriticis quando vena incidenda. 105. & 111
Pleuriticis quibusdã in regionib. venam rectè incidi, quibusdam minime. 116
Pnigalion. 252
Podagra quid sit, & vnde dicatur. 513
Podagricos quæ comitantur accidentia. 514
Pollen mactron. 479
Poma cuius succi. 53
Polyphagia in morbis acutis locũ non habet. 61
Porcelliones siue onisci. 287
Praxagoras in eileo ventre discisso stercus educebat. 219
Praxagoræ famulus ternos bilibres panes singulis dieb. edens. 401
Pressura siue profundus somnus. 6
Priapismus. 517
Priapismus quid sit, & vnde dictus. 535
Priapismi à Satyriasi dignotio. 536
Priapismus in sene. 224
Principia corporis ex Asclepiade. 36
Procicolium. 464
Προσκρούσιαι quid Asclepiadi. 4
Psœadicos quæ comitantur accidentia. 497
Psœadici à nephriticis discernendi. 497
Psychrolusia. 259
Ptarmicum. 257

Ptysis quid sit, & quæ eius symptomata. 347. & 348
Ptysis quibus à peripnenmonia discernitur. 348
Pulmo penetratus mortem semper non infert. 365
Pulmonis viæ logoth eoretoi. 102
Pyra duracina. 147.
Pyra Scandiana. 406

R

Ranarum viscellum. 195
Raptus Græcis spasmus. 185
Renalis paßionis causæ antecedentes. 522
Renalis paßionis à colica discrimen. 524
Renalem paßionem ex tumore quæ comitantur accidentia. 523
Recorperatiua curatio siue metasyncritica. 330
Resina cadialis. 353
Rheumatismi curatio. 350
Rhacosis. 30
Rhigolethron & Rhigolyton. 277
Rhigos Græcè quid. 236
Rhinenchyton. 343
Rogmos. 90. & 386
Ruma. 264

S

Sacra pro magnis. 264
Sanguis testudinis, hominis, vituli marini an conferat Epilepsiæ. 290
Sanguinis fluentis ex hypozygo. 360
Sanguinis fluentis ex diaphragmate. ibid.
Sanguinis fluentis ex stomacho. ibid.
Sanguinis fluentis ex ventre. 361
Sanguinis fluētis ex hepate, liene, vena magna signa 361
Sanguinis fluentis ex gingiuis, vua, tonsillis. ibid.
Sanguinis fluentis ex capite in viscera interna. ibid.
Sanguinis fluentis ex pulmone signa. 362
Sanguinis fluore laborantes qui facilius, qui difficilius curantur. 363
Sanguinis ex pulmone fluentis curatio difficilis. 365
Sanguinis fluor à sanguinis sputo differt. 357
Sanguinis fluoris duplex significatio propria & abusiua. 356
Sanguinis fluoris per eruptionem, vulnerationem, defricationem dignotiones. 359
Sanguinis differentiæ variæ à variis positæ. 357
Sanguinis ex putredine per vesicam fluentis signa. 529
Sanguinis fluentis ex arteria. 360
Sanguinis fluoris ex seminalibus viis, vel ex vrethra dignotio. 535
Sanguinis fluentis ex supernis faucium signa. 360
Sanguinis fluoris causæ antecedentes. 356
Sanguinis fluoris curatio. 367. & deinceps.
Sanguinem sistentia. 378

Sartrix in rabiem incidit, quod chlamidem scissam rabidus morsibus sarciendam sumpsisset. 195
Satyriasis quid, & vnde dicta sit. 223
Satyriasis quomodo curāda. 224
Satyriasis quibus, & qua ætate accidit. 223
Satyriasis causæ antecedentes. ibid.
Satyriasin quæ consequantur. ibid.
Satyriasi vexatis nocet veneris vsus. ibid.
Satyriasi phlebotomia conueniens ibid.
Scamma. 333
Scillæ decoctum ad ducendas aquas. 439
Scirrhosis hepatis & lienis quomodo curanda. 413
Scotoma parua epilepsia. 261
Scotoma vnde dicatur, quibus accidat, quo tempore anni. 261
Scotomatis causæ, signa, symptomata. 261
Scotomatis curatio. 262
Scotoma quomodo differt ab epilepsia, & cephalæa. 261
Seminales viæ. 224
Serapionis libri Curationum. 293
Siagon. 314
Sinapismus. 255
Significatio in morbis vnde sumenda. 12
Smegmata. 449
Somnus quomodo fiat sententia Asclepiadis. 39
Somnus à pressura siue profundo somno quo differat. 6
Somnus venereus quid sit, & cur sic dicatur. 532
Somnus venereus aliquando alterius passionis signum. 533
Somni venerei à Gonorrhæa discrimen. 533
Somni venerei curatio. ibid.
Soranus à quo hæc latinizanda suscepit Aurelianus. 66. 123
Sorani libri de adiutoriys. 127
Sorani lib. de febribus. 135
Sparagmus. 284
Spasmus. 182
Spasmus cynicus quid sit. 336
Spasmi cynici signa. ibid.
Spasmi cynici curatio. ibid.
Spasmus cynicus quo differt à spasmo & paralysi musculorum buccas colligantium. ibid.
Spasmi & tetani causæ antecedentes. 182
Spasmus stricturæ morbus est. ibid.
Sphæra repercussibilis. 426
Sphere ludus. 271
Spongiæ expressæ ex decocto constringentium accommodandæ podici post vsum clysteris. 453
Spongiæ vstæ cinis. 374
Statio corpusculorum. 37
Stomachi rheumatismum quæ sequantur. 400
Stomachi solutionem ἄλυδον quæ sequuntur. ibid.
Stomachi solutio perpetuo cibum exigens. 401
Stomachi ventositatem quæ sequuntur. 400

Stomachi

Stomachica passio vnde dicta. 398
Stomachica passio à Phagedæna quo discernitur. 01
Stomachicæ passionis causæ antecedentes. 399
Stomachicæ passionis curatio. 401 & deinceps.
Stomachicæ passionis cum duritie curatio. 403
Stomachicæ passionis cũ rheumatismo curatio. ibid.
Stomachicam passionem quæ sequuntur. 399
Stomachi duritiem quæ sequuntur. 400
Stomachica synanche. ibid.
Stranguria. 526
Structura, Solutio, & vtriusque complexus. 19.2..23
Styphonta. 459
Stymmata. 461
Subactos homines euentu conceptionis generari ex Parmenide. 493
Sudores critici & diaphoretici. 140
Sudores diaphoretici in dysenteria. 457
Sympasmata. 421
Synanche quid. 160.161
Synanche vnde nomẽ sumpsit. 159
Synanches signa. 161.162
Synecticæ causæ. 38
Synanches causæ antecedentes. 160
Synanche phlebotomia adhibenda. 164
Synanchicorum cibus. ibid
Synanches prognostica. 162.163
Syncopæ seu Cardiacæ ventris fluor perniciosus. 151
Syncope vt articuli acrib. medicamentis conspicentur, non requirit. 153.158

T

TEnesmus dysenteriæ innigendus. 476
Tenontagra. 513
Tenontes. 168.187
Tetanus, & eius species. 182. & 183
Tetano phlebotomia conuenit. 187
Tetano conclusos dentes cuneis aperire non oportet. 187
Tetani causæ antecedentes. 184
Tetanus stricturæ morbus est. 183
Thrombosis. 458
Timor repentinus memoriam eripit. 299
Tormentum quæ passio sit. 210
Torminosa passio quæ sit. 212
Thryniton. 246
Trophemata. 490
Tumor ventris quid & eius accidentia. 473
Tussicula aliquando morbus per se, aliquando morbi appendix. 355
Tussiculæ curatio. ibid.
Tympanicorum remedia specialia 436
Tympanites. 432
Typus febriũ ex Asclepiade. 37

V

VApor ex cineribus. 222
Venarum sectio in dolore cap. 259
Venarũ sub lingua sectio in Synanche noxia. 169

Venus

Venus parua epilepsia. 290
Ventositatem vētris quæ sequantur. 474
Ventriculatio. 212
Ventriculosi seu torminosi. 212
Ventriculosa paßio vnde dicta. 450
Ventriculosa paßio, à Rheumatismo ventris quo differat. 451
Ventriculosæ paß.curatio.452.& deinceps.
Ventriculosam paßionem quæ demonstrant. 450.& deinceps.
Vertebrum Cælio Ischion. 25.& 28.
Vesicæ tumoris ex lapide signa. 525
Vesicæ paßiones plurimæ. 525
Vesicæ hæmorrohoides. 529
Vesicæ paßionis ex tumore, & lapide curatio.530.& deinceps.
Vesicæ hæmorragia. 527
Vesicæ vitia curatū difficilia. ibi.
Vesicæ fluentis, id est solutionem patientis curatio. 528
Vesicæ hæmorrhagia ex eruptione vel osculatione, vel percussu, vel saltu curatu facilior, quam ex putredine. 529
Vini facultas ex Asclepiade. 52
Vina diuersi generis. 149
Vina Italica constringentia. 469
Vinum protropum. 350
Vinum tortiuum. 238
Vinum tethalassomenon. 156.157
Visa quæ sint Latinis & Tullio. 199
Vnctiones & fotus coctionis iuuandæ gratia. 61
Vocis amputatæ causæ, & curatio. 346
Vomitus prouocatio in cephalæa. 252.& 254
Vomicarum significatio quæ. 545
Vrinalium viarum eadem paßio quæ & renum. 524
Vrinalia medicamenta. 286.& 289
Vue fabriles.352.372.407.& 469
Vuæ paleales. 233

FINIS.


Erysipelas vera passio in cute externa inflammationis.

Errata ſic corrigito.

Pag.3.phrenith.l.phrenitim. ibid.ſi cõſenſu.l.quia cõſenſu vehemẽs &c. pag.4 ſcriptoris edidi.l.ſcriptoris authoritate edidimus. ibid.in marg.potiſſimus.l potiſſimùm. ibid.deſignet.l.deſignat. in marg.παρακοπ]ὶν. l.παρακοπτὴν. cauſas nominare.l.cauſas eum nominare. in marg.ſeu partitiones verba * nominibus ſeu partitiones verba nominibus ipſis &c. ibid.quæ dicto λæτι. l.quæ dictio λæτη. & cauſam eſſe τὸ πυρέ]ειν,febrem verò τὸ πυρετᾶν. l.cauſſam eſſe τὸ πυρέ]ᾶν,i. febricitandi, τὸ δ' πυρέ]ᾶν τὸ πυρέ]ειν. pag.5.in marg.in aliis rebus &c.l. Si in aliis rebus id vſurpetur, quàm &c. ibid.neq; * ſumpſion.l.neq; ſumptionibus. in marg.vt fol.5.&c.vt fo.3.de febre dixit. 6.à ſomno contra naturam.l.à ſomno quia contra naturã eſt. ibid.in furore febricit.l.in furore non febricitantium. 7.membranarũ naris.l.membranarum natis. 8.quia non futuræ.l.quia ſi futuræ. 9.veniunt. Siquidem &c.l.veniunt,ſiquidem imminentem paſſionem * cohibeat medicinalis &c. in marg.colatur.l.tollatur. in marg.Cum verò.l. Nos verò. ibid.ceratione.l.ratione. 11.ne ea.l.ne is. ibid.eius cauſa.l.eius cauſis.i.ardor. 13.in marg.Eripoth.l.Leipothymia. 15.in marg.ἄωρωσις l.μώρωσις. ibid.æger credibilis eſſe non.l.æger nõ credibilis eſſe poteſt. 16.in marg.λάρον l.λάρος. 17.argumento paſſ.l.augmento paſſionis. 18.calore.l.colore. & mox,Calore inquam.l.Colore inquam. ibid.ſubinflatas.l.ſubinflatus. ibid.lethargis.l.lethargicis. 24.ἦτρω.l.ἦτρον. in marg.item quia ne.l.item ne. 25.in marg.potus aquæ.l.potum aquæ. ibid.pertracta.l.pertractata. ibid.adiutorium tendere.l.intendere. 26.in marg.potus aquæ.l.potui aquam. ibid.alienationis.l.alienatio. 28.dehinc clunes etiam,ſimul.l.dehinc clunes etiam. Nam ſimul hæc omnia ſcarificare &c. ibid.phlebotomiæ,quæ.l.phlebotomiæ par,quæ &c. ibid.in marg.λύφωσιν.l.λυφὰς 29.fierit.l.fieri potuerit. ibid.incidenda.l.inhibenda. 30.fecerunt.l.facerent. 31.in marg. *multum * in carp. * artuum,in carp.&c. 32.in marg.vt exacto.l.vt exerto,&c. ibid.Hac enim quæ.l.Hæc enim de cellario proferuntur, quod Græci &c. 34.fuiſſe.l.eſſe. 36.fortuna.l.fortunam. ibid.ſenſa.l.prehenſa ibid.æternum mouentia.l.æternum ſe mouentia. ibid.ſenſas.l.prehenſas. 42.adiutoriũ.l.adiutoriorum. 47.in marg.vulgò echinon.vulgò errhinon. 48.& phrenitico.l.ex phrenitico. 50.in marg.inebriare.l.inebriari. 59.ὀβηχικὸν.l.βηχικόν. 64.conſequentis paſſionis.l.conſequenti paſſioni. 77 phreneticis.l.phreniticis.ſic vbiq; legito. ibid.conyra.l.conyza. 78.hebetudine.l.habitudine. 86.ſanctitati.l.ſanitati. 88.camali cibo.l.carnali cibo. 99.λύσπνοιαν.l.Δύσπνοιαν. 111.hebetudinem.l.habitudinem. 112.uctionem.l.unctionem. 124.actum.l.actum. 144.in marg.pychotica.l.pycnotica. 165.in marg.σύφον]α.l.σύφον]α. 168.in marg.apperibile & ſtom.&c.

*ſtom.&c.aperibile,ecſtomωticum. infrà pag.172.apertibile. 175.poſt hortum. l.poſt ortum. 176.in marg.267.l 167. 182.De condictione. l.De conductione. 184.ſurum atq; veſtig. l.ſurarum atq; veſtig. 206.reducatur. l.reducantur. 209 in marg.indige. l.indiget. 217.cataplaſmaticus. l.cataplaſmatibus. 221. caſtorea. l.caſtoreo. 226. in marg. pudendialis. l.pudendi alis. 229. Diarrhœæ. l.diarrhœa. 233.apotomiam. l.apotamiam. 242.in marg.glorioſi medici.dele quæ ſequuntur. * ſcripſerunt. dele quæ ſequuntur. ibid. Pauci autem. l. Pati autem. &c. in marg. ὀξέων. l ὀξέων. *quotidianas Diurnas. * Diurnas dixit, &c. 245.in marg. ὠμοφιλεῖ. l. ὠμοφιβεῖ. 286.carnem vt paſ. l.carnem, vt pag.290. 290.con. l.non. 322. ſiquidem ex vulneribus. l.ſiquidem an ex vulneribus. 326.callidas. l.calida os. 343.in marg.ferreici. l.fernei. ibid.ſquylle. l.ſcillæ. 365. vt ijs excluſis vel cadentibus &c. l.vt purgamentis excluſis vel exeuntibus, etiam febre oborta, adhibita curatio in &c. 366.chirurgumentis. l.chirurgumenis. 403.ſolutio cogente. l.ſolutione cogente. 404.cædonia. l.cydonia. 409.immittimis. l. immittimus. 410. in marg. ἀκορίσθ. l. ἀκορίστως. 413.peritoneon. l.peritonæon. ſic in marg. περιτόναιον. 437.in marg. cadentium. l. candentium. 510.iniuſta. l.inuſta.*

Fallit iurantem iuratio facta
per artem





Aurelianus Caelius Siccensis.

De acutis morbis. Lib. III.
De diuturnis. Lib. V.

Lugduni.
Apud Gulliel. Rouillium sub scuto Veneto.
1567.
16°. 7 k.n. – 554 str. – 10 k.n.
a–a5 – N–N5
Opr. skórk.

Aurelianus Caelius siccensis

De acutis morbis. Lib III.
De diuturnis. Lib V.

Lugduni.

Apud Gulliel. Rouillium sub scuto [Veneto.
1567.
16°. 7 k. n. - 554 str. - 10 k. n.
a - a5 - N - N5

Opr. skórk.